


# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres



HESIODVS ASCRAEV S.

Apud Fulvium Vrfinum in marmore.

Η ΣΙΟΔΟΥ

ΤΟΥ

ΑΣΚΡΑΙΟΥ

ΤΑ ΕΤΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

HESIODI

ASCRAEI

QUÆ SUPERSUNT,

CUM

NOTIS VARIO RUM.

EDIDIT

THOMAS ROBINSON, S.T.P.

---

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO.

MDCCXXXVII.

**Imprimatur.**

**STEPH. NIBLETT.**

**VICE-CAN. *Oxon.***

**Jul. 1, 1737.**



---

---

Reverendissimo in CHRISTO Patri

# JOANNI POTTERO,

PROVIDENTIA DIVINA

ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI,

THOMAS ROBINSON.

**N**I animi Tui moderationem, Pater Reverendissime, jam diu perspectam exploratamque habuisset, deterruisset me tum locus, quem ornas, in Ecclesiâ celsissimus, tum fama Tua in Literato Orbe celebratissima, ab ambitione illâ quâ ardebam, ut hic libellus venerando Tuo nomine insignitus prodiret. Sed cùm istam recolo humanitatem Tuam, istam mansuetudinem, & summâ gravitate conditam suavitatem, quam omnes amant dum maximè reverentur; virtutibus Tuis esse injurius, ni  
hoc

## D E D I C A T I O.


hoc munusculum haud Tibi penitus ingratum,  
hoc Tributum istorum Tibi studiorum Principi  
acceptum fore sperarem. Tu enim Ille es,  
quem Græcis literis addicti ducem suspicimus,  
hujusmodi vectigalia existimantes justissimâ lege  
persolvi Tibi, ex cuius thesauro ditissimo mag-  
nam nostrarum opum partem accepimus. Li-  
benter quidem soleo; Præful doctissime, pristina  
Tua studia in memoriam revocare, & præterita  
illius vitæ contemplari spatia, cuius nullum non  
stadium pulcherrimis notis distinctum conspici-  
tur. Cùm illa tamen mihi ætas adsit, illa jam  
munera accesserint, quæ animum meum non  
unicè ad Te humanarum literarum scientiâ ex-  
cellentem, sed ad sapientem constantemque Vi-  
rum, ad consummatum Theologum, ad Anti-  
stitem sanctissimum debent convertere; quantas  
Tibi gratias agam, quâ voce prædicabo benig-  
nitatem Tuam, qui mihi tale exemplar non è  
longinquo admirari, sed propriè quandoque in-  
tueri concesseris? Orbi tamen Christiano gratu-  
for lumen illud Tuum in summo jam fastigio  
collocatum. Faxit Deus, ut id multi suspici-  
entes, Cœlesti Patri gloriam tribuant; multi-  
que adeò, héu! nimiùm multi, omni doctri-

## D E D I C A T I O.

næ vento circumlati, & Fidei naufragio periclitantes, illius radiis in veritatis portum dirigantur!

Me verò, Pater Colendissime, benedictioni Tuæ commendo, precibusque plurimum valuturis; ut, cùm sacrosancto Tuo ministerio ad ordines Sacerdotii, ad gradus Theologiæ elevatus fuerim, pars aliqua illius Spiritus, quem Tibi abundanter afflavit Deus, ex impositione Tuarum manuum in me descendat. Dabam in Burgo Sancti Petri Calendis Juliis, M DCC XXXVII.

LECTORI



# LECTORI S.

**E**N Tibi, Lector erudite, in manus trado Poetam omnium forsan, qui jam extant, post Sacros, vetustissimum, Editio- ne, ni fallor, utili & luculenta; à qua quid Tibi expectan- dum sit, in ipso limine Te velim certiorem facere.

Ut Textus Græcus quād emendatissimè prodiret, præci- puam curam adhibui, Codices MSS. quos potui comparare cum libris impressis conferendo. Ex his unum mibi suppeditavit Codicem Bibliotheca Bodleiana, qui integrum Theogoniam exhibet, alterumque dimidia penè parte spoliatum, cuius tamen eo levior est jactura, quod illum à priori Codice tam parùm discrepantem deprehendi, ut alter ab altero descri- ptus videatur. Tertii autem Codicis, idem Poema integrum conservan- tis, à Celeberrima Societate Regia Londinensi, in cujus Bibliotheca est repositus, usum impetravi. Operum & Dierum quatuor exemplaria MSS. versavi, tria nempe Bodleiana, unumque Regiae Societatis; porrò, varias lectiones Codicis Coisliniani, ex Bibliotheca quæ Cancel- larii Seguerii fuit, cum Editione Clerici à se collati, humanissimè ad me transmisit senex longe doctissimus, ordinis sui patriæque decus, Fr. Bernardus Montfaucon. Scuti Herculis unus, quem sciam, Codex est in Anglia; ille autem in Bibliotheca pretiosissima Nobilissimi Comitis Oxoniensis conservatur, ad quam cùm Domini liberale ingenium litera- tis Viris aditum facilem patefaciat, varias ex hoc Codice lectiones à se collectas mecum communicavit eruditissimus Amicus Thomas Hutchin- son, qui Xenophontis Κύρη Παιδεία & Αὐλαῖαι adornandis tam felicem industriam adhibuit, ut reliqua elegantissimi Auctoris scripta æquissimo jure literatus orbis ab Illo postulet, quippe qui alios omnes ab hoc opere suscipiendo deterruit.

Quid commodi ex hoc meo Amicorumque labore perceperim, Te Notæ docebunt, in quibus Codicum omnes animadverti varietates, quæ spem aliquam melioris lectionis adferrent; earum verò nonnullas, quamvis in emendationes incertas minime proclivis, vel in ipsum Textum admittere, Lector semper monito, non dubitavi. Omnes autem varias lectiones ad calcem voluminis exhibui, ne sagacibus ingenii materia desit, vel repe- tito labore perquiratur, in qua se & Hesiodum futuris temporibus ex- erceant.

Versionem Latinam, quæ in Clerici Editione usurpatur, ad examen revocavi, eamque plurimis in locis correxi, ubi ab Auctoris Scopo aber- rare, ejusve sensum infelicius interpretari visa est.

Certamen

## P R A E F A T I O.

Certamen Homeri & Hesiodi versione Latina, quam nunquam antea, quod sciam, sortitum est, donavi. Fragmentorum collectioni nonnulla addidi, que priorum Editorum industriam fuderant Integras Dan. Heinsii, & Georgii Grævii Lectiones, plurimas Clerici, Guieti nonnullas exhibui; observationibus quibusdam propriis subinde interspersis; facilem, ut opinor, veniam impetraturus, quod operosis Commentariis in res nibili patientem Lectorem nollem prægravare.

Toti autem Operi præmittitur Dissertatione, in qua de vita & scriptis, præcipue verò de ætate Hesiodi agitur. De illa quidem statuenda maximæ semper inter Doctos lites intercesserunt, ex quorum scriptis, tam antiquis quam recentioribus, excerpti omnia, quæ ad hujusc rei illustrationem facere videbantur; cunctorum inter se collatis argumentis, & adjectis, ubicunque esset opportunum, propriis observationibus, si quo pacto veritas erui possit. Cum verò nonnullorum fuerit opinio, hanc literam ratiociniis Astronomicis dirimi potuisse; ne quid hujus operis integritati decesset, in consilium advocavi Amicum longè Doctissimum Josephum Atwell, S.T.P. qui calculum Astronomicum solita sua industria & acumine à se factum, Dissertatione nostræ inferendum transmisit \*. Maximam Insigni Viro gratiam habeo, quod mecum non dignatus sit hancce studiorum societatem inire, nec paginæ meæ nomen præfigere, quod etiamnum celebre in literato orbe, brevi futurum est celeberrimum.

Denique, quod hæc Editio ad umbilicum adducta sit, singulari debet amicitiae Viri ingenio & politiori doctrina præcellentis, Roberti Eden, Collegii Universitatis Socii, & juventutis ibidem Rectoris præstantissimi; qui gravissimis suis occupationibus tempus aliquod negotiis meis impendendum surripuit, nec, me absente, preli molestiam suscipere recusavit.

Unum jam restat, ut, hac data occasione, gratum animum devotumque testor erga Venerabilem Præfulem Robertum Clavering, Episcopum Petriburgensem, qui me per plures annos favore suo & amicitia ornatum voluit, nec indignum prorsus existimavit, cui in Ecclesia sua Cathedrali Canonicatum conferret. Paribus me officiis devinetum profiteor viris ornatissimis, quondam fratribus, jam verò patronis meis colendissimis, Custodi & Sociis Collegii Mertonensis, qui me, dum hoc opusculum meditabar, in amabili & florentissimo suo domicilio alcabant, nec abeuntem dimiserunt indotatum. Hujusc quidem nostræ necessitudinis mibi semper erit jucunda recordatio; jucundior tamen, si aliquod demum opus elaboravero, quod tantæ Domi nominis & splendori melius conuenierit.

\* Incipit p. 21. definit p. 30.

DISSE



# DISSERTATIO DE VITA, SCRIPTIS, & ÆTATE HESIODI.



UORUM scripta & ingenium admirantur homines, de personis eorum solent curiosius inquirere, & omnia, quæ ad illos attinent, umbra quamvis antiquitatis obscura, patriam, parentes, sæculum, mores, literato labore perscrutari. Quæ quidem industria, utcunque videatur esse otiosorum hominum, insignium virorum famæ & meritis debetur, gratumque ostentat animum, & beneficii memorem, si eorum, quæ ad humano generi benefacientes pertinent, nihil à nobis alienum putamus. Et quanquam ex tam remote vetustatis monumentis explorata veritas speranda non sit, haud tamen iste arguendus est labor, qui pro certis & manifestis quidquam possit probabile & verisimile eruere. Nihil ulterius ausim Lectori promittere in præsenti opusculo, in quo de vita, scriptis, & ætate antiquissimi Poetæ disseritur; & si in argumento tam dubio & obscuro eatenus prodire contigerit, haud frustra suscepimus laborem judicaverim.

Notat<sup>a</sup> Paterculus Hesiódum *vitaſſe*, ne in id, quod Homerus, incideret, *patriamque & parentes testatum esse*. Narrat<sup>b</sup> quidem Hesiodus patrem su-

<sup>a</sup> Lib. 1. cap. 7.

<sup>b</sup> Egy. v. 636, &c.

## DISSERTATIO.

um è Cuma Æolica fuisse, & ex illa civitate migrasse Ascram Bœotiae vicum propè Heliconem; an vero ipse Cumæ natus fuerit, an potius Ascræ post migrationem paternam ex dictis non liquet. Plutarchus <sup>c</sup> quidem, Ephorum secutus, contendit Hesiodi patrem, Ascræ jam inquiline uxorem Pycimeden duxisse, & ex ea Hesiodium genuisse; Suidas verò tradit, eum, cùm adolescentulus esset, à parentibus suis à Cuma Ascram translatum fuisse, eandemque Strabo <sup>d</sup> tuetur sententiam. Qui eorum partes sequuntur, Eclogæ quartæ Virgilianæ versum quartum,

*Ultima Cumæi venit jam carminis atas,*

quem ad Cumanam Sibyllam referebant interpretes, de Poeta nostro interpretantur. <sup>e</sup> Nec absurdâ quidem videtur hæc interpretatio, si animadvertiscas quām aptè tota penè Ecloga versibus Hesiodi de mundi sæculis respondeat. Noster certè haud obscurè tradidit, post ferrei sæculi consummationem, aureum denuo renaturum:

*Μηκέτ' ἔπειτα ὄφελον ἔγω τέμενοισι μετεῖναι  
Αὐδερόν, αλλ' οὐ πρόσθι θαρεῖν, οὐ ΕΠΕΙΤΑ γρέοντος.*

quæ quidem <sup>f</sup> ætas, non quòd *ultima* idem sit ac *prima & antiquissima*, sed id est *ultima* dici potest, quòd post aliarum consummationem reversura sis, & proinde ultimo ordine censenda. Ad hanc igitur doctrinam haud obscurè respicit versus ille Virgilianus, *ultima Cumæi*, &c. Virgilianum illud, redeunt *Saturnia regna* ad Hesiodeum illud quadrat. <sup>g</sup> Οἱ μὲν θεοὶ Κέρων ἡσταῶτες εἰμασίδειν, Ταῦτα δεῖν εἰς νύπερον φῦλον ἵπην περολιπόντες αὐθεώπεις Αἴδης & Νύμφαις, Cedet δὲ ipse mari vittor, nec nautica pinus Mutabit merces ad Alphā καὶ αὐδάλιον μὴν υπὲρ καππινῆ καταθεῖον, Non rastros patietur humus, & Robustis quoque jam tauris juga solvet urator ad Egȳα βοῶν δέ σπιλοῖο τηρίουν ταλαιπωρίαν, Mollis paulatim flavescent tempus arista, In cultisque rubens pendebit sentibus uva ad καρπὸν δέ ἔφερε ζείδωρος αὔρυζος Αὐτομάτη πολόν τε & ἄφενος. Ex his omnibus manifestissima appetet inter Hesiodea carmina & Eclogam quartam convenientia, quæ supradictæ *Cumæi carminis* interpretationi favet. Haud interea dissimulandum est, hanc interpretationem validissimis argumentis oppugnari posse, quæ velim petat Lector ex præclara illa Christianæ religionis defensione <sup>h</sup> quam vir longè doctissimus Dunelmensis jam Episcopus in lucem edidit; quibus ego, ut ad institutum opus denuò revertar, illud solum adjicio, nequaquam fieri posse ut in navigatione illa à Cuma ad Ascram patri comes fuerit Hesiodus, cùm ipse disertissime testetur se unica tantum vice navigâsse, ex Aulide sc. <sup>i</sup> in Eubœam,

*Οὐ γὰρ πάντες μητὶ γένεται πέπλον διέρεια πάντοιον,  
Εἰ μὴ εἰς Εὐρωπαν οἶξε Αὐλίδος.*

<sup>a</sup> Vide Lili. Gerald. de virtutis Poet. <sup>b</sup> Geogr. lib. 13. <sup>c</sup> Val. Probus. Fabricii Bibl. Græc. lib. 1. cap. 20. Grævii Left. Hesiod. ad Egy. v. 174. <sup>d</sup> Fabricii Bibl. Græc. lib. 1. cap. 30. Goralli i. e. J. Clerici not. in Severi Aethnam. <sup>e</sup> Egy. v. 111. & sequent. <sup>f</sup> Answer to the scheme, &c. p. 497. <sup>g</sup> Egy. 650.

nisi quis ex argumenti tenore contenderit, hoc solum voluisse Poetam, se hanc unicam navigationem suscepisse in ætate sua virili, quā capax erat maritimorum rerum scientiam acquirendi. Ut cunque verò se hæc res habet, vel ex quacunque urbe noster ortum duxit, satis constat Ascram pro patria plerumque agnoscere, eumque sèpius à Virgilio <sup>k</sup> appellari Ascræum, idemque velle Paterculum, cùm patriam suam Hesiodum indicasse memorat.

Quod vero idem tradit Auctor, sc. Poetam, *patriam suam memorasse contumeliosissimè, quoniam ab ea mulieratus erat*, vel à traditione quadam, vel à libris deperditis, vel à prava ipsius verborum interpretatione traxit. Nulla enim mulieræ occurrit mentio, nisi forte in hunc sensum torqueantur, quæ de iniqua judicium sententia tradita sunt; nec porrò iracundia tribuendum est, quod Ascram tam ignobilem vicum & miserum descripsérunt,

Νάσαν δι' ἀγχ' Ἐλκῶνος οἰζυρῆς ἐν κώμῃ,  
Ασκεψ, χαῖμα κακῆς, θύεις αἴγαλέης, μέδε ποτ' εὐθλῆς

Quæ quidem incommoditas, ut tradunt <sup>l</sup> scholiaстраe, à loci situ oriebatur; nam propinquitate excelsissimi montis Heliconis interceptæ sunt auræ, quæ æstivum calorem possent lenire, & hyberno tempore exclusi sunt radii solares, nivalesque aquæ defluxerunt. An non verò licuit sine invidiæ suspitione veram vici sui naturam describere? Quam tamen hæc loci ob hanc causam unicam videtur tradidisse, ut melius depingeret patris paupertatem, quā bonus vir nativâ urbe exulare, & in tam miserum vicum profugere compulsus erat. Haud interea dissimulare velim, <sup>m</sup> Ephorum, qui & ipse Cumanus erat, tradidisse, hunc hominem, non ob pauperiem, sed cæde quadam perpetrata, patria profugisse.

Æquè vanus est auctor idem Paterculus, cùm tradit Hesiodum parentes suos indicasse, nisi forte in quodam libro jam deperdito eorum nomina invenerit. In illis qui supersunt, unicus occurrit versus, quem quis de tali re possit suspicari, <sup>n</sup> iste sc. quo fratrem suum hisce verbis compellat, Εγγάζει, Νίπον, διὸ γένεται, quem sic Tzetzes exponit, γέ Δίς, διόπεις γένεται. Prior quidem explicatio non adeò est absurda, quin admitti commodè posset, si ex aliis monumentis constaret Dium Hesiodi patrem fuisse; non tamen adeò probabilis, ut per se valeat ad confirmandam de hac re sententiam, cùm altera significatio, διόπεις γένεται, illa sit, quam & ipse Hesiodus, eique suppar Homerus, sèpissime hisce verbis affigunt. Quod verò nonnulli objiciunt, incongruum prorsus videri, ut Poeta fratrem suum, plebeium, vel certè mediocrem hominem tam magnificis titulis compellet, nullius erit ponderis æstimanti. Homerum ipsum tam benignum esse, ut hoc ipsum Epithetum Ulyssis subulco largiatur. Longè aptius tam honestam appellationem fratri suo tribuit noster, qui inter maiores suos, ut fert traditio, Deos

<sup>k</sup> Ecl. 6. v. 71. Georg. 2. v. 176. <sup>l</sup> Proclus & Tzetzes ad Egy. v. 640. <sup>m</sup> Proclus ibid. <sup>n</sup> Egy. 229. <sup>o</sup> Odyss. φ. v. 234.

## D I S S E R T A T I O.

Musasque recensebat; præsertim si hoc argumento fratrem hortari velleret, ut paupertatem tam generosa familia prorsus indignam laudabili industria evitaret<sup>1</sup>,

Εργάζεν, Πέρση, διον γένθω, ὅφελε τε λιμός  
Ἐχθαιση.

Post migrationem illam ad Ascrum nihil præterea de Hesiodi patre scriptum invenio; sed credere par est eum exinde uberiori usum esse fortuna; nam post ejus mortem de dividendo patrimonio inter Hesiodum fratremque Persen lis intercessit,<sup>2</sup> in qua Perses, corruptis judicibus, superior evanuit, & largiorem hæreditatis partem ad se traxit. Noster verò, tali quamvis acceptâ iniuriâ, frugalitate sua vel industria adeo factus est opulentior,<sup>3</sup> ut hunc ipsum fratrem, ignavum, ut videtur, & stolidum homuncionem, ad angustias redactum sæpius sublevaverit; —— generosæ sanè indolis argumentum, quòd in discordia, acriori plerumque in fraternis animis, non modo suorum necessitati ministraverit, sed paterno penè affectu & auctoritate præclarum Poema composuerit,<sup>4</sup> ut hunc ipsum à pravo vitæ instituto abstraheret, & ad industriam virtutemque accenderet.

Rus plerumque se abdebat Hesiodus, ibique in vallibus<sup>5</sup> (non jugis, ut narrat ingeniosissimus<sup>6</sup> Βίος αφ.) Heliconis pastor erat; quæ quidem occupatio nequaquam, ut idem vult auctor, erat<sup>7</sup> ignobilis, sed quam melioris conditionis homines sæpius sestabantur in priscis temporibus. Huic operi intentum advenerunt Musæ montis incolæ, pastoralemque ignaviam increpantes, de sacrata arbore lauru ramum tradiderunt, & poeticum inflarunt spiritum. Hanc quidem historiam joculariter perstringit, & mendaci gloriolæ attribuit<sup>8</sup> egregius ille derisor Lucianus; eandemque Ovidius<sup>9</sup> sui carminis veracitatem testatus serua videtur animadversione dignari:

*Nec mibi sunt visæ Clio, Clitâsque sorores,  
Servanti pecudes vallibus, Asca, suis.*

Sed uterque in hac re perversum criticum agunt, nequaquam ignorantes fabularum rationem, vel poeticam licentiam audendi quidlibet. Nam si Numæ gravissimo & sapientissimo viro condonârunt<sup>10</sup> posteri, quòd nocturnas cum Egeria Nympha confabulationes venditaverit, ad majorem legibus suis venerationem conciliandum; si in sæculo illo politissimo & minimè superstitione Horatio licuit furores poeticos effundere, <sup>11</sup> *Bacchum in remotis carmina rupibus Vidi docentem* (credite posteri) Nymphaque discentes, & aures *Capipedum salyrorum acutas*; & iterum,<sup>12</sup> *Me fabulosæ Volture in Appulo Fronde*

<sup>1</sup> Διηγεῖται οὐ μόνον διὰ τὸ παρεῖνθεν ἰκανούς πρὸς αὐτούς γεγενέσθαι. ἀπεριέδιπλον δὲ τὸ μὲν τῆς θεοῦ παρεῖνθεν, ἀπορεῖχεν, &c. Tzetzes ad locum. <sup>2</sup> Egy. 37, &c. <sup>3</sup> Ibid. 396. <sup>4</sup> Ibid. 10. Dan. Heinsii Introd. ad Egy. <sup>5</sup> Θιον. 23. <sup>6</sup> Kennett's Lives of Greek Poets. <sup>7</sup> Αἰδοῖ δίμοις τεκόμενοι μέλοι, πλανατάλαι, οἵσι τε αἰάκλαι ταῦδες θεοι. Odyss. N. 222. Vide etiam Iliad. Z. v. 424. & Hom. Hymn. in Venerem. <sup>8</sup> P. 269. Edit. Bourdel. <sup>9</sup> De arte amandi. lib. 1. v. 25. <sup>10</sup> Livii lib. 1. cap. 19. <sup>11</sup> Carm. lib. ii. ed. 19. <sup>12</sup> Lib. 3. Od. 4.

# D I S S E R T A T I O.

v

*nova puerum palumbes Texere*; si, inquam, Augustanis concessum fuit poetis tam portentosa figura venditare; quidni liceret Hesiodo, in ætate sua rudi & fabulis addicta, commercium quoddam cum Musis Heliconiadibus prætendere, cum manifestum sit, nihil aliud hanc totam narrationem significare, quam quod primùm iuxta hunc montem poesi operam dederit?

Quanquam verò <sup>f</sup> attī & quietis cupidissimus erat Hesiodus, non adēd tamen sibi indulgebat, quin ad gloriam quandoque & famam adspiraret. Mos erat inter veteres Græcos, quem Romani postea usurparunt, regum procerumque exequias ludis quibusdam & spectaculis, inter cætera verò certaminibus poeticis <sup>g</sup> celebrare. Iстiusmodi iudicis in honorem Amphidamantis Chalcidici indictis, ad Eubœam navigat <sup>h</sup> Hesiodus, poeticum præmium ambiturus; ibique cùm victor judicatus esset, tripodemque reportâsse, eum patronis suis, Heliconiadibus Musis dicavit. Quod quidem fecit, vel gratitudinis ergo, vel ad victoriam suam tali trophyo illustrandum, vel potius, ut videtur, <sup>i</sup> quod mos erat, præmia in iстiusmodi certaminibus reportata, non ad privatum usum convertere, sed alicui Deo consecrare. Haud quidem me latet, Proclum in scholiis suis tradere Plutarchum versus omnes Contentionis historiam narrantes Hesiodo abjudicasse; quod sanè an recte notaverit scholiares, haud facile judicaveris, cùm libri nonnulli Plutarchi, qui Procli tempore extarent, jam perierint. In his qui restant, hujus Contentionis bis fit mentio. In septem sapientum convivio Plutarchus Periandrum inducit hanc historiam adhibentem pro argumento quod inter prios Græcos fuerint certamina poetica; nec cæteri convivæ hujuscē traditionis veritatem oppugnârunt. Sed in Symposio, cùm antiquum hunc fuisse morem vellet ostendere, negat se hanc historiam pro argumento adhibendum, quoniam res erat obsoleta, & à Grammaticis decantata. Quæ quidem oratio, ut judicium meum interponam, nequaquam id, quod de Plutarcho afferit scholiares, evicerit. Dicit enim Plutarchus se hoc argumentum prætermittere, non quod falsa, sed quod trita nimis & vulgaris res esset. Si quis tamen Plutarchi verba <sup>k</sup> τὰ ἴωλα περιγμένα vanas & aziles fabellas significare contendit, non opus est ut de hac re controversia moveatur, cùm, hoc sensu admisso, minimè sequatur, Plutarchum totam hanc de Hesiodi contentione historiam respuere, sed istam solummodo illius partem, quæ tradit eum ab Homero victoriam reportâsse; cuius rei nullum certè vestigium in Hesiodi scriptis usquam appareat. Quod si manifestissime constaret, illam fuisse Plutarchi sententiam, quam Proclus repræsentaverit vix tamen unius auctoritate permotus versus per tot sæcula comprobatos rejectem; præsertim, cùm probè sciant, qui antiquos solent scriptores versare, quam prodigi fint obelorum suorum Critici & Grammatici, opinantes

<sup>f</sup> Yell. Patrc. lib. 1. cap. 7. <sup>g</sup> Plutar. Sympos. lib. 5. Prob. 2. Sept. Sap. Conviv. Livii lib. 41. Vide etiam inscriptionem Adelphi Terent. <sup>h</sup> Egy. 654. <sup>i</sup> Herodot. lib. 1. Cicer. Epist. lib. 9. Ep. 2. <sup>k</sup> Eſſi erat ἴωλο illa epifola. Ubi τὸ ἴωλο non vanas seu inanis, sed obiecta significat.

nimirum

nimirum si quidlibet audere Poetis liceat, æquam sibi esse potestatem quidlibet<sup>1</sup> expungendi.

Historiae Hesiodeæ ex ipsius scriptis huc usque lucem adtuli, in quibus, senili quamvis garrulitate imbutus, paucissima vitæ suæ vestigia conservavit. Ne tamen Lectori invideamus quæ de tanto viro tulit fama, ad alia jam libet descendere, quæ quidem, si Nostri ætatem spectes, à recentioribus, haud tamen vanis vel obscuris scriptoribus traduntur. Interierunt sanè<sup>2</sup> Plutarchi integer liber, Lampriæ memoratus, de vita Hesiodi; <sup>3</sup> alter Cleomenis; <sup>4</sup> tertius Heraclidis Heracleotis, ex scriptis, ut dicitur, Chamæleontis compilatus; haud tamen, credo, cum magno literarum incommodo hæc jactura evenit, cùm nihil de hac re explorati ex tam recentibus scriptis expectare fas esset, quæcunque verò probabilia traditio venditaverat, ea vel Plutarchus in scriptis quæ supersunt, vel liber ille de Certamine Homeri & Hesiodi, videatur congettisse; quem librum Editioni huic nostræ subjectum adeant illi, qui hujuscce certaminis seriem velint cognoscere.

De ipsius verò Contentionis historia celebratissima variorum<sup>5</sup> Authorum sententias hic loci tædet congerere. Non equidem pro fabulo repente respuerem, quod tot tantique viri, quamvis inter recentiores numerandi, tradiderunt; cùm illi quæ scriperint, nequaquam finxisse, sed à vetustioribus libris, & famâ antiquâ traxisse videantur. Plutarchus qui historiæ auctoritatem labefactare creditur τὸ ἔωλος περὶ γηράματα καὶ διατεθεντηρίου appellando, exinde concedit, eam non esse figuramentum recens, sed à veteri fama derivatum. Sed non ego is sum qui tantum antiquitati arrogem, ut ei censem in omnibus adhibendam esse fidem. Multo, ut fatear probabilius est hanc historiam universam à priscis Grammaticis confitam esse, qui cùm compererint Hesiodum certaminis poetici, in quo victoriam retulit, meminisse, itemque forsitan Homerum in Hymno<sup>6</sup> Veneri supplicasse ut in certamine quodam victor evaderet, δός δ' ἐν αἴγυνι Νίκην τῷδε φέρεσθ, εἰπούν δ' ἑταῖροι αἰολήν, exinde ansam arripuerunt duos celeberrimos Poetas inter se committendi, quamvis alii essent coævi Poetæ, quibuscum contendere uterque poterat. Memorantur sanè, quâ tamen auctoritate nescio, quorundam Poetarum nomina, qui ad hunc honorem creduntur adspirasse.

<sup>1</sup> Vide quæ in hanc rem jocatur Lucianus: Ετὶ δὲ τὸν αὐτοτύπων σίχον [τὸν Ομηρο] ἴτωράτων, εἰ τοῦ εἰσειτοντος γεγεννητον· καὶ ὁ ἄφαντος πάστος οὗτος εἰ τὸν αὐτοῦ τὸ Ζεύδοντος τὸν Αετορέχον γεγεννητοντος τοῦτον τὸν ψυχερογοναν. Ver. Hist. lib. 2. Eosdem perstringit Cicero Epist. Fam. lib. 3. ep. 11. Si, us scribis, ea litera non fuerunt diserta, scito meas on fuisse. Ut enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat, sic tu (libet enim mihi docari) quod disertum non eris, ne putaris meum. <sup>2</sup> Proclus & Tzetzes in suis scholiis ad hunc librum sæpiissimè respiciunt, nisi verum sit, Plutarchum commentarios etiam in Hesiodum composuisse. Illi tamen in ejus scriptorum catalogo apud Lampriam non occurunt, nec ab A. Gellio, ut nonnulli existimaverint, lib. 20. cap. 8. memorantur. Ibi enim pro 111 in Hesiodum commentario proculdubio legi debet, in Iſin & Oſiridem commentario. <sup>3</sup> Clem. Alex. 1 Strom. <sup>4</sup> Diog. Laert. lib. 5. sect. 92. <sup>5</sup> Plutar. Sympof. lib. 5. prob. 2. Conv. 7. Sap. Philostr. in Heroicis. Libanius Socrat. Apcl. Tzetziſ Proleg. ad Hes. Eustath. Proleg. ad Homer. A. Gell. lib. 3. cap. 11. <sup>6</sup> N. 5. Edit. Barnes.

Thomas Magister in argumento ranarum Aristophanis tradit, obscurum quendam dictum Syagrūm cum Homero, cum Hesiode Cercopem certasse; idemque à Diogene Laertio traditum invenias. Occurrunt quidem a nonnullis auctòribus citata duo Epigrammata, quæ ad hujuscē certaminis veritatem confirmandam adhibentur,

Ἡσίοδος Μύσας Ελικανεῖος τὸ δέ αἰνεῖναις,  
Τυρφὴ νικήσας ἐν Χαλκίδῃ θεῖον Ομηρον,

Et

Ἐν Δῆλῳ τότε πρώτον ἦγὼ καὶ Ομηρος αἰσιόδος  
Μίλπαρκῷ εὐαρστοῖς ὑμεοις φάντατος αἰσιόδην.

Sed utrumque a viris doctis merito rejicitur. Ecce enim hujusmodi, ut videtur, Epigrammatum originem & historiam! Splendidum quoddam mendacium & verisimile ingeniosus vir confingit, scriptis committit, ex vestuto forsan raroque libro petutum simulat. Natam fabulam avidè amplectitur & foveat semidoctorum turba, nova a vetustis, falsa a veris discernendi imperita. In succedente saeculo invaluit traditio, facilèque ei assentiuntur homines, quam a patribus demissam acceperunt. Exoritur tandem Poeta cyclicus, qui hoc sibi Therma proponit, versus pangit, fraudem molitur, omne se tulisse punictum arbitratus, ingenioque suo tacite plaudens, si quid sui literatus orbis vetustum crediderit. Votis respondet eventus; pro Hemicrico vel Hesiodeo venditatur; itaque demum ad probandam historiæ veritatem adducitur, quod ipsum ab historiâ conficiâ ortum duxit. Annon hujusmodi sit origo citatorum Epigrammatum, Lector viderit. Prius quidem ab ipsis Hesiodeis versibus paululum immutatis conflatum videtur. Posterioris, ut notârunt<sup>1</sup> viri docti, νοθεῖαι arguit, quod in eo mentio occurrit τὸ φάντατος, quæ quidem in usu nondum erat in ista Poeseos infantia; nec sane quis crediderit, cui Stylus nostri familiaris est, ei adjudicandos esse duos versiculos qui vocibus penè iisdem αἰσιόδοι, & αἰσιόδην, barbarè & incultè desinunt. Utcunque tamen de ipsis certaminis veritate statuere placuerit, nemo certè Contentionis Acta & Processum, quem Αγαθὸς Ομήρος οὐ Ησιόδος inscriptum in manibus jam habemus, pro vero ac genuino agnoverit. Post Adriani imperatoris tempora, qui in ipso libro nominatur, scriptum constat; & quamvis non negem quædam forsan istius rei momenta sparsa olim fuisse & vulgata, longè ramen plura, ut opinor, ipse Auctor φιλόμηνος excogitavit, victoriā quidem, ne famæ contradiceret, Hesiode concedens, sed in aliis omnibus Homeri gloriæ iniquè subserviens. Nè hoc temerè dictum putes, ecce hominem in ipsa fraude deprehensum! Quoniam intricatas & subtiles quæstiunculas proponere nullius sit operis vel ingenii, maximi verò, iisdem extemplo respondere; idcirco perpetui interrogatoris partes Hesiode assignat, responsoris Homero. Quod quidem contra histo-

<sup>1</sup> Lib. 2. sect. 46. <sup>2</sup> Lib. Anthol. Dion. Chrysost. Orat. de regno. <sup>3</sup> Eustath. ad Il. A. p. 5. Schol. Pindar. ad Nemeonic. Od. 2. <sup>4</sup> Salmasii Plin. Exercit. p. 609. Lucianus verò in Hermotimo Hesiodium appellat τὸ φάντατος. <sup>5</sup> Αγαθ., p. 227.

riæ veritatem factum constat. Nam quæstionem, quam Auðtor Certaminis Hesiodo assignat,

Μῆτ', ἄγε μοι τά τ' ἔντα, τά τ' ἐπόμβα, πρό τ' ἔντα,  
Ταῦ μὲν μηδὲν ἀπέδει· εὐ δ' ἀπέκει μηδέσαι αἰσιόδει·

itemque responsum Homero attributum,

Οὐδέποτ' ἀμφὶ Διὸς τύμβων καναχήποδες ἴπποι:  
Αρματα συντρίψουσι οἵζενες τῷτε νίκης·

utrumque horum, verbis paululum immutatis, memorat Plutarchus, \* sed historiæ, ut opinor, sequacior, quam vix crediderim per totam Certaminis seriem ineptas percontatoris partes Hesiodo demandasse, quæstionem Homero, Hesiodo responsum assignat; haud obscurum iniquæ istius operis falsitatis documentum, cum scriptor ad propugnandas quas tuetur partes, receptæ traditioni audeat contradicere. Porro si ita in certamine processisset res, ut ab hujusc libri auctore repræsentatur, absurdum admodum esset vel ipsius Hesiodi, vel eorum qui citata Epigrammata composuerunt, de tali victoria gloriatio. Accommodatus ei eslet, quod Pyrrhus de Romanis victor gratulatori cuidam narratur respondisse; <sup>a</sup> Si alteram bujusmodi reportaverimus viiōriam, omnino periūmus.

Quæ verò post hoc certamen Hesiodo evenerunt, hoc ferè modo traduntur. A Chalcide Delphos <sup>b</sup> navigavit, tum victoriæ præmium Musis consecratus, tum oraculum de futura vita ibidem consulturus. Cùm verò vix templum ingredetur, Prophetissa Deo repleta, talia effudit:

Ολβαῷ ἵτῳ αἴνηρ, ὃς ἐμὸν δόμον αἱμφιπολέσσει,  
Ηεσιοδῷ, Μάργης τίλημβῳ ἀθανάτυσι.  
Τῷ δ' ἦτοι κλέῳ ἴσαι, ὅσον τ' Ἐπικίδιαται ἡμέρ.  
Αλλὰ Διὸς πεφύλαξο Νεμέος ἀγλαον ἀλεσθεῖ.  
Καῦθι δέ τι θανάτειο τέλῳ πεπεμψόν ισίν.

\* Nemæei Jovis apud Argivos templum erat celebratissimum, senea statua, & stadium in quo eidem Jovi ludos faciunt. Hunc lucum cùm haud obscurè a Deo significari Hesiodus crediderit, ut fatalem regionem vitaret, Cœnoen Locrensum oppidum migrans, ab Amphiphane & Ganyctore Phegei filiis hospitio excipitur. Sed ineluctabilis fatorum vis. Ab ambiguo oraculo Poeta decipitur; ista enim regio, quamvis obscuriore fama, \* Nemæeo Jovi consecrata erat. Eadem ferè fallacia circumventi & alii insignes viri dicuntur occubuisse. <sup>b</sup> Cambysii Persarum regi redditum erat oraculum cùm Ecbatanæ deceſſurum, quod quidem de Ecbatana Medica interpre-

<sup>a</sup> Conviv. 7. Sapient. Latuit igitur Barnesium hoc a Plutarcho memoratum. Reprehendit enim Lyl. Gyrald. competitorum partes ita disponentem. Vix autem, ut opinor, auctoritatem libri <sup>b</sup> εγγὺος Plutarchi præposuisse. <sup>c</sup> Plut. in vita Pyrrhi. <sup>d</sup> Idem vii Sap. Conviv. Ayas, &c. <sup>e</sup> Pausanias in Corinthiacis. <sup>f</sup> Thucyd. Hist. lib. 3. <sup>g</sup> Herodot. lib. 3.

tatus est; alia autem erat Ecbatana Syriaca, urbs obscurior, in qua vulnera accepto mortem obiit. In Antigoni morte fratris jussu interfecti rem haud absimilem accidisse tradunt. Quid memorem Henricum quartum Anglorum regem, qui, cum praedictum esset, eum Hierosolymis moriturum, Westmonasterii deliquio correptus, & in cameram dictam Hierosolymitanam deportatus, ibidem, vaticinii memor, animam efflavit? Hesiodo vero apud Oenenses commorante, vir quidam nomine Demodes, qui ei comes erat, hospitum sorori stuprum intulit. Illi autem Hesiodum istius fuisse injuriæ auctorem suspicati eum interfecerunt, marique Eubœam & Locridem interfluente submerserunt; cuius cum tertio post die cadaver ad terram delphines detulissent, dum festum solenne in honorem Ariadnæ celebraretur, populus universus ad littus decurrit, agnatumque corpus lugens sepeliit. Interfectores vero ad supplicium conquisi cymbam pectoriam arripientes ad Cretam navigarunt. Sed eos consequta est vindicta. Tradunt aliqui eos in itinere fulmine percussos Jovem submersisse; alii<sup>1</sup>, Chalcidem reversos ab Eurycle aruspice, poena hospitalium legum violatoribus indicta, morte mulctatos fuisse, detectos quidem, ut tradunt<sup>2</sup> alii, ab ipso Hesiodi cane. Ejus ossa ad se postea Orchomenii transtulerunt, hac de causa, ut ipsi narrant. Sæviente in homines & pecudes pestilentia, missi ad oraculum consultores responsum tulerunt, ad sedandam luem unicum id fore remedium, si ex Naupactio agro in Orchomenium Hesiodi ossa deportassent. Percontantibus autem iis, in qua tandem Naupactii agri parte essent illa reperturi, respondit Pythias, locum cornicem monstraturam. Reudeentes vero in patriam qui sciscitatum missi fuerant, & per agrum Naupactium iter facientes, non longe a via cornicem conspexerunt saxo insiden tem, ibique, Hesiodi ossa, in faxi cavitate inventa, cum his Elegis inscriptis apud se sepelierunt:

Ασκητὴ μὲν πατρὶς πολυλῆγε, αἷλὰ θαύοτε.

Οσία πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει,

Ησιόδος, δὲ πλεῖστον ἐλασθεὶς κῦδος ὁρέσται,

Αὐδεῖν κενομόθεαν ἐν βασάνῳ τοφίς.

Istam vero mulierem nomine<sup>3</sup> Ctemenen cujus stupratæ ob suspicionem imperfectus est<sup>4</sup> Hesiodus, nonnulli ejus fuisse uxorem tradunt, ex qua filium genuit Mnaseam, vel, ut dicit Philochorus, Stesichorum, vel, ut alii, Archipem. Ad extremam dicitur senectutem pervenisse; unde proverbium illud Hesiodos γῆγες, & Epigramma Pindaro<sup>5</sup> attributum:

Χαῖρε δίς οἵστας, η δίς τάφοις αἰνισσόντας,

Ησιόδος, αἰθράπτοις μέτοιον ἔχων τοφίκης.

<sup>3</sup> Joseph. Ant. Jud. lib. 13. cap. 11. <sup>5</sup> Ayas. Alcidamas in Museo. <sup>4</sup> Eratosthenes in Aethiopis. <sup>6</sup> Plutarch. de Solertia Animal. <sup>7</sup> Paulianus in Boeoticis. Ayas. In nonnullis tamen circumstantiis inter se discrepant. <sup>8</sup> Ita corrigit Lyl. Gyrald. pro Elymbris. <sup>9</sup> Proclus & Tzetzes in Sholiis ad Egy. <sup>10</sup> Tzetzes in Proleg. ad Egy.

## DISSERTATIO.

Communem quandam cum Homero sortem, si Pausaniae sit credendum, Hesiodus obtinuit. Regum, principumque familiaritates, vel fortunae invidiæ nacti non sunt, vel consulo spreviunt. Hic agresti vitae addictus ab urbana fronte, fastidiosis dominis, aulicis artibus & officiis penitus abhorruit. Homerus per varias terras peregrinatus, gloriam suam propagare præstabilius duxit, quam contractiori fama potum Magnatum opibus & gratia florisse. Fortunati ambo! si quid veri cecinit Poeta, qui & regiam & parasiticam mensam probe cognoverit, <sup>¶</sup> Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus motuit. Sed felicior multo Hesiodus, qui, dum clientelæ tedium non subiret, stirpis Achilleæ fastus non perferret, gaudebat parvisque fidalibus & lare certo.

Hæc fere sunt quæ passim de Hesiodo nostro conscripta leguntur; dubiæ quidem auctoritatis omnia, quæ tamen, si falsa existimantur, haud poenitet protulisse, quoniam ex his inferri potest, maximo eum per omnia sæcula in honore habitum, de quo talia conficta fuerint.

De hominis vero moribus & indole, cuius vitae vix ulla superfunt vestigia, quis aliquid ausit pro certo tradere? Quod autem nobis invidit historia, ipse quodammodo suppeditavit in libris, quos veram quasi animi sui imaginem posteris reliquerit. Et quamvis de moribus hominum ex eorum scriptis, de praxi ex præceptis non sine erroris periculo judicatur; in hoc tamen auctore, cum senili quadam garrulitate tantus eluet candor & infucata simplicitas, ut ipsum dum lego, penè videre videar qualis esset, omnemque vitam senis in libris suis veluti votiva descriptam tabella patere existimem. Dignus homo quem quis Patriarchæ alicui vel Prophetæ assimilaverit. *Rusticus, abnormis, sapiens*; abundans præceptis omnigenis, agriculturæ, œconomiae, virtutis, quæ quidem, ni fallor, Ascreo populo quotidie inculcabat, fabularum, antiquo more, ornamenti illustrata, faciliisque innocuis condita. Inter cæteras vero virtutes, justitiae & frugalitatis cultor præcipuuſ, quarum alteram ei commendaavit à corruptis judicibus accepta injuria, ad alteram exercitatum fecerunt, quæ erant paſrimonii parte spoliato, facultatum angustiae. Non adeo tamen ad rem attentus, quin arctum quandoque solveret hospitiis animum, <sup>¶</sup> neque *πολύζεν*, neque omnino *ἀξέν*; si quid vero valeat argumentum illud, *Laudibus arguitur*, &c. haud ille illiberalis conviviorum apparator, qui, convivis ad bibendum dispositis, *vetus super cratera cyathum quiescere*. Mitis vir ingenii, placabilis, generofus, qui summa licet injuria affectus, fratrem tamen damni auctorem docere, hortari, beneficiis cumq[ue]lare non destitit. *Oti*, *quietisque cupidissimus*, qualem decet esse agricolam & pastorem; ista tamen ambitione famæque siti, qua literati penè omnes, poetæ maximè laborant. Hinc navigatio illa ad certamen Chalcidense, & plures forsitan contentiones in deperditis libris memoratae. Vaniloquentiae accusationem, quam non-

<sup>¶</sup> In Atticis.  
Conviv.

Horat. Epist. lib. i. ep. 18.

§ Ep. 715.

Plutarch. Diocl.

nulli Hesiodo intentarunt, jam suprà diuimus; si qui verò superstitionis arguunt, nec licet, nec libet refellere. Talem habemus, qualem expectare fas est antiquissimum Poetam, summa Deorum reverentia imbutum; quæ quidem in illuminata mente religionem parit veramque pietatem, sed in intellectu cœcutiente, divinæque naturæ prorsus ignaro, superstitionem omnimodam. Vitium hoc habuit, non proprium, sed temporum. Ab erroribus autem popularibus animi maximè erecti haud facile emergunt.

Sed hominem jam dimittamus, ut contemplemur poetam; omnium præter Homerum ab antiquis celebratissimum; Cui dum *χαρακτῆρα* affigere, explorare genium, propriamque scribendi speciem depingere suscipiam, dolebit sanè, si sensum meum sequutum, judicioque confisum, ab his ipsis Antiquis *κετυποτάτοις* viris quandoque dissentire contigerit. Acutissimi vir ingenii Dionylius Halicarnassensis hanc nobis Poetæ nostri imaginem exhibet; <sup>1</sup> Εφεόδιος ἡδονῆς, καὶ ὄνομάτων λαύτης, καὶ σύνθεσις ἐμπελῆς. Idemque cùm politam & floridam <sup>2</sup> σύνθεσιν descripsisset, <sup>3</sup> Hesiodum inter eos primum recenset, qui in hoc stylo visi sunt elaborasse. Ab illo non discrepat Velleius Paterculus. <sup>4</sup> Vir fuit perelegantis ingenii, & mollissima dulcedine carminum memorabilis. Eandemque penè sententiam, tenuiori quamvis elo-gio, Grammaticorum princeps, Fabius Quintilianus in his verbis tueri videtur; <sup>5</sup> Rarò affurgit Hesiodus, magnaque pars ejus in nominibus est occupata, tamen utiles circa præcepta sententiae, lenitasque verborum. & sententiarum probabilis, daturque ei palma in illo medio genere dicendi.

Decteta hæcce summariorum Criticorum locus erit in posterum perpendendi; illud tamen interea libet animadversere, sc. eos, quamvis vera forsitan quæ ciravimus, de Nostro protulerunt, non ei in his *χαρακτήρεσσι* maxime proprium & familiarem attribuisse. Sagaces viri, & Criticorum regulis affueti, hoc vel illud scribendi genus, acri habito examine, in Auctore quovis forsitan deprehendant. Sed illud unicum pro peculiari distinctionis nota cuique attribuerem, siquid in eo sit quod non acutis, ut sentiatur, narribus indiget, non ut Criticorum trutinâ pensetur, exigit, sed per se placuisse & perspicuum vulgarem quenvis & oscitantem ferit lectorem, & nequam sui sinit esse immemorem. Ecquid verò hujusmodi deprehendimus in Hesiodo? Imo. Admirabilem quandam simplicitatem, &, ut ita dicam, modestiam orationis & castitatem; à qua quidem scribendi norma in vetustissimo quoque Auctore maximè conspicua, recentiorum hominum plerique falsas, facetasque Venetes sectati penitus deflexerunt. Simplicitas verò vel in cogitationis, vel in verbis præcipue consistit. Cogitationum similitas ea est, quæ res concepit & apprehendit, ut in ipsa natura inventur existere, pure, perspicue, distincte. Iis autem opponuntur cogitationes perplexæ, obscuræ, subtiles, quæ veritatem forsitan se continent,

<sup>1</sup> Censor reter. scrips.

<sup>2</sup> M. C. ambloch., lect. 23.

<sup>3</sup> Lib. 1. cap. 7.

<sup>4</sup> De

Instit. Orat. lib. 10.

sed longè quæsitam, paucis obviam, & fundo quasi adhærentem. Verborum ea est simplicitas, quæ res exprimit propriè & clare, non affectatis vocibus, quælitivè figuris, sed istis quæ ad communem usum proximè accedentes vulgari captui maximè accommodantur. Hic, inquam, Stylus est & dicendi character, in quo Veteres illi excelluerunt, à quo tamen Recen-tiores, delicati homines & fastidiosi, acuminatum aliquid, & exquisitum, & à vulgo longè longèque remotum investigantes, omnino recesserunt, & in locum ejus frivulos conceptus, argutas ingeniosasque sententiolas introduxerunt. Ex hoc hominum genere perpauci Asceræi vatis veneratores inveniuntur. Nam de rébus rusticis non urbanè, de humilibus non excelsè, de gravibus non lepidè & concinnè, loqui didicit; sed suum cuique rei colorē induens naturam ducem optimam in omnibus sectatur. In eo igitur dominatur ista, de qua loquimur, simplicitas; sive ad hanc à natura factus, seu pastorali vita institutus, seu ab ipso denique subjecto coactus videatur. Rarò certè assurgit Hésiodus, nec in tali debuit argumento assurgere; sed aliarum Venerum vices supplent, & certissimam ei palmarū conciliant, præceptorum gravitas, verborum aptitudo, & versificationis lenitas & dulcedo. In Ethica parte, præceptorum aridorum, jejunorum, sine ordine vel connexione repetita crambe; in descriptionibus, notissimarum circumstantiarum minuta congeries, nullis figmentis decorata, vel figuris variegata; totius ruris inornata facies; omnia denique ad utilitatem potius quam delectationem comparata; hæc quidem vitia sunt quæ delicatis nostris hominibus fastidium creant; sed istiusmodi sunt vitia quæ in optimo quoque Antiquorum maximè conspiciuntur, & pro ipsissima nota antiquitatis & charactere genuino habenda sunt. Ecquid enim Homero sublimius, ne dicamus divinius? Sed in ipso, quandocunque à bellorum strepitu recedere, & in domestica vita occupari, vel arva incolere dignatur, eadem conspiciuntur tum sensuum tum verborum veneranda simplicitas; cuius quidem plurima vel in ipsa Ilia occurunt exempla, Odyssæa autem tota in hac est. Quintam in argumentis maximè excelsis hæc ipsa ἀφέλη locum habet, simplex, inquam, magnificentia, & nativa maiestas, quæ, per se satis conspiciua, extranea respuit ornamenta, nec purpureos pannos affuit; Qualem videre licet in sacris scripturis, quæ ab omni fastu & tumore abhorrentes, descriptionibus, colloquiis, Patriarcharum historiis, rebus quidem plerumque grandibus, suam attribuunt sublimitatem, ulteriore non arrogant. Quod si qui sint, qui hanc ipsam orationem simplicem & incultam contemnunt, utpote facile imitabilem, & sine sudore obtinendam, næ illi egregie falluntur, frustra, ut opinor, laboratūri, si eandem tentaverint. Ita enim plerique vel pravorum librorum lectione, vel propria affectatione,

\* Huc referri possunt quæ dicit Macrobius in comparatione Catalogorum Homeri & Virgilii. *Has copias fortasse putat aliquis divine illi simplicitati preferendas. Sed nescio quo modo Homerum repetitio illa unice decet, & est genio antiqui poëta digna.* Saturnal. lib. 5. cap. 5. Dolet tamen quod celeberrimum gentis nostræ Poetam Alexandrum Popium in hac re discentiam habeamus; Quem vide in Dissertatione sua in Homeri Catalogum.

& novitatis, falsæve sublimitatis studio pervertuntur, ut eos ad naturam denuo revocare, & ad justos sensus veramque eloquentiam effingere, opus sit difficillimum, nec nisi diuturno usu & exercitatione crebra perficiendum. Quid verò? Nullisne liceat ornamenti, nullo uti acumine? An omne dicendi artificium, omnis Rhetorica ableganda? Nequaquam. Plura sunt subjecta ita à natura comparata, ut nitidè, ut splendide tractari possint, hoc interim si modò caveatur, ne adscitis ornamentis naturalis gratia & venustas obscuretur. Illud verò concedens, nego tamen antiquissimis scriptoribus inornatam suam simplicitatem exprobrandam esse, cùm & prisca gens mortalium istiusmodi phalerarum incuriosa esset, & ipsa forsitan argumenta nitorem omnem & splendorem respuerent. Hæc scripsi in eorum gratiam, qui natura quid sit, quod temporum morumque discrimen, quid denique subjecto cuique conveniat, prorsus ignorantes, inornatam Hesiodi simplicitatem fastidiunt & irrident.

Qui justam verò de Hesiodo ideam formare velit, oportet eum non in uno quovis, sed in diversis operibus poetam contemplari. In Ἑρακλείῳ, quod unum pro genuino ejus opere ab omnibus agnoscitur, talis est qualem modò depinximus, agrestis, gravis, inornatus, senex, ævi sui antiquitatem & mores fassus; ista tamen dictionis puritate, & numerorum suavitate, ut nihil in hac parte vel elegantissimæ aures reprehendant. Libens igitur Dionysio Halicarnassensi accedo, qui de nostro ita scribit, Εφεύρεται δονής καὶ ὄντωταν λεόπτος, καὶ συνθέσεως ἐμελῆς. Et Quintiliano, qui hanc nobis ejusdem imaginem proponit, *Lenitas verborum & sententiarum probabilis, daturque ei palma in illo medio genere dicendi*. Itemque Velleio, qui eundem *mollissima carminum dulcedine memorabilem* depingit. Sed in his omnibus desidero quod unicum pro genuino ac maximè proprio Hesiodi charactere lubens admirerem, rusticam illam quam descripsi, verissimum antiquitatis exemplar, simplicitatem, cuius illi præ omnibus debuerunt meminisse qui justam Hesiodi imaginem exhibere voluerunt. Præcipue verò miror Velleium, hominem tum sensu tum stylo ab antiqua αἰφελείᾳ quam longissimè recedentem, sub *ingenii perelegantis* charactere Hesiodum bonum virum politis illis & nasutis lectoribus deridentem propinasse. Malè quidem Hesiodo palpatur, dum istam ei laudem arrogat, quam ille solam non ausit sibi vendicare. Sed Velleium nihil moror. Ecquid enim tam putidum est & inane quod ab isto adulatore vanissimo non fas sit expectare?

Ad Θεογονίαν jam procedamus, quam omnes penè præter Boëtos pro genuino opere admittunt; in qua quidem non eadem quæ in Ἑρακλείῳ Hesiodi facies, nec tamen prorsus diversa. Hoc poema respicit illud Quintiliani, magna pars ejus in nominibus est occupata; à quo quamvis indicari videatur opus horridum & jejunum, ad illud tamen quam aptissimè refertur quod de nostro sequitur Elogium, *Lenitas verborum & sententiarum proba-*

bilis; itemque Halicarnassensis illud, Εφεύρισεν ηδονής, καὶ ὄνομάτων λειτουργοῦ, καὶ σωθίσσεως ἐμμελῆς. Nam quod in Homero Critici solent admirari, eum sc. in Catalogo ex tot hominum urbiumque nominibus tam suavem & molliiter fluentem orationem confidere potuisse, illud ipsum in Hesiodi Theogonia tam feliciter elaboratum invenias, ut si inter eos de hac re certamen jam institueretur, meritò dubitarent judices, utri palmam decernerent. Intanta verò nominum congerie quis miretur, si raro affurgat Hesiodus? Non tamen vel in hoc opere omnino expers est poetici spiritus, sed occasione data tam magnum spirat & feliciter audet, ut quibus rebus idoneus esset possis aestimare; nec immerito deplores, vel quod incongrua tam sublimi ingenio ei contigerint argumenta, vel quod operum ejus ποιησιστέρων pleaque interciderint.

Ex hoc autem libro petitum atrocissimum impietatis crimen Hesiodum intentarunt Veterum nonnulli. Primus omnium Pythagoras<sup>b</sup> Hesiodi se animam vidisse finxit apud inferos vinculis adstrictum æreæ columnæ, stridentemque, propter ea quæ de Diis commentus erat. Eadem dicitur subscriptissime<sup>c</sup> Xenophanes, Homerum etiam, uti æquum erat, pariter arguens,

Πάντα θεοῖς αἰνένταν οὐμηρό· Ησιόδος τε,  
Οσα τὴν αἰνέσποισιν ὀνείδεα καὶ φόγος εἴσιν,  
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἄλληλας απατεῖν.

Ipse etiam Sextus,<sup>d</sup> qui ista Xenophanis verba citavit, miti quidem reprehensione Hesiodum perstringit μη ἀξιοχρεών δῆλων κριτῶν τὴν φιλοσοφίαν. Platonis verò celeberrimam & decantatam sententiam quid<sup>e</sup> referam, qui Hesiodum & Homerum ob impias quas de Diis finixerunt fabulas è republica sua ejecit? Quis igitur Christianus vir Hesiodi tam ineptè fautor est, ut ei velut in hac lita adesse, nec potius fateatur eum optimo jure istius culpæ esse damnandum, quam vel Ethnici philosophi, & ipsi quoad res divinas cæcuentes, reprehendere potuerunt! Illis certe libens accedo, mentisque acumen admiror, quæ, quamvis ad veritatem perspiciendam obtusior, multos tamen errores vel in istis tenebris detegere valuerit; & si jam metus esset, ut quis à vera religione hujusmodi librorum lectione perverteretur, nec potius sperandum esset, ut omnes istius superstitionis odium conciperent, quæ figmenta tam absurdâ venditare potuissent & ipse inter primos esset, qui Hesiodum è nostra etiam republica ablegatum vellent.

<sup>b</sup> Diog. Laert. lib. 8. sect. 21.

<sup>c</sup> Sextus Empiricus adv. Mathem. lib. 8. Ad idem inquit Aristoteles Rhetor. lib. ii. cap. 24. Οἷος Εποράκη ἀλισθός ὅτι ποιεῖσθαι εἰς χρεῖας φαντολεῖς τὰς θεὰς τοὺς λαπταρίους λέγουσαν. αἱμοτίγεως γὰρ συμβάλλει μηδὲ πολεῖ τὰς θεὰς. <sup>d</sup> Pyrrhon. Hypoth. lib. iii. cap. 16.

<sup>e</sup> De republ. lib. 2.

Vide etiam quæ in hanc rem notarunt Cicero de Nat. Deor. lib. 1. Longinus τετράς cap. 9. quem haud opportunè confirmat Tollius testimonio Aristotelis in lib. 10. Polit. Itum enim libellum in initiationem Aristote- lis à Kyriaco Streza Florentino conscriptum quis ignorat?

Libens tamen interea in medium proferrem quocunque in tanti viri, tam bonis moribus prædicti, excusationem allegari posset; illud verò præsertim, sc. quod ipse non finxerit quam scriptit μυθολογία, sed religionem popularē diu antea receptam carminibus celebraverit. In superstitionis gentilitiæ, in communis erroris culpa poetam nostrum patiar involvi, dummodo non audax impostor, tantæque impietatis inventōr habeatur; ideoque ut hæc valeat Apologia, ad Herodoti sententiam contrarium asserentis ponderandam procedamus. De religionis enim Græcæ primordiis sic scribit Historicus, Ὁμηρὸς δὲ οὐκέτι θεοὺς τούτους, εἴτι αἱ θεοὶ οὐσαν πάντες, ἔποιος τε τινὲς τὰ εἶδα, ὥκησαν μέχει τοῦ πρώτου τε καὶ χθὲς, αἱ εἰπεῖν λόγων. Ησίοδος δὲ καὶ Ομηρός πλικήν τετραγονούσιοις ἔτεσι δοκεῖ μοῦ προερχούσις γνέσθαι καὶ πλέον. Οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιησαντες Θεογονίην Ελληνοὶ καὶ τοῖς Θεοῖς τὰς ἱεραρχίας δότες, καὶ τημάς τε καὶ τεχνάς διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σηματάντες. Unde autem singuli Deorum extiterint, cunctine semper fuerint, aut qua specie, bâtēnus ignorantum erat, nisi nuper atque keri, ut sic dicam. Nam Hesiodum atque Homerum 400 non amplius annis ante me opinor fuisse. Illi autem finxerunt Græcis Theogoniam, Diis cognominibus datis, divisisque honoriis & artibus inter eos, & descriptis eorum formis. Huic igitur si fidem habeamus, religionis Hellenisticæ auctores erant primarii Hesiodus & Homerus, & ab eorum inventione profluxerunt fabulæ, quas Græci primū, deinde Ethnicorum penè omnium vulgus avidè amplexi sunt. Sed non is est Herodotus, cui, in re tam vero absimili, contra aliarum historiarum fidem, tutò credas. Vir quidem eleganti ingenio, & suavissima compositione memorabilis, sed placendi quam docendi studiosior, innumerisque fabellis, & μεταξέσοις scatens; adeò ut quantum ei arrogat auctoritatis ævi antiquitas, tantum detrahatur hominis vanitas, & in admiranda rerum effusa libido; cui ne in illis assentiamur, quæ de Græcorum religionis origine narravit, sequentes rationes vehementer obstant.

1. Quantacunque apud suos fama & auctoritate Hesiodus & Homerus valuerint, vix tamen suspicari possimus eam tantam fuisse, ut hac permota universa gens aliter de Diis & forsan saniū sentiens, Theogoniam ab iis inventam, & tam portentosis fabulis refertam admittere voluerit. Ille quidem honos & nomen divinis vatibus olim attributus est, ut nova quædam dogmata eos potuisse adjicere facile concedam; sed ut receptam penitus abolere superstitionem; religionemque novam ex improviso inducere unus & alter valuerit, vix credibile videbitur reputanti, quam difficulter se in mentes hominum præoccupatas insinuet religio sanissima, etiamsi miraculis, validissimo veritatis argumento, muniatur.

2. Si prætendatur, istam fuisse Græcorum ignorantiam, ut ante Hesiodi tempora omni prorsus religione vacui fuerint, nullique extiterint poetæ vel

<sup>a</sup> Lib. 2. cap. 53. <sup>f</sup> Cicero de Leg. lib. 1. cap. 1. Plutarch. de Herod. malig. Dio Chrysost. Orat. 18. Aul. Gell. lib. 1. cap. 10. Strabo lib. 1. & 11. Thucyd. lib. 1. Οὐρανογράφοι, &c. ad quod scholiares Aristoteles & Hippocrates.

sapientes qui de hac re præcepta tradere potuerint; & historiæ auctoritatem, & ipsum rationem huic opinioni repugnantem habemus. Multis proculdubio ante hæc tempora sœculis Græcia habitata fuit; cumque ex variis olim conflata sit coloniis, mixtam quandam, ex variis regionibus inventam, <sup>¶</sup> religionem accepit. Ne rem altius repetamus, Danaus <sup>a</sup> qui Argis, Cecrops <sup>b</sup> qui Athenis regnavit, cum ipsi ex Ægypto essent, aliquam certè religionis partem quæ in superstitione ista gente invaluerat, secum induxerunt. Dicitur & Phoroneus Ægyptius <sup>c</sup> templorum, altarium, sacrificiorum usum Græcis indicasse; ideoque vel Deos quosdam tunc temporis apud eos in honore habitos invenit, vel ipse peregrinos & ignotos invexit. Testatur etiam & ipse Herodotus <sup>d</sup> penè omnia Deorum nomina ex Ægypto in Græciam pervenisse; Bacchum verò diu ante Hesiodum Græcis fuisse notum, quippe cuius nomen & ceremonias Melampus interpretatus fuerit. Quanquam verò idem Historicus contendit, <sup>e</sup> poetas illos, qui antiquiores Hesiodo & Homero ferebantur extitisse, posteriores fuisse, ei tamen vel ipsa ratione permotus strenuò repugnarem. Cui enim verisimile videatur, hæc poemata tam pulchra & penè divina prima fuisse inter rudes Græcos Pœseos tentamina, <sup>f</sup> cùm alioqui omnes artes & scientiæ, non uno saltu, sed gradatim, lentisque passibus ad culmen soleant pervenire? Rursus igitur idem notandus est Velleius, qui verborum, ut sollet, sonitu & antithesi, potius quam ratione & veritate ductus, vanum hoc Homero confert elogium; <sup>g</sup> Neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est. Nam præter ipsorum poematum perfectionem, quæ ea nequaquam prima omnium fuisse fatis demonstrat, etiamnum conservantur antiquorum poetarum nomina, qui de Dis & religione scripsisse traduntur. Meminit Pausanias <sup>h</sup> Lycii cujusdam Olenis, qui antiquissimos inter Græcos conscripsit hymnos, & in hymno suo

<sup>a</sup> Summi viri Joh. Potteri, Archiep. jam Cantuar. Archæol. Græc. lib. 2. cap. 1. <sup>b</sup> Pausanias in Corinthiacis. <sup>c</sup> Eusebius Chronico. Pausanias in Arcadicis <sup>d</sup> Cleop. Alex. Protoreproco. Arnobius contra Gentes lib. 6. <sup>e</sup> Lib. 2. <sup>f</sup> Ibidem. <sup>g</sup> Vide hoc de re sententiā Viri doctrina & ingenio præcellentis Francisci Hare Cicestrensis Episcopi in Prolegom. in Psalmos à se methodo & arte admirabili metricè divisos; cuius tamen observationes elegantissimas Lectori invidere iniquum esset. Respondeo, hanc ipsam simplicitatem partim in causa fuisse quod ejus investigatio querentibus non feliciter cesserit. Qui non satis secum reputantes, antiquissima quoque esse simplicissima, artesque omnes quo initii propiores essent, eo fuisse audiores, nec nisi longo temporis progressu ad æn. juam perductas, temere nimis crediderunt Poematis hæc, quod sacra essent, nec sine quodam numinis afflato composta, ideo esse in suo genere perfectissima, omqemque Pœseos cultum & ornatum, qui multis post seculis apud Græcos obtinuit, in his quæ oportere. — Notandum tamen est, Pœseos Hebrææ imperfectionem, istius lingue, vel ipsorum forsitan poetarum, genio, & quæ ac antiquitati poematum quæ jam supersunt, adscribi posse. Nam inter Jobum, Mosen, Deborah, sacrorum poetarum primos, & posteriores illos, Davidem, Solomonem, cæterosque qui Babyloniam captivitatem exceperunt, satis longum tempus intercessit, quo perpoliri, & ad æn. quandam perduci posset Pœsis Hebræa, si modò istiusmodi perfectionis capax fuisse, vel huic rei scriptores operam dedissent; cum tamen iisdem, quibus antiquissima, vitiis & maculis laborent poemata recentiora, nec ullum in iis vestigium profectus cernatur. <sup>h</sup> Lib. 1. cap. 5. <sup>i</sup> In Boëoticis. Herodot. lib. 4.

in Lucinam dicit Amorem Lucinæ filium fuisse; post eum verò Pamphus & Orpheus poetæ claruerunt, & ab utroque compositi sunt hymni in Amorem. Fertur etiam eundem Pamphum <sup>1</sup> primum in Gratias carmina cecinisse; <sup>2</sup> ejus verò hymnum in Jovem Homerum imitatum esse. Si Ciceroni sit credendum, <sup>3</sup> Chrysippus Orphi, Musæi, Hesiodi, & Homeri fabellas accommodavit ad ea, quæ ipse de Diis immortalibus dixerit. Dicitur autem Musæus <sup>4</sup> Θρακίαν composuisse; licet hymnum in Cererem pro unico Musæi illius prisci scripto certo ac genuino agnoscit <sup>5</sup> Pausanias. Ex hoc tamen poeta Hesiodus & Homerus quædam descriptissimæ, ac suis intexuisse poematibus <sup>6</sup> narrantur. De Orpho autem, Græcorum religionis auctore celeberrimo, variorum scriptorum testimonia congerere infinitum penè <sup>7</sup> esset; à quo, cùm patriâ Thrax esset, ipsum religionis nomen, ut nonnulli existimant, <sup>8</sup> derivatum est. Dicitur enim cultus divinus Θράκης, quasi Θράκια, i. e. Thracis hominis inventum.

3. Plurimæ Græcorum religionis fabulæ ab historia sacra desumptæ sunt; quod quidem patet tum ex circumstantiarum factorumque inter se congruentia, tum ex ipsis locorum, personarum, Deorumque nominibus ab Hebræa radice derivatis, parvaque mutatione ad Græcam aurem accommodatis. Sed vehementer errat, si quis existimat, hujusmodi mutationem unius alteriusve hominis inventioni & ingenio deberi. Non enim uno aliquo tempore, sed sensim corrupta fuit antiquarum rerum notitia, quæ, cùm nullis certis monumentis conservata fuerit & propagata, per longum, ut solet, traditionis cursum innumeræ subivit mutationes, à quolibet narrante ademptis, additis, variatis ad libitum circumstantiis, donec ad illum ferè statum religio pervenerat, qualis in Hesiodi Theogonia <sup>9</sup> describitur. Haud tamen assieveraverim tam scrupulosum eum fuisse in omnibus, fidumque religionis suæ interpretem, quin, licentiâ à veteribus poetis vindicatâ, novis quibusdam circumstantiis & splendidis fabellis Poema suum decoraverit. Ejus tamen si τὸ δλον spectes, ab antiqua eum traditione argumentum desumpsisse, vel hac ratione inductus crediderim, quòd has res, ut notas diuque receptas, securè & tranquillè narret, nullamque præ se ferat speciem hominis exponentis commenta sua, iisque fidem conciliare laborantis.

<sup>9</sup> Pausanias in Boeoticis.

<sup>1</sup> Philostratus in Heroicis.

<sup>2</sup> De nat. Deor. lib. 1.

<sup>10</sup> Diog. Laert. in Proëmio. Harpocrat. Suidas in Μελίτη. <sup>11</sup> In Messeniacis. <sup>12</sup> Clemens Alexand. Strom. lib. 6. <sup>13</sup> Vide tamen Aristoph. in Ranis, &c. Euripid. in Rhefo.

<sup>14</sup> Nonnus Ζευς. <sup>15</sup> In Stel. 1. Potteri Archæol. Gr. lib. 2. cap. 1. <sup>16</sup> Bochartus passim. Clerici Notæ in Hesiod. passim. Stillingfleet Origines Sacrae lib. 3. cap. 5. <sup>17</sup> Cum ita

Neomeniorum feria Hesiodi temporibus inter Ethnicas obtinuerint, nemo nisi paulo morosior ambigere quens, quia seculis longè vetustioribus in usu fuerint, cùm omnia scacerent idolis, &c. Spencer de Neomen. festis, cap. 1. sect. 1. Idem de purificationibus verba faciens: Si Genium pend emmum usus antiquitatis indicium habeatur, confessuenns est, ut lotiones illas Hesodo longè antiquiores fuisse, & originem suam à remotissimo mundi senio duxisse, judicemus. De lustrat. Hebreor. cap. 3. sect. 2.

Ex his omnibus mihi quidem persuasissimum est longè vetustiores Hesiodo fuisse has de Deorum origine factisque historias. Illud tamen libens concedo, cum forsan copiosissimè & accuratissimè de hac re scripsisse, primumque *πεποιηκέντας ΤΕΛΕΙΑΝ Θεογονίαν Ελάχιστον*.

His jam expeditis quæ ad Egypti, iudeos, & Θεογονίαν pertinent, ad aliud jam pergamus Poema, seu poematis fragmentum, *Ασπίς Ηερμάτεω*, nuncupatum, quod an genuinum sit Hesiodi opus, an potius recentioris ævi, summa est inter viros doctos controversia. Variorum opiniones hic loci memorare supervacaneum esset, cùm ea, quæ in hanc rem congettis vir *πολυμαθέσας* & J. Albertus Fabricius, huic nostræ Editioni integra subjunxerimus; rationes autem, quibus inducti literati quidam viri hoc opus Hesiodo abjudicaverint, paulisper expendere non pigebit, quas si inanes, nulliusque esse ponderis deprehendemus, nihil certè apud me illorum auctoritas valebit, quo minus tam pulchri poematis honorem Hesiodo tribuam. Argumenta, quæ ad hujus poematis *νότειαν* probandam adhibentur, hujusmodi serè sunt. 1. *Ασπίδης Ηερμάτεω* auctor Homeri Clypeum Achilleum imitatus esse videtur, & ab ipso plurima carmina mutuatus; quinam, in quadraginta locis, ut recenset vir quidam <sup>4</sup> *ανεξέταστος*, istiusmodi utitur locutionibus, quales non nisi in hymnis Homero adscriptis inveniuntur, ac proinde necesse est, ut qui Hesiodum Homero coævum, vel eo forsan seniorum existimant, recentiori alicui poetae hoc opus adjudicent. A similitudine igitur duorum inter se poematum concludis *Ασπίδης* auctorem Homeri clypeum imitatum fuisse? Pulchrum sane argumentum! quod in te pari ratione torqueri potest. Cùm enim inter duo scripta notabilis quædam apparat convenientia, exinde probabiliter inferri potest unum ad alterum respexisse; sed utrum sit apographum, utrum archetypum, aliis argumentis indicandum restat. Äquo igitur jure Hesiodi fautores contendant, Homerum Hesiodi imitatorem fuisse, nisi aliae occurrant rationes, quæ contrarium possint evincere. Porro, argumentum illud, quod duoitur à quadraginta locutionibus, quæ ab hymnis Homero adscriptis petitæ videntur, eadem laborat infirmitate, & majori quidem, quanto major est istorum hymnorum novitatis suspicio. Nam quo longius ab Homericæ ætate hymni recedere creduntur, eo probabilius est in parallelis locis eos ad *Ασπίδης* respexisse, quām ad illos *Ασπίδης*, cuius antiquitas à tanto doctorum numero defenditur.

2. Ecce verò aliam rationem qua *Ασπίδης* antiquitas oppugnatur. In eo nempe invenitur allusio ad Centauri nomen, quod in Fornace, poematio Homero attributo, memoratur.

*Ασπίς. Αμφὶ μέγαν Πεντάπολιν, ιδ' ΑΣΒΟΛΟΝ ὄνταςτιν.*

*Κάμην<sup>Θ.</sup>. ————— Σμάραγγός καὶ ΑΣΒΟΛΟΝ.*

Vide, quæsto, argumentum. *Idem occurrit nomen in Ασπίδης & Καμίνῳ;*

<sup>4</sup> Vide librum, Anglico sermone conscriptum, cui titulus, *Miscellaneous Observations on Authors ancient and modern.* Herodot. vit. Homeri.

Ergo

*Ergo unum ad alterum respexit. Idem occurrit nomen in Aethidi quod dubiae est antiquitatis, ac in Kapula quod proculdubio est recens; ergo Aethis illud nomen à Kapula mutuatum est: Talis est Grammaticorum argumentatio; cuius quidem puderet meminisse, nisi instituti ratio requireret, ut Hesiodi nihil à me alienum putarem. Si quidem Aetholo nomen esset ab auctore Kapula confictum, valeret argumentum quod exinde contenderet Aethis Kapula recentius esse Poema. Sed illud non supponitur, nec supponi potest. Nam Aetholo vetustissimum est Centauri nomen, diu, ut videtur, ante Hesiodi tempora celebratum, quem ob impietatem & truculentiam ab Hercule fuisse interfectum vetus fama <sup>f</sup> tulit. Sed hæc nihil moror cùm illud ipsum falsissimum sit, quod in hoc arguento supponitur. Vox enim Aetholo in Kapula, in omnibus, ut opinor, codicibus legebatur Aetheto seu Aetheso, donec Homeri editor Barnesius in Aetholo commutaverit, ratus nimurum ea fuisse Centaurorum nomina, quæ in isto versu memorantur. Sed in hoc frustra est vir doctus. Verisimilius enim est, ea esse Cyclopum nomina, tum quod fictili arti adversarii prædicentur, tum præcipue quod infra invocet Poeta <sup>b</sup> Chironem omnesque simul Centauros, ideoque in tantillo Poematio sui esset oblitus, si illi etiam sint Centauri, qui in priori versu designantur.*

3. Tertia verò objectio petita est ab illa dissimilitudine quæ inter Aethis aliaque Hesiodi opera conspicitur. Abundat quippe Aethis sublimibus figuris & ornamentis poeticis, quæ aliena prorsus videntur à gravi illo & simplici poeta, qui Elysia & Troyas composuit. In hoc arguento consequia non valet. Vix enim à stylo auctorem possis dignoscere, nec in re tam incerta existimatori docto tuto confidas, nedum Grammaticorum turbæ, qui hoc utentes criterio, de Antiquorum scriptis superbum ferunt judicium; prorsus ignorantes, in eodem Auctore Stylos maximè diversos inveniri. Primò enim, ab ætate Auctoris scribendi ratio variatur. Quod enim in Hortensio jam seniore, & de solita industria aliquid remittente animadvertisit <sup>c</sup> Cicero, sive dissimilior videbatur fieri quotidie; id fere in omnibus quodammodo, maximè in poetis, qui scribentes senescunt, conspicitur. Acre illud & vehemens hebescit, venustum & politum deflorescit, vestitu splendido oratio spoliatur, & omnino, ut Græcorum notat Criticorum princeps <sup>d</sup>, οὐ πολὺν ἐν τοῖς μηχανισμοῖς ουγεγέρθει τῷ ποιητᾷ εἰς ἡθὸν καλύπτει. Non inutile est illud Horatii præceptum, Solve senescentem, &c. & ille ipse quamvis in omni genere excellens, æstum tamen ingenii deservuisse, & ad aliquid sermoni proprius inclinasse expertus est:

Nunc itaque & versus & cetera ludicra pono,  
Quod verum atque decens curro & rogo & omnis in boe sum.

<sup>f</sup> Philostatus in Herod. Fabricii Bibl. Gr. lib. 1. cap. 2. <sup>g</sup> Οἱ τῆδε τίχης κακὰ τολ-  
λὰ πορέζειν. <sup>b</sup> Διοργὴ τοῦ Χρήστου αὐτῶν πολίτων Κιτταδέσιον, οὗ Σ' Ηρακλεῖον χρήστης Θύρος, οὗ  
& διάδοσις. <sup>i</sup> De claris Oratoribus. <sup>k</sup> Longinus σφινξ ψυχής cap. 8. <sup>l</sup> Epist. 1.  
lib. 1.

Maximè verò in ipso Homero ista, de qua loquimur, ingenii declinatio conspicitur. Δέκτεντοι διὰ τὸ Οδυσσεῖας ὅτι μεγάλης φύσεως παθερομένης ἦδη ὕδιον ἐστὶν ἐν γῆρᾳ τῷ φιλόμαθον . . . . Απὸ δὲ τοῦ αὐτῆς αἰτίας, οἷμα, τὸ μὴ Ιλέαδον γερεφομένης ἐν αἴρῃ τονδύματον, δόλον τὸ σωμάτιον δερματικὸν πάτεται καὶ ἐναγάνεται. τὸ Οδυσσεῖας τὸ πλέον διηγηματικὸν, ὅπερ ἴδιον γένεται<sup>1</sup>. Quid igitur? Si dicam Aesopi figuris & ornamenti abundantem, in juventute sua, alia quæ restant poemata, inclinata jam ætate, Hesiódum composuisse; eumne deinceps ob styli diversitatem Poetæ nostro abjudices?

Secundo, ob varietatem argumenti scribendi ratio variatur. Eundemne requiris in Bucolicis & Georgicis fervorem & impetum, qui in Virgilii Aeneide conspicitur? Easdemne figuras in navium catalogo, vel cum in curruum certamen Diomedes descenderet, ac cum Δαΐς οἱ ἐν πάρεισθαι τῷ ἀσπιδῷ ἀκάματος πῦρ, Αστέρ' ὄπωρίνων ἐναλίγκων<sup>2</sup>; Eadem inter Scutum Herculis & alia Hesiodi poemata ratio est. Εγείρεται Ημέρας poema est didacticum, virtutis & agriculturæ præceptis constans, subjectorum sanè quæ non admittunt, proculdubio non postulant, vel sensuum altitudinem, vel dictiōnis splendorem. Maxima pars Θεογονίας est διηγηματική, & in nominibus occupata, quæ quidem si tam aptè inter se Poeta composuerit, ut nihil asperum, vel auriculis delicatis ingratum occurrat, omne punctum tulisse existimatori candido videbitur. In hoc tamen poemate, cum ad res quasdam nitoris & sublimitatis capaces digreditur, istis utitur figuris & ornamenti, quæ satis demonstrant, non ei ad hæc ingenium, sed subjectum idoneum plerumque defuisse. Descriptio prælii inter Deos & Titanas, ac postea Jovis cum Typhoeo pugnæ, omnibus orationis ornamenti abundat, nec quidquam ποιητικάτερον in Scuto legitur; cuius tamen argumentum istiusmodi est, ut omnes poetæ vires & universum impetum facile patiatur. Malè igitur figurarum vi, & ornamenti abundantia Scuti νοθεία arguitur.

Restat jam ut de ætate Hesiodi pauca dicamus, pauca quidem, nam paucissimæ occurunt notæ, quæ curiosum in hac re investigatorem possunt dirigere. Periculosa plenum opus aleæ! in quo iterum iterumque inonderus est lector, ut rationibus verisimilibus contentus sit, nec ultra probabilitatis fines velit evagari. Argumenta quæ huic rei illustrandæ inferiunt, duplia ferè sunt, Veterum testimonia, & Rationes Astronomicæ.

Veterum testimoniis ultra probabilitatem nihil fas est tribuere. Nam & ipsi Veteres respectu Hesiodi pro Recentioribus sunt habendi, & præterea, quod maximè eorum auctoritatem levat, inter se discordes sunt. Duobus igitur omnino utemur testimoniis, quibus tamen tutiū credendum est, quoniam & antiquissima sunt omnium quæ jam supersunt, & inter se confentiant; tali quidem concordia, qualem de re tam remotâ expectare fas est, in qua sc. non nisi paucorum annorum differentia occurrit. Herodotus, post Hesiódum & Homerum scriptorum profaicorum antiquissimus, testatur eos 400 ferè annis ætatem suam præcessisse. Vixit autem Herodotus quo tempore

<sup>1</sup> Longinus ibid.

<sup>2</sup> Iliad. E.

<sup>3</sup> Lib. 2. cap. 53.

Xerxes copias in Græciam duxit, annis ante Christum 480. ideoque floruit Hesiodus annis ante Christum ferè 900. Quantum Herodoti auctoritati tribuendum sit, superius dixi. Illud interea animadvertendum est, quod, si quis in eo sit error, longè probabilius est peccasse eum, recentiorem, quam par erat, Hesiodo ætatem tribuendo, quam assignando nimis vetustam. Nam præter illam phrasin, τετρακοσίου ἵππου δοκία μᾶς πέτερντεργες γειθεῖς, & ΟΤ ΠΛΕΟΣΙ, quæ quodammodo innuit, eum à vulgari de hac re opinione discedere, animadvertendum est, hanc ipsam opinionum diversitatem antiquitatem rei arguere. Ad hanc rem facit, quod sibi ipsi parùm constet Herodotus, à suo quandoque longius removens sæculum Hesiodéum. Nam in vita illa Homerica ponit Homerum, ideoque Hesiodum, ante Xerxis expeditionem annis 622, i. e. annis ante Christum 1042. Cujus quidem memini, non ut suspecti istius libelli auctoritatem historiæ Herodotæ testimonio opponerem; sed ut monerem, si quæ sit in prædicta Epochæ erroris suspicio, in eo verti controversiam, an non multo antiquior habendus sit Hesiodus, nequaquam an recentior habendus sit.

Hæc etiam confirmatur supputatio ex Chronicæ Marmoris testimonio. In illo enim sic scriptum legimus. Αφ' ἡ Ηεσιδος ἴφαντη ΜΗΙΓΔΔ . . . βασιλεύοις Αθηνῶν . . . Literarum quidem numeralium ultima, nomenque Archontis interierunt. Illam autem lacunam bene suppleri numerali literā τῷ Δ, hanc verò τῷ Μεγαλεῖ, ex iis quæ de hac re notarunt Doctissimi Marmororum Editores\*, abunde constat. Vixit Auctor Marmoris, ut ex plurimis in ipso Marmore notis constat, annis ferè ante Christum 260, quibus adjectus numerus supradictus 680 numerum efficit 940. Illo autem tempore Athenis Megacles regnavit; eodem igitur floruit Hesiodus.

Hactenus historiæ fidem secuti sumus; jam verò dispiciamus, quid lumen huic rei illustrandæ præbeat Astronomia. Cecinit Hesiodus Arcturi exortum ἀκόνυχον, confectâ Brumâ, sexaginta post dies accidisse<sup>b</sup>:

Εὗτ' ἄν δ' ἐξηκονία μῆδ τεοπάς ηλίοιο  
Χαμέτερ' ἐκτελέσγη Ζεὺς ἡμέτα, δή γὰ τότερος αἰσχρός  
Αρκτοῦ προλιπάντις εργὸν ρόον Σκανδοῦ  
Πρέστον παρφάνων θητέλλοις ἀκρονέφαιος.

ex quibus verbis ætatem nostri Poetæ, calculi Astronomici ope, intra septuaginta plus minus annos posse constitui Scaliger<sup>c</sup> & Vossius<sup>d</sup> sunt arbitrati.

Vellem equidem huc usque rationum Astronomicarum ope prodire licet; nam certiore calcuло opus non esset in negotio à nostris temporibus tam remoto, & exigui momenti. Sed frustra hujusmodi ἀκρίβεια spe-ramus; postulat enim ἡ θητολώ Arcturi rite & accurate definitam fuisse Hesiodi temporibus, & regionem cognitam; deinde nihil ambigui inesse verbis Poetæ.

\* Vide Seldeni & Pridesauxii Comment. in Marm. Oxon.      <sup>b</sup> Egy. 564.      <sup>c</sup> Animadv.  
ad. Euseb. №, 1255. p. 72. Edit. Amst. 1658.      <sup>d</sup> De Gracis Poetis, cap. 2, sect. ult. p. 12.  
Sed

Sed & ἀπτολίω ἀργονύχιω Arcturi ritè & exactè definitam fuisse ne credamus, vetat quidem rudis Antiquorum Astronomia, quam nimis imperfectam multa post Hesiodum saecula mansisse adeo demonstrat, inter alia, Eudoxi Sphæra<sup>c</sup>, ut merito dubitari possit, an tempus revera int̄erjectum Brumæ & exortui Stellæ cognitum fuerit necne Hesiodo, aut Astronomis quorum ille usus est observatis. Quis enim pro certo affirmaverit eo usque processisse Antiquos in Astronomica scientia, ut veros τησσαρες dies statuere possent? Prima omnium istiusmodi observationum quas Veteres literis tradidere, ea est Solstitii ab Eucltemone & Metone observati: cui tamen neque Ptolemæus, nec eo antiquior Hipparchus ausus est confidere; Petavius<sup>d</sup> autem eam de errore unius circiter diei arguit. Quid igitur miri est, si ab Hesiodo, aliquove ejusdem saeculi Astronomo minora speremus, quam ab Eucltemone & Metone, quorum nomina inter cultores Astronomiæ multum celebrantur? Nec in hac re Antiquorum laudibus detrectare cupio. Sol cursum suum tardissime flectit; & conversionem aliquando ita inter duas meridies evenire oportet, ut Astronomo minus perito vix aut ne vix quidem constaret, utrum huic illine diei esset accensenda. Sed de imperitia Veterum in constituendis τησπαις solis audiamus Attalum & ipsum Eudoxum. Hic<sup>e</sup> dicit in Evóπτῳ suo; φάντα τὴ διαφορὴ τησπαις τόπων οὐδὲ πλέον τὰς τησπαις μηδὲ οὐδὲ τησπαις τοῖς πλεονταῖς αἰδαὶ ποτὲ μηδὲ ποτὲ τησπαις.

Neque id solum nobis facessit negotium. Apparens stellæ ortus, modò ut eum in animo habuerit Poeta, fit eo tempore quo solis centrum sub Horizonte depresso est certo graduum numero<sup>f</sup> pro magnitudinis stellæ ratione, definito, ipsum Horizontem occupante stella. Quanquam verò Stella revera esset isto tempore Astronomia conspicua; utrum tamen tunc temporis, nec solaribus radiis magis expedita, viro Astronomiæ imperito observari posset, haud injuriâ dubitatur. Rusticus enim expectaverit stellam non modo sub visum cadere, sed etiam toto splendore coruscare. Hic autem splendor majorem forte depressionis arcum postulabit; & unusquisque gradus depressionis, ad arcum definitum accedens, apparentem extortum stellæ αἰρόνυχον accelerat, & ἡών moratur, uno ad minimum, pluribus nonnunquam diebus, pro ratione situs quem signifer habet ad Horizontem. Huic etiam splendori quandoque obstant longiora crepuscula & lucidiora<sup>g</sup>, quæ ex aeris statu, ardore solis, halitibusque terræ perpetuo mutantur, & aliquando αἰρόνυχος quidam Aer<sup>h</sup> Horizonti iocumbens, per quem maiores etiam stellæ tralucere non possunt nisi gradibus aliquot supra Finitorem extiterint; unde inter alias causas, scriptorum illa varietas in designando stellarum ortu occasione à quibusdam jure petitur<sup>i</sup>.

\* Apud Aratum, & Hipparchi commentarium in Arati poemata.      f Ptolemæi magnum opus lib. 3. cap. 2.      g Auctarium Operis de doctr. Temp. lib. 6. cap. 10. p. 247. Edit. Par. 1630.      h Hipparch. Opus. lib. 1. cap. 21. p. 198.      i Coma Berenices. v. 24.      k Auctarium operis de doctr. Temp. lib. 1. cap. 14. p. 45. &c. Riccioli. Almagest. novum. tom. I. lib. 6. cap. 20. sect. 15. p. 464.      l Ibid. tom. I. lib. 1. cap. 31. p. 48.      m Porro Auctarium, &c. lib. 2. cap. 8. p. 99. B.

Porro haud satis constat Arcturi exortum ab Hesiodo memoratum ipsius Poetæ temporibus, & in Ascreæ agro fuisse observatum. Plinium, Columellam, aliosque scriptores reperimus docentes Astrorum Stellarumque ortus & occasus ex præceptis & parapegmatibus antecedentium Astronomorum<sup>o</sup>, qui diversis sane temporibus, & in variis mundi plagis astroruni coelique motus notarunt; quod si, ut par est, Hesiodus itidem fecisse creditur, exinde nihil de ejus ætate constabit. Nam sæculi mutatio aliquod discriminis, & varietas regionis qua sit observatio, insigne discriminem temporis exortui inducit; & Arcturus *ἀρκόντας* citius seriuve post Brumam orietur pro ratione facili magis minusve remoti, & loci magis minusve septentrionalis. Hoc sane discriminem ex mutatione sæculi orisundum Antiqui usque ad Hipparchi tempora ignorabant; neque illud alterum regioni debitum magis calluisse videntur Poetæ; & fere omnes rei rusticæ scriptores libris suis infarcientes ortos & occasus undique excerptos, & perplexè & obscure, ne specie quidem aliquando memoria, designatos<sup>r</sup>. Igitur necesse est ut istiusmodi observationses plerunque sint incertæ, nec saepè Chronologiae inservire queant.

Denique numerum, quem Poeta statuerat, sexaginta dierum à Bruma ad Arcturi exortum, eundem multi alii scriptores<sup>s</sup>, & tandem Plinius<sup>t</sup>, posuerunt. Sed utri horum, Plinio an Hesiodo, fides est adhibenda? Alterum certè de suo tempore locoque cogitantes suus fecerit animus, & fortasse utrumque. Plinius quidem scientia ac eruditio prælucebat Poetæ, sed Poeta antiquior, ideoque, si fallor, testis fidè dignior est hujus exortus Arcturi; nam hic alteri, non verò alter hūc auctor ejus rei esse potuit. Quothiam tamen utrique potuerant ex aliis suum de hac re testimoniū mutuo sumplisse, adhuc incertum erit, quo sæculo, quaque regione observatus fuerit ille exortus quem noster poeta nos docuit. Et hæc fere sunt quæ in genere dicenda de incertis Antiquorum præceptis ad ortus occasusque stellarum attinentibus occurruunt.

Jam restant consideranda Poetæ verba, in quibus aliquod ambigui nobis suspicari licet. Concessò enim quod dies Brumæ rite definitus, & Arcturi exortus ætate Hesiodi & Ascreæ fuerit observatus; quis tamen statuere posse diemne illum intra tempus à Bruma ad Arcturi exortum, an extra esse numerandum? Antiquis utraque computandi methodus erat usitata; sed utram Hesiodus usurpavit, in promptu non est dicere. Præterea Græci civilem diem ab occasu solis inchoabant; & exortus siderum *ἀρκόντας*, sive ipsa occasus momento, seu post occasum solis factus, sub initio diei civilis eveniebat. Erit igitur incertum, an ille quoque dies numero inclusus fuerit necne; & minimè constabit, an Hesiodus voluerit Arcturi exortum posuisse quinquagesima nona an sexagesima post Brumam vespera, an sexagesima prima. Id verò notandum est singulos dies numero ad-

<sup>o</sup> Ejusdem Op. lib. 2. cap. 8. p. 89. B & D.

<sup>p</sup> Mifcell. Observat. pro Novemb. &

Decemb. 1733. Edit. Amst. tom. III. p. 358.

<sup>q</sup> Nat. Hist. lib. 11. cap. 16.

Nat. Hist. lib. 2. cap. 77. A. Gellii lib. 3. cap. 2. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 3.

<sup>r</sup> Plini

dites.

ditos Poetæ ætatem ad nos proprius admovere septuaginta duobus circiter annis. Aliam etiam litem Docti moverunt. Duplex est ἀκρόνυχος ortus<sup>1</sup>; alter quo tempore Sol infra Horizontem occidentalem eo usque nec amplius processit, ut stella in orientali Horizontis parte conspiciatur; qui ortus ἀκρόνυχος & apparens, seu ἐπερία θητολή φαινομένη vocatur: alter est cum Sol versatur in occidentalı Horizonte eodem temporis articulo quo stella est in orientali, & ἐπερία θητολή αληθινή vocatur, sive ortus ἀκρόνυχος verus; qui quidem observari non potest, sole tunc temporis oculis Astronomi surripiente, & radiis suis abscondente stellam. Newtonus<sup>2</sup> (præcunctibus Longomontano, & Keplero, si Ricciolo<sup>3</sup> fides est) arbitratur posteriorem ortum esse designatum, quem necesse est apparente serius evenire duodecim ad minimum diebus, & nonnunquam pluribus, respectu habito ad τὸ ἔγκλιμα mundi. Sed hunc sensum prorsus respuunt verba Poetæ: nam vox παρφάνων manifeste indicat τὴν θητολήν φαινομένην, & minimè congruit vero ortui quem Geminus<sup>4</sup> αἴθεωρος vocat. Neque mehercle qui compos esset sanæ mentis, id indicium tempestatis anni daret Agricolis, quod oculis eorum non occurreret, & ex calculo astronomico esset deducendum. Sed alia insunt verbis difficultia: nam ἀκρονύχος & apparente ortu posito, stella in Horizonte orientali tum ultima vice conspicitur, neque ibi amplius ante heliacum ejus ortum apparebit. Quoniam igitur sensu dicitur Arcturus περιτόνευσθεός, cum revera hic ortus sit ultima θητολή φαινομένη, ultimaque ἀνατολή εἰκόνης; si dixeris hæc verba, περιτόνευσθεός, sejungi debere à τῷ θητείασθεός, & ad præcedentia περιτόνευσθεός ἰσχον ρόον ἀκεστοῦ referri, ut stellam jam emersam ex oceano denotent & in Horizonte conspicuam; si ita, inquam, exposueris locum, redundat oratio, eo ipso stellæ situ clare & aperte à τῷ θητείασθεός expresso. Sin verba, περιτόνευσθεός, volueris à se invicem distingui, & seorsim ad τὸ ἀκρονύχοφαῖον referri; sensus, fateor, commodus exinde elicetur: quoniam enim duplex est ἀκρονύχοφαῖον seu ἀκρόνυχος ortus, quorum prior est φαινόμενος, posterior αἴθεωρος; quidni videatur Hesiodus dixisse quod Arcturus θητείασθεός ἀκρονύχοφαῖον, περιτόνευσθεός; qui in vero ortu ἀκρονύχος diceretur θητείασθεός ἀκρονύχοφαῖον, ιχαλον, αἴθεωρος? Displacet tamen hæc loci interpretatio, utpote omnino subtilior quam quæ à vetere Poeta & rustico forsan viro expectari possit.

Alia tandem, &c, ni fallor, vera loci interpretatio occurrit, quam vox παρφάνων omnino tuetur. Ea Latine sonat *totus collucens*, ideoque non convenit uni cuivis stellæ, sed constellationi. Prior enim nullum habens sensibilem diametrum, vel tota est φαινομένη, vel tota αἴθεωρος: posterior verò per plures noctes diversis suis partibus pedetentim exoriens, magis magisque sub visum ἀκρόνυχος cadit. Huic autem distinctioni quam maximè favet locutio veterum Astronomorum, qui de stellâ nudè dicunt, θητείασθεός,

<sup>1</sup> Gemini E�εαγων apud Petavii Uranologiam cap. 11. <sup>2</sup> Chronol. p. 95. <sup>3</sup> Almagest. Novum. tom. I. lib. 6. cap. 20. sect. 13. p. 463. <sup>4</sup> Cap. 11. p. 45. E.

<sup>2</sup> Gemini E�εαγων. cap. 16. p. 65. B. & j. τῆς οὐρανοῦ Δοκίμης προτερηγονής ἀκρόνυχος οὐρανος, δύνει,

δόντι, &c. sed de <sup>a</sup> Astro, <sup>άρχει</sup><sup>τ</sup> θητέλλειν, λίγος ἐπιθέλλειν, μέσος θητέλλειν, ὄλος θητέλλειν; &c. additis nonnunquam vocibus <sup>b</sup> φανερέσ, σκηφανύς. Itaque videtur τὸ παραφαίνων θητέλλειν idem significare ac τὸ ὄλος θητέλλειν φανεράς; & Arcturum pro signo Bootæ Poeta usurpaverit: quod neque novum nec improbandum est. Nam idem fecere Catullus Callimachi <sup>c</sup> interpres, <sup>d</sup> Plautus, <sup>e</sup> Virgilius, <sup>f</sup> Vitruvius, <sup>g</sup> Columella, <sup>h</sup> Plinius, Julius <sup>i</sup> Firmicus, & <sup>k</sup> Auctor (quisquis ille fuerit <sup>l</sup> sive Bassus, seu ipse Germanicus) commentariorum in Arati Phænomena à Germanico conversa. Nec ipse Hesiodus, optimus sui interpres, prætereundus est. Nam <sup>m</sup> V. 611. Arcturum oriri nos docuit quo tempore Orion & Sirius in medium cœlum venerint; nec multum aliter exortum Bootæ descripsit Hipparchus; μεταρρεγνεῖς τὸ πᾶς ἀλλων ἀσέραν, αρχομένις μὴν ἀνατέλλειν τὸ Βοώτη, οὐ τὰ διελεγός ὁμοίῳ τὸ Οερίανθο, καὶ οὐ διελεγός πᾶς, ὡς ἡμιπήχιον προηγγέμινος τὸ μετημένων. λίγοντος τὸ πᾶς, μεταρρεγνεῖ τὸ Κυνὸς οὐ δῆλον τὸ Ιστίου λαμπρός. ἀνατέλλει τὸ ὄλος οὐ Βοώτης εἰς ἀραις ισημεριναῖς δυσὶν ὡς ἔγισα. Nam Hesiodi ætate, quo tempore exoriebatur clarissima stella Arcturi, Meridianum jam pridem transfierat Orion, nec dum ad eum Sirius pervenerat: sed oriente toto Boote, duabus circiter horis Orion & Sirius Meridianum transcurribant circulum. Quare ut Hesiodus sibi constet, congruum est arbitrii Arcturum loco præ manibus nostris, vel propriè, vel saltem per synecdochen ponи pro tota constellatione Bootæ. Atque ita forte intellexerunt Poetam Moschopulus <sup>m</sup> & Proclus <sup>n</sup>, qui Arcturum ὄμοιαγη & σωατέλλοντα virginis constellationi fecerunt: id quod neque propriè stellæ, nec ei æquè ac signo competit, & ab Hipparcho <sup>o</sup> Bootæ tribuitur. Proclus, fateor quidem, subiungit; αρκτῆρος τὸ οὐ αρκτοφυλάκις [potius αρκτοφύλακος] αἰσηρ,

C. τὸ τὴν ιώμαρα — ιππιτίαν τὸ καὶ Αρκτοῦ. D. τὸ τὴν εὖμάρα Καλίππα φάσχος ιππιτίαν. p. 67. C. τὸ τὴν καὶ Εύδηξαν αἴξ ιψα δίνει. p. 69. E. τὸ τὴν λέσπη Εύκτημον Αρκτοῦ ἱψοῖ δύνει. Ptolemaei φαστοι πατλανῶν apud Petavii Uranol. p. 71. A. γ' εἰπε τὸ οὔρας τὸ Λίνοντος ιππιτίαν. Aetii Amideni Serm. 111. ibid. 422. Columella Edit. Paris. lib. 11. cap. 2. p. 340. <sup>p</sup> Gemini Eisay. cap. 16. p. 64. & passim. Columella lib. 11. cap. 2. p. 340. <sup>q</sup> Gemini Eisay. cap. 16. p. 65. atque alias passim. <sup>r</sup> Coma Berenices. v. 94. <sup>s</sup> Rudens Prol. v. 70. “Namque Arcturus signum omniū sum acerrimum,” &c. <sup>t</sup> Georg. lib. 1. v. 204. “Arcturi sidera nobis, Hoedorumque dies servandi.” ubi Servius quidem Arcturum stellam esse explicat, sed male, ni fallor: quia τὸ sidera idem ac signum valet; imo ipse Servius ad v. 68. nos ita submonuit — “Arcturus enim pluviarum & tempestatum fidus est. <sup>u</sup> Arcturus autem idem Artofylax — idem Bootes, &c.” <sup>v</sup> Lib. 9. cap. 6. “Item alia contra est stella media genuro Custodis Arcti, qui Arcturus dicitur.” Hanc lectionem probat Philander; sed Cl. Perraultius suspicatur legendum esse Arctophylax: perpenso quidem loco mallem legere, que dicitur, &c. <sup>w</sup> Lib. 11. cap. 2. p. 341. “vii Kal. Septembbris Vindemiator exoritur mane, & Arcturus incipit occidere.” <sup>x</sup> Nat. Hist. lib. 18. cap. 28. “viii Idus Aug. Arcturus medius occidit.” cap. 31. “v Idus Septembbris Cæsari capella orientur vesperi. Arcturus verò medius pridie Idus vehementissimo significatu terra marique per dies quinque.” <sup>y</sup> Lib. 8. cap. 14. “in quinta parte Sagittarii oritur Arcturus. Hoc signo oriente, &c.” <sup>z</sup> Seet. 10. p. 109. Edit. Par. “Bootes, qui & Arcturus, fertur esse cultos Plautri, &c.” p. 145. “viii Idus Aug. Arcturus medius occidit — Arcturus verò pridie Idus Septemb. imbræ vehementissimos significat, terrâ marique. Ratio ejus hæc traditur, si Delphino occidente imbræ fuerint, non defuturi sunt per Arcturum, ejus signi ortum servat,” &c. <sup>aa</sup> Vossius de Hist. Lat. 1. cap. 22. p. 104. <sup>bb</sup> Comment. in Hesiodum. <sup>cc</sup> Lib. 2. cap. 18. p. 229.

οὐ μῆταξν τὸ δρελῶν αὐτὸς αἰνάλλων. δ. ἐγένετο δρελοφύλαξ καλεῖται Βοώτης. sed mihi videtur vel τὸ θτας, vel τὸ Αρκτόβηθος excidisse post τὸ Δρελοφύλαξ; quia stella Arcturi nusquam, quod scio, Arctophylax vel Bootes vocatur, sed è contra sub Arcturi nomine ipse Arctophylax saepius occurrit.

His omnibus quæ jam dicta sunt, opponat aliquis, quod Poeta, si Booten in animo habuisset, non ἀσῆρε Δρελοφύλαξ dixisset, sed ἀσῆρε Δρελοφύλαξ, seu potius ἀσῆρε Αρκτοφύλαξ, quod omnem dubitandi præcidiisset ansam. Nam Astronomi distinguunt inter τὸ ἀσῆρε & τὸ ἀσῆρον, huic Constellationis, illi verò stellæ simplicis notionem attribuentes: & ὁ Homerus de stella loquens, τὸ ἀσῆρε una cum verbo παριφάνειν utitur; ubi ὁ Eustathius ὁ μὴ ἀσῆρε, inquit, ἐν σῷμα εἴσι· τὸ δὲ ἀσῆρον ὡς παλαιόν. ἀσῆρον γὰρ ἐπὶ πολλῶν ἀσῆρων συγκείμενον ἀσχοβεῖται μιᾶς φωτίσια δύνεις πανοπίλον, μετά τινας μυθολογίας δημιόδηρον ὡς ἐν τοῖς Αρχέτυ Φαίνεται. ηδὲ τοις μὴ κατὰ τὰς παλαιάς, οἱ δὲ ὑσεροι σωζόμενοι τὰς λέξεις, ὡς εἶναι παρ' αὐτοῖς ταῦτα ἀσῆρον ηδὲ ἀσῆρε. Sed videant Docti an non hic loci dormitet bonus Eustathius: distinctionem quidem agnosco; tamen dubito, an illa vetustissimis scriptoribus fuerit cognita. Apud Homerum & Hesiodum neque τὸ ἀσῆρον in singulari, nec τὸ ἀσῆρες in plurali numero occurrunt: ideoque res ejusdem speciei, diversi tamen numeri mihi designare videntur. Quod constellationes ἀσῆρε vocantur, & propriè sanè, quia ex pluribus constant stellis, id patet; sed an una aliqua constellatio, quippe quæ quodammodo ἐν σῷμα est, à τῷ ἀσῆρε designari potest, necne, res haud ita certa est. Callimachus tamen in eo sensu usurpavit vocem, quem dixit περὶ ἀσῆρες τῷ Βερενίκην, fatente ipso ὁ Achille Tatio distinctionis istius vocum fauore maximo; & si τὸ ἀσῆρε ὄπωντος Homeri eodem modo interpretatus fuero, neque mihi deerit Auctor, nec argumenta. Nam ὁ Ricciolus affirmit quod Canis major est Homero lib. 20. Iliadis, ἀσῆρε ὄπωντος, αἴστρον subautumnale, seu αἴστατον finiens: & ipse Homerus interpretationi favet, canens

ἀριξηλοι δέ οἱ αὐγαῖ  
Φαίνονται πολλοῖς μετ' ΑΣΤΡΑΣΙ ουκίοις ἀμολγῶ.  
Ον τε ΚΤΝ' Οείωντος ἐπίκλησιν καλέσοι  
Λαμπρότατοι μὴ δέ οὐδὲ τε ΣΗΜΑ τέτυκται).

ubi illam μυθολογίαν quam ὁ Eustathius Astris propriam esse judicat, cum vocibus, ἀσῆροι, κυν' Οείωντος, & σῆμα, conjunctam videmus. Ipsa quidem stella Sirii Canis aliquando vocatur, ex sententia ὁ Hygini & ὁ Bassi, sed nunquam σῆμα, vel signum: quapropter de signo potius quam de stella Poeta est accipiendus. Si tamen hoc displicet, propterea quod comparatio inter Diomedem & Sirium instituta melius competit similitudini Achillei & solis, quam Homerum in animo habuisse Eustathius innuit; dicendum

\* Achilles Tatius. Eἰσιγ. cap. 14.      ^ Iliad. E. 5.      † Comment. in locum. p. 514.  
† Eἰσιγ. cap. 14. p. 134. D.      ‡ Almag. Nov. tom. I. lib. 6. cap. 5. sect. 5. p. 408.  
■ Comment. in Iliad. E. 5.      × De signis Cœli lib. 3. cap. 34.      ‡ Comment. in Germanici Phænomena cap. 32. sub fine.

est Poetam utramque notionem & Stellæ & Constellationis, quæ communis nomine Canis vocantur, commiscuisse, quod idem fecit Plautus de Arcturo, Prologo in Rudentem :

*Ita sum, ut videtis, splendens stella candida,  
Signum quod semper tempore exoritur suo,  
Hic atque in cælo : nomen Arcturo est mihi.*

Quicquid verò de Homero statuatur, Hesiodus aliam, quam quæ data est, interpretationem non facile admittet ; de qua re jam satis superque.

Perpensis igitur verbis Poetæ calculum aggrediamur, & exinde sententias propositas examinemus. Verum ortum ἀρκόνχος stellæ Arcturi statuerunt Ricciolus & Newtonus accidisse, prior Athenis anno ante Christum 953. posterior anno ante Christum 870. nulla loci mentione facta. Riccioli calculum nihil moror, quippe qui mendis scatet. Sed Polo boreo ad gr. 41°. 30'. elevato, ad quod ἡγλιψα mundi Eudoxi sphæra constituitur ; & angulo Eclipticæ & Äquinoctialis, cum Cl. Nostrate Halleio, constituto gr. 23°. 29'. (quem tamen angulum eundem semper fuisse nonnulli forsan negabunt) his, inquam, positis anno ante Christum 942. longitudinem solis, verè & ἀρκόνχως oriente Arcturo, comperio fuisse gr. 329°. 16'. 59". & meridie diei 27<sup>th</sup> Febr. fuit fere gr. 329°. 17'. Londini. Bruma autem prioris anni 30<sup>th</sup> die Decemb. mane ante lucem eveniebat ; ideoque exortus Arcturi ἀρκόνχος verus fuit vespera seu initio diei 28<sup>th</sup> Febr. i. e. post sexaginta dies à Bruma numeratos. Sed minor Ascræ latitudo, & annus à Newtono memoratus seriorem exortum requirunt. Latitudinem Ascræ constitutæ esse gr. 38°. 30'. quia Clar. M. D. Jac. Jurin <sup>a</sup> recentissimas observationes secutus, Athenas posuit in gr. 38°. 15'. Anno autem ante Christum 870. exoriebatur Arcturus verè & ἀρκόνχως Ascræ, sole 4<sup>th</sup> gradum Piscium ingrediente, vespera seu initio 3<sup>rd</sup> diei Martii : Bruma autem consiebatur anno priore, tempore postmeridianæ diei 29<sup>th</sup> Decembris, igitur que ἀρκόνχος exortus Arcturi in agro Ascræ eveniebat vespera post Brumam confectam sexagesima quarta, seu die sexagesimo quinto, connumeratis utrisque extremis. Quid igitur sibi voluit Newtonus, qui Arcturi exortum ἀρκόνχος & verum ex sententia Poetæ hoc anno evenisse nos <sup>b</sup> docuit ! Num fallitus fuit (absit invidia verbo) clarissimus ille vir, cuius nomini honor semper est habendus ? an diversa methodo inivit calculum, pro regione ad Boream magis accedente, computatis sexaginta diebus à medio Brumæ tempore, & exclusis numero extremis ? De hac re, tacente ipso Auctore, nihil certi, quod dicam, invenio.

Alter jam restat examinandus ἀρκόνχος stellæ ortus Clerico <sup>c</sup> probatus. Hic ortus apparet eveniebat Ascræ anno ante Christum 870. sub initio 18<sup>th</sup> diei Febr. sole occupante 21<sup>th</sup> gradum Aquarii, & ad 12 gr. sub

<sup>a</sup> Almagest. Nov. tom. I. lib. 6. cap. 20. sect. 13. p. 463.

<sup>b</sup> Chron. p. 95.

<sup>c</sup> Hipparchus apud Petavii Uranol. lib. I. cap. 5. p. 178. E.

<sup>d</sup> Append. ad Varenii Geogr.

cap. 31. prop. 7. p. 41.

<sup>e</sup> Chron. p. 95.

<sup>f</sup> Not. ad Hes. Egy. v. 569.

Horizontem depresso: i. e. post quinquaginta dies integros à Bruma ad exortum numeratos. Hoc tempus Hesiodi verbis minime conveniet, nisi nobis suspicari liceret Poetam scripsisse, Εὗτ' ἀν πενήντα, quod Grammatici posteriores cum φαινομένοις sui temporis, vel aliorum observatis discordare invenientes, id in Εὗτ' ἀν δὲ ἑπτάκοντα commutaverint; cuiusmodi emendationes<sup>8</sup> Attalus testatur se in Arati poemate fecisse. Sed hac conjectura repudiata, quippe quæ nullo nitatur fundamento, hic loci obiter subjungere libet, quod Eudoxus & Democritus eadem quæ Hesiodus, de Arcturi exortu, Hirundinis adventu, & occultatione Vergiliarum notarunt. Nam Hesiodus cum Arcturi exortu hirundinem venisse affirmat; Eudoxus autem, teste Gemono<sup>9</sup>, ait die 60<sup>mo</sup> à Bruma utrisque inclusis extremis, Αρκτοῦ ἀκρούχοτεττάλλει, η νέρος γίνεται, & χελιδῶν φαίνεται. Hesiodus autem docuit Vergilias sub initio veris fuisse occultas quadraginta circiter dies: & Democritus die 13<sup>to</sup> post æquinoctium vernum, πλειάδες κενπλονται αμφα τηλιώ ανιχνεύονται, η αφανεῖς γίνονται νύκτας μέση. Unde hæc essent cognita Democrito & Eudoxo disceptandum aliis relinquo; ab iis certe non mutuo sumpfit Poeta, neque in his locis Hesiodi interpolatio lectori emunctissimæ naris unquam subboluit.

Jam ultimam sententiam expendamus, quæ Booten sub Arcturi nomine intelligendum proposuit. Cum Marmore Arundeliano ponamus Hesiodum floruisse anno ante Christum 944. seu potius, calculi gratia, anno 942. quia idem est annus ratione bissextilis ac 870. Stella ultimum exoriens in Constellatione Bootæ ponitur ab<sup>10</sup> Hipparcho, &<sup>11</sup> Ptolemæo in pede dextro signi, & αζ in catalogo Bayeri notatur. Hæc stella tertiae est magnitudinis, & solem postulat sub Horizontem depresso ad quatuordecim usque gradus in verticuli circulo numerandos, ut in Horizonte conspicatur. Calculo autem inito, eam inveniemus ακρούχως orientem ultimum in Horizonte fuisse conspectam anno prædicto, sub initio diei 27<sup>mi</sup> Febr. sive die sexagesimo post Brumam, utrisque connumeratis extremis; sole tunc temporis occupante 29<sup>m</sup> gradum Aquarii. Neque hæc ratio numerandi nova est, etiam ubi τῷ μῷ apud Græcos, seu post apud Latinos occurrat. Nam<sup>12</sup> Cicero ait, “Neque te illo die [sc. Idibus Mar.] neque postero [sc. die xvii Kal. Apr.] vidi: — post diem tertium [sc. die xvi. Kal. Apr.] veni in ædem Telluris,” &c. Quodque de Spina Ægyptia dicit<sup>13</sup> Plinius, “Cæsa anno tertio resurgit,” id<sup>14</sup>. Theophrastus expresserat, ὅταν δὲ κατῆ μὲν τείτονται δίδυς αναβεβλάστησεν. Si quis verò contenderit Hesodi verba ἑπτάκοντα — χαμέει ἐκλελέγει Ζεὺς ημέα, postulare sexaginta dies integros, quales inter ortum solis & occasum exiguntur, quique à nonnullis *Naturales* vocantur, τῷ ἐκλελέσῃ denotante tempus esse completum & exactum, ne uno quidem dierum se aliter habente;

<sup>8</sup> Hipparchi φαινόμενα. lib. 1. cap. 4. p. 178. <sup>9</sup> Εἰσαγ. cap. 16. p. 68. C. & 69. B. <sup>10</sup> Εἰσαγωγὴ. ibid. <sup>11</sup> Hipparchi φαιν. lib. 2. cap. 18. p. 229. <sup>12</sup> In ὄντος τῇ αἰσθητῇ φαινόν apud Hudsoni Geographos minores. <sup>13</sup> Orat. Philip. 2. cap. 35. <sup>14</sup> Lib. 13. cap. 9. <sup>15</sup> Hist. Plant. lib. 4. cap. 3.

haud malè forsan ei respondebimus dicentes, apparentem ἀρχόντα exortum stellæ non isti diei tribuendum esse, quo ultimū in Horizonte orientali stella conspicitur; sed diei potius sequenti, quo in conspectum veniens primum incipit videri non amplius in Horizonte posita, sed supra eum aliquantillum elevata. Hoc enim accidit stellæ, de qua nobis sermo est, vespera seu initio diei 28<sup>th</sup> Febr. i. e. vespera sexagesima post Brumam accidente, diebus sexaginta naturalibus, & quinquaginta novem noctibus; una cum parte duarum aliarum inter Brumam & Exortum interpositis. Hoc temporis intervallum diminuetur, sive majorem demus Polo elevationem, seu ætatem antiquiorem tribuamus Poetæ: & è contrâ augebitur, positis minore Poli elevatione, aut recentiore ætate Poetæ. An verò mutationem aliquam huic illive inducendam suadeant cætera φαινόμενα ab Hesiodo memorata, jam nobis dispiciendum est.

Scribit <sup>9</sup> Poeta de Vergiliis, *αὐτὸν τοι νύκτας τε καὶ μαλα τεσσαράκοντα κεκρύφατο*: quæ verba primâ facie occultationem, non tantum quadraginta noctium, qualis fuit ea Democriti, sed quadraginta νυχθημέρων designare videntur. Sed id nobis est animadvertendum, quod dies noctesque occultationis æquales fieri non possunt. Nam occultatio omne id tempus est, quod ab ηλιακῷ stellæ cujusvis occasu sub vesperam accidente, usque ad ηλιακὸν ejus ortum aurora evenientem transcurrit, à nocte inchoatum pariterque clausum: itaque necesse est, ut aut noctes numerum quadraginta excedant, aut ab eo deficiant dies. Neque hoc impedit, quo minus νυχθημέρα à majore numero denominantur; cujus rei sacræ scripturæ illustre præbent exemplum. Idem igitur erit occultationum quæ ab Hesiodo & Democrito memorantur tempus; nempe noctes 40, diesque interpositæ 39. Sed hoc posito tempore, litem fortasse movebit aliquis, dicetque id nōbis minimè constare, utrum Poeta locutus sit de occultatione perfecta omniumque stellarum ad Vergiliis pertinentium, qualis ea est ab ηλιακῷ occasu stellæ maximè orientalis usque ad exortum ηλιακὸν stellæ maximè occidentalis, cujus occultationis brevissima est duratio; an de occultatione qualicunque & imperfecta ab ηλιακῷ occasu stellæ maximè orientalis computanda, cujus longissima est duratio; an denique de media quadam occultatione, illius scilicet stellæ, quæ insignissima est Vergiliarum, & sub visum maximè cadit. De hac ultima Poetam esse intelligendum videtur rationi maximè consentaneum, quia cæteræ stellæ nimis sunt nebulosæ. Calculo autem inito pro anno ante Christum 942. comperiemus Lucidam Vergiliarum ultimò fuisse visam, ideoque occultationem ejus esse inceptam vespera seu initio diei 6<sup>th</sup> Aprilis, & finitam manè diei 15<sup>th</sup> Maii, quo demum stella post apparuit quā abscondita fuisset noctes quadraginta, diesque triginta novem ex vicinitate solis. Hæc occultatio eò longior erit, quod magis ad Boream locus Poetæ, vel ad nostra tempora ætas accedat; & è contrâ minùs ad Boream accedente loco, vel ad nostra tempora ætas, brevior erit occultatio.

Aliud φανόμενον ab Hesiodo memoratum ita se habet:

Εὗτ' ἀν δέ Οείων καὶ Σείρην εἰς μέσον ἔλθε,  
Ουρανὸν, Αρκτοῦ δέ τοιδη ποδοδάκτυλον Ήντος, &c.

ubi Booten sub Arcturi nomine designatum esse jam suprà notavimus. Restat inquirendum an τὸ Σείρην de tota Canis Constellatione, an de stella ejus insigni sit intelligendum. De hac re in neutram partem acriter disceptare velim: id tantum submonendus est lector, quod Sirius semper designat stellam Canis principalem apud Aratum, Eratosthenem, Hyginum, & Basium, seu Commentatorem Germanici. Si Hesiodus eodem sensu intelligendus est, id quod Proclus censuit, Poeta dixerit, quod Arcturi seu Bootæ signo oriente, ad meridianum circulum accedet primò Orionis Sidus; deinde aliqua pars Canis, non tota Constellatio, sed Sirii stella, i. e. ultima Bootæ stella in Horizonte Orientali conspicietur, quo tempore Sirius in Cœli fastigium advenerit. Si nulla esset Aeris refractio, & apparenſis idem ac verus esset locus stellæ; ultima Arcturi stella in Horizonte posita, Sirius transiſſet Meridianum Aſcræ anno ante Christum 942. duabus fere tertiiis partibus unius gradus, seu 44°, quod intervallum quidem nimis erat exiguum quād quod ab Antiquis dignosceretur. Sin refractionem esse 29° 30'. cum Ricciolo statuamus; tum quo tempore ultima Arcturi stella in Horizonte visa fuerit, Sirius deficeret à Meridianō 4°. seu decima quinta parte unius gradus, ita ut stella Arcturi quād minimum elevata, Sirius in ipso Meridianō conspiceretur. Hoc autem obiter est notandum; si magis Boream versus admovemus locum, vel à nostris temporibus amovemus Poetam, Sirius ne quidem attigerit Meridianum; at è contrà minùs Boream versus admoto loco, minusve à nostris temporibus amoto Poeta, transferit jam pridem Meridianum, quo tempore prædicta stella Bootæ oritur. Igitur ex τῷ φανόμενῷ quæ Poeta nos docuit, nihil quod ætati ejus apud Marmorem Arundelianum traditæ repugnet, inferri potest; sed omnia ita optimè conveniunt, ut mirari liceat unde hæc ei cognita fuissent.

Quanquam vero quæ jam dicta sunt proposito nostro satisfecisse videantur, haud tamen lectori ingratum fore existimo, si ad alias nonnullas quæſtiones ab hac re non alienas; & à viris doctis ventilari solitas, discutiendas descendero. Quæritur enim Primò, Quomodo se habeat ætas Hesiodi respectu temporum Trojanorum? Secundo, Quomodo se habeat respectu ævi Homerici?

Ad priorem quod attinet, causa nulla est ut à vulgari & recepta opinione recedamus, qua Trojæ excidium mille & ducentis ante Christum annis, ante Hesiodum fere trecentis collocatur. Hæc enim sententia argumentis quibusdam verisimilibus defenditur. Primo Homerus, Hesiodo, ut plerisque videtur, antiquior, sed ei forsitan æqualis, comparatione facta Trojanorum virorum, eorumque qui suis temporibus vigeant, tantam roboris præstanti-

<sup>1</sup> Comment. in locum: σαφῆς δὲ τέτοιος οὐτὶς τὸ γένος Εὐρώπης Σείρην λέγει. <sup>1</sup> Almag. Nov. tom. I. lib. 3. cap. 9. sect. 7. p. 115.

am̄ prioribus illis \* attribuit, ut vix credibile videatur tam insignem humana-  
rum virium diminutionem uno alterove sēculo fieri potuisse. Argumentum  
à Vell. Patrculo petitum ipsius verbis proponemus ; <sup>b</sup> “ *Hic [Homerus] lon-*  
“ *gius à temporibus belli, quod composuit, Troei, quād quidam tentur, absuit.*  
“ *Nam ferme ante annos nongentos quinquaginta floruit, intra mille natus est.*  
“ *Quo nomine non est mirandum, quod sēpe illud usurpat oīs rūr. Bētolī eiōi : hoc*  
“ *enīm, ut hominum, ita sēculorum notatur differentia.*” Hoc quidem argu-  
mentum oppugnari potest ab eo, quod Homerus eadem fere usurpat verba  
ad notandum discrimen inter Trojanos viros, eosque qui Trojanis tem-  
poribus perpaucorum annorum intervallo præcesserunt. Ita enim Nestor de  
illis, qui unā secum juvē militabantur, prædicat, ‘ *Kēivōis δ' ἀντίς — Τῶν*  
“ *οī rūr. Bētolī eiōi ἐπιχθόνοι μαχήσοι.* Sed responderi potest, longè diversam  
esse hic loci istorum verborum rationem. Nestor commilitonibus suis priscis  
attribuit non virium corporis, sed virtutis bellicæ præstantiam, quarum al-  
teram sine altera posse subsistere. Siquo in re tali opus est testimonio, vel  
ab ipso Homero discamus, <sup>c</sup> “ *Τυδεῖς τοι μικρὸς μὴ τὸν δέμας, αὐλαὶ μαχῆσίς.* Quinetiam animadverte perpetuum Nestoris *χαρακτῆρα.* Vaniloquentiam  
illi minimè indecoram attribuit Poeta. More senuni laudator temporis  
acti describitur. Quāmōbrem, si diserte affirmasset æquales suos magnitu-  
dine & robore corporis præcelluisse, vix tamen ab oratione ejus grandilo-  
qua argumentum peterem, quod ipsius Poetæ, in propria loquentis persona,  
sententiae opponerem.

Secundum argumentum, ex quo inter Trojanum bellum ætatemque Ho-  
meri distantia infertur, desumptum est ab invocatione illa Solenni Musar-  
um, quæ ante initium Catalogi navium à Poeta \* usurpatur,

Εατέλεις ρῦ μοι, Μέσσα, σὸλύμπια δώματ' ἔχεσσαι.  
Τρεῖς γὰρ θεάι εἰσε, προσέγετε τε, ἵστε τε πάντα.  
Ημεῖς δὲ κλέπτε οἵτοις αἰκάλημα, οὐδέ τι ἴδεμεν,  
ΟἽ τίνες ἡγεμόνες Δαραῖοι καὶ κοιρανοὶ ἦσαν.

Negat se quidquam certi cognoscere vel de navium numero, vel ductorum  
nomine. Quod si paucis annis à Trojana obsidione vixisset, non modo  
illustria illa, sed minutiora multa ad tam celebre bellum pertinentia, ut-  
pote quæ in omnium ore tunc temporis fuissent, absque inspiratione scire  
potuisset. Quis enim hodiernum Poetam non ineptum existimaverit, qui  
Magni Malburii res gestas cantaturus, exordium tale Flandriadi suæ præ-  
posuerit?

Ex his, inquam, infertur argumentis, distantiam temporis non medio-  
crem inter Trojanum bellum & Homeri sēculum intervenisse, quæ  
omnia pari jure ad Hesiodum transferri possunt, quippe quem Homero  
vel contemporaneum, vel illo perpaucis annis priorem fuisse ex sequenti-  
bus patebit.

\* Iliad. E. 304. M. 383. 449. Y. 287.  
272. <sup>b</sup> Hist. Rom. lib. 1. cap. 5.

<sup>d</sup> E. 801. <sup>e</sup> B. 484.

<sup>b</sup> Hist. Rom. lib. 1. cap. 5.

<sup>c</sup> Iliad. A.

Huic

Huic autem sententiæ maxime adversatur Illustriss. Newtoni hypothesis, qui tercentum totos annos à Veterum Chronologia amputans, Hesiódum quidem 870 annis ante Christum collocat, sed inter illius ævum & Trojana tempora vix ultra triginta annos intercessisse contendit.

Opusculi hujus limites transcurrerem, si omnes rationes, quæ ad tam novam hypothesisin muniendam adhibentur, discutiendas in me fusciperem: fat erit, ut opinor, præcipuas selegisse, ut de universa argumentationis serie æquum Lector ferat judicium.

Primò igitur supponit Vir Magnus <sup>f</sup> γενέας illas, quæ à Poetis & præcipue ab Hesiode <sup>g</sup> celebrantur, uni hominum successioni quæ intra triginta ferè annos perfici solent, pares esse singulas; testatur autem <sup>i</sup> Hesiodus se in illa γενεῇ, quæ à Trojanis temporibus proxima fuit, vixisse; Ergo, &c.

De significatione vocis γενεῆ maximè apud Doctos ambigitur. <sup>k</sup> Herodotus tres γενέας centum annis respondere affirmat. Homeri Scholiastes tradit, Veterum calculo <sup>h</sup> γενεὰ triginta annis definiri. Sed <sup>m</sup> Plutarchus incertissimam esse hujuscce vocis significationem innuit, utpote quæ aliquando de ætate hominis vigentis intelligitur, & sic triginta annis definitur; aliquando verò de ætate hominis senescentis, & sic 108 amplectitur. Idem præterea, si quidem ego illius sensum capio, <sup>n</sup> γενεὰ existimat apud Hesiódum nequaquam humanæ vitæ spatio circumscribi, sed diversam prorsus significationem obtinere; dicens μῆνες ἡ Ησίοδος αὐθεωπίλιας ζωῶν <sup>o</sup> γενεὰν λέγειν. Utcunque verò de generali hujuscce vocis sensu statuatur, mihi quidem exploratissimum est γενέας illas Hesiodeas nullum comprehendere definitum annorum numerum, sed aliis alias prolixiores esse, & singularum longitudinem vel actionum quarundam serie, vel morum similitudine, vel ipsius forsitan Poetæ arbitrio determinari. Quamvis enim aureum illud, quod vocatur sæculum, uno Saturni regno definitivit Hesiodus, Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνος ἥσαν, ὅτ’ ἔχεντες ἐμβασίλευσαν; malè tamen exinde concluditur longitudinem unius hominum successionis huic ætati Poetam tribuisse. Saturnum enim & Jovem divina & immortali præditos natura describit, ideoque plures hominum successiones sub imperio Saturni præteriisse pari ratione existimaverit, qua Jovi in successivas hominum generationes imperium disertis verbis attribuit. Dicit enim de Jove, quod argenteæ ætatis homines Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε; deinde verò, Ζεὺς ἡ πατήρ τείτον ἀλλο γένεται μερόπων αὐθεώπων Χάλκεον ποίησε; illisque demum sublatiss, Αὐθίς ἐτ’ ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονικούσατείην Ζεὺς Κρονίδης ποίησε, & postremū de ferreo sæculo, Ζεὺς δ’ ὁλέσσει καὶ τέττο γένεται μερόπων αὐθεώπων. Cum igitur Jovis imperio plures hominum generationes sint subiectæ, quid impedit ne totidem sub Saturno etiam suisce concludamus? Nihil certè obstat huic hypothesisi, quod unicum, scilicet aureum, genus hominum sub Saturno flo-

<sup>f</sup> Chron. p. 29. 32.

<sup>g</sup> Ibid.

<sup>h</sup> E.γ. 108.

<sup>i</sup> Ibid. 174.

<sup>k</sup> Lib. 2.

<sup>l</sup> Comment. ad Iliad. A. v. 250. <sup>m</sup> De Oracul. Defectu. p. 415. Edit. Franc. <sup>n</sup> Ibid. p. 416. <sup>o</sup> E.γ. 138. & sequent.

ruisse dicitur. Vox enim illa, πολύτελος, non ad notandum hominum successionem adhibetur, sed respectum habet ad mores, indolem, consuetudines, res gestas; in quibus qui inter se conveniunt vel magnopere discrepant, ii eodem esse vel diverso τάχει dicuntur. Concludo igitur aureum illud saeculum eo usque durasse, donec homines, conversis studiis moribusque, simplicem illam ab Hesiodo descriptam vivendi rationem exuerant.

Ita vero se rem habere, nec una hominum successione ætatem terminari, à quarti illius, quod dicitur Heroicum, saeculi longitudine patebit. Illustriss. quidem Chronologus, ut suæ faveat Hypothesi, ultra aurei saeculi initium Deucalionis diluvium removet. <sup>¶</sup> Apollodorus autem & Proclus testantur, Jovem istud diluvium ad perdendos ænei saeculi homines immisso. Quorum sententia quam sit vero consentanea, nec ante æneum saeculum Deucalionem vixisse ex ipso Newtono manifestò constat. Tradit enim Vir Magnus, <sup>¶</sup> decem post Deucalionem annis Idæos Dactylos ferrum in Ida Cretensi invenisse, illudque in arma & instrumenta fabricantes fabrorum & armriorum artibus apud Europenses initium posuisse.<sup>¶</sup> Quod si verum sit, necesse est ut Deucalionem usque ad æneum saeculum & illius quidem extretram partem deducas, nam ipse testatur Hesiodus in æneo saeculo ferrum nondum inventum fuisse — Μέλας δὲ σκόπευε τὸν θεόν. Poenit igitur Deucalionem juxta finem ænei saeculi, & computa hominum generationes, quæ inter eum & ferrei saeculi initium intercesserunt, & sic tandem de intermedii saeculi, quod dicitur Heroicum, longitudine constabit. Post excisam Trojam ferreum saeculum incepit; discimus autem ab Homero à Deucalione ad Trojanum bellum octo hominum generationes successisse, viz. Deucalionem, Hellenem, Æolum, Sisyphum, Glaucum, Bellerophonem, Hippolochum, Glaucum qui Trojanorum fuit auxiliarius. In altera ejusdem familiæ linea septem generationes Apollodorus & Proclus recensent, nempe, Deucalionem, Hellenem, Æolum, Chritteum, Pherecem, Admetum, Eumelum, qui eidem bello interfuit. Si igitur cum Newtono tres hominum successiones centum annis circumscribi supponamus, Heroicum saeculum fere in 266 annos, vel secundum Eumeli genealogiam in 233 excrescere necesse est. Ipse quidem Hesiodus disertis verbis testatur plures hominum successiones intra Heroici saeculi terminum comprehendendi. Nam iſtorum, inquit, Heroum alii in Thebano, alii in Trojano bello interierunt. Sed Thebani Heroes patres erant Trojanorum, Tydeus Diomedis, Stheneli Capaneus, &c. De aliis quidem successionibus, quæ à Thebano bello retro ad Deucalionis tempora præterierant, apud Hesiodum siletur, illis solummodo memoratis Heroibus, qui maxime in isto saeculo inclauerunt, causamque præbuerunt præcipuam cur illud saeculum Heroicum denominaretur. His omnibus perpensis, Newtonianam illam hypothesin

<sup>¶</sup> Chron. 13.

<sup>¶</sup> Biblioth. lib. 1.

<sup>¶</sup> Comment. ad Hes. Egy. v. 157.

<sup>¶</sup> Chron.

p. 13. 14.

<sup>¶</sup> Egy. 151.

<sup>¶</sup> Comment. ad Hes. Egy. v. 157.

<sup>¶</sup> Bibl. lib. 1, 2.

<sup>¶</sup> Comment. ad Hes. Egy. v. 157.

<sup>¶</sup> Egy. v. 152.

<sup>¶</sup> Egy. v. 162.

de ἥμερον Hesiodearum longitudine nequaquam esse probabilem concludo; ac proinde, etiam si Hesiodus in saeculo ab excidio Trojae proximo floruerit, fieri tamen posse ut multorum annorum intervallo ab illis temporibus remotus fuerit.

Sed instat Vir Magnus ———<sup>b</sup> “ Non modò ipse Hesiodus testatur se in saeculo à Trojanis temporibus proximo vixisse, sed illud etiam sacram finem habiturum cum homines tunc viventes canescerent & morerentur; quod idem est acsi dixisset saeculum illud suum longitudinis fuisse mediocris, & una hominum generatione terminandum. Verba Hesiodi, ad quae respicit Newtonus, haec sunt:

Ζδές δὲ οὐδέσι, καὶ τέτο γέροντος μερόπων αἰθρίων,  
Εὗτ' αὖ γενόμενος πολιορκόταφος τελέθωσιν.

in quibus explicandis ipse bonus (quam indignor!) in communem lapsus est errorem interpretum, qui ab accuratissimo Grævio sic reprehenduntur ———<sup>c</sup> “ Insulsè Interpretes Latini ——— Post quam facti circa tempora cani fuerint. An γέρες πολιορκόταφον τελέθειν est fieri canum? Quid absurdius fingi potest? “ Γενόμενοι sunt τεχθεῖται. Sic autem verte ——— Quum “ vix nati canescant, hoc est, senescant, quum vix postquam lucem adspicerunt, senio conficiantur, &c.” Eandem penè phrasin à Josepho usurpatam invenias; apud quem Abramus brevem filii sui jam, ut videbatur, maestandi vitam deplorans, Επειδὴ, inquit, ὡνηθεὶς ἀποθανοῖ, Cum jam nato moriendum sit. Idem proculdubio est sensus verborum Hesiodi, qui à brevi contemporaneorum suorum vita argumentum ducit, quod Jupiter non quidem extemplo, sed aliquando illud genus perditurus sit, & meliora deinde saecula reducturus.

Quum vero, ut supra dixi, Newtonus ante aureum saeculum Deucalionem collocat, nec aliter quidem ejus Hypothesis potest confistere; expendamus argumenta, quae ad hanc opinionem muniendam adhibentur. Ex illis autem præcipua hujusmodi fere sunt. “ 1. Deucalionis diluvium in secunda vel tertia ante Cadmum generatione evenit; sed Cadmus in aureo saeculo vixit; Ergo Deucalionis diluvium in secunda vel tertia ante aureum saeculum generatione evenit. Probatur Deucalionis diluvium tertia fere ante Cadmum generatione evenisse ex hinc, quod Ino Cadmi filia nupsit Athanæ filio Æoli, filii Hellenis, filii Deucalionis. Probatur Cadmum in aureo saeculo vixisse dupli argumento. 1. Asterius, qui Antiquorum erat Saturnus, in aureo saeculo vixit; ille autem Asterius Europam Cadmi sororem uxorem duxit. 2. Curetes, quos secum Cadmus in Græciam invexit, Jovem nutriverunt; Jupiter autem Minos erat Creensis, & Asterii filius.”

Animadvertis Lector totam argummentationis vim ex hoc pendere, quod Asterius & Minos sint Saturnus & Jupiter ab Antiquis celebrati, ac

<sup>b</sup> Chron. ibid.      <sup>c</sup> Egy. 180.      <sup>d</sup> Lection: Hesiod.      <sup>e</sup> Antiq. Judaic. lib. 2.  
cap. 13.      <sup>f</sup> Chron. p. 142, 148, 149, 159.

proinde Saturnus ille & Jupiter Cadmo coævi fuerint; illud autem neutrum quam probari, nisi verisimile sit, tum Curetas Jovem puerum nutriversse, tum eisdem Curetas una cum Cadmo in Græciam venisse. Sed neutrum horum, ut opinor, vel certum est, vel probabile. Curetas quidem Jovem nutriversse ab Historicis memoratur; sed ab omnibus pro fabula, summæve re incertitudinis habetur. <sup>1</sup> Strabo, scriptor gravissimus, cùm de his Curetibus copiosius differuisse, hac de causa vereri videtur ne Lector eum fabulis addictum existimaverit; inter discrepantes autem opiniones quas de his congettus, una est eorum, <sup>2</sup> qui Curetas non Jovis altiores, sed Jove & Calliope natos perhibent. Newtonus quidem Lucianum hujuscce rei testem adducit, <sup>3</sup> sed prorsus incommodè ejus utitur testimonio, qui universam Græcorum μυθολογίαν deridendam solet propinare. Quamobrem mirari licet egregium hunc philosophum, in Mathematicis demonstrationibus δινότατος, sperasse tam levibus argumentis, ab anilibus fabelliis petitis, universam Antiquorum Chronologiam se posse subvertere. Sed concessò Curetas Jovem aluiisse, unde constat illos una cum Cadmo in Græciam venisse? Refert quidem Herodotus <sup>4</sup> Phœnicios quosdam viros Cadmi comites artes literasque in Græciam invexisse; illos verò eisdem fuisse ac Curetas Jovis altores neutquam testatur. Ipse etiam <sup>5</sup> Diodorus, qui omnes Cretensium historias exploraverat, eandem de Jove & Curetibus fabulam narrat, sed eorum opinioni penitus adversatur, qui illos una cum Cadmo, Asterio, Minoe vixisse arbitrantur; nam Cretenses Heroas, Minoem, Rhadamanthum, &c. multis saeculis post Deos genitos floruisse <sup>6</sup> refert. Porro Pausanias & Strabo, qui eorundem <sup>7</sup> Curetum mentionem faciunt saepissime, inter varias & repugnantes quæ de iisdem prædicantur fabulas, eorum cum Cadmo sociatis vel συγχρονούσες nusquam meminerunt. Hypothesis igitur Newtoniana, quod Cadmus Saturno & Jovi fuerit coævus, quodque Asterius & Minos Saturnus ille & Jupiter fuerint, conjecturâ solâ nititur, omnisque probationis expers est, etiam illius quæ ab obscura & sibi ipsi saepius adversaria Græcorum μυθολογίæ petitur.

Sed alios Vir Magnus sententiæ suæ patronos <sup>8</sup> exhibet, ipsos nempe Cretas, qui Jovis tumulum in insula sua conspici jactabant. Argumentum sanè minime validum; nam Cretes hac unica de causa pro mendacibus usque ad proverbium notati sunt, <sup>9</sup> Κρήτες διὰ ψᾶσαι, quoniam, ut à Callimachi

<sup>f</sup> Περὶ χρημάτων ἢ Αἴγας πλειόνων τίκτην αὐτούς τάσσει, καίπερ ὄχις φιλομοῦττος, lib. 10. p. 726. Edit. Amst. <sup>g</sup> Ibid. p. 723. <sup>h</sup> De saltatione, non de sacrificiis, ut citatur a Newtono Chron. p. 149. <sup>i</sup> Lib. 5. <sup>k</sup> Lib. 5. p. 230. Edit. Steph. <sup>l</sup> Ibid. p. 237.

Μητρὰς ἢ τὰς τὴν διὸν γένοτας ὕπερ τολμαῖς γένοις φασὶ γένος τοῦ <sup>m</sup> Κρήτου γένεται πατεῖνταις, οὐτούς τοὺς τοιούτους τὰς αὐτούς Μήτρας, καὶ Ραδάμανθος. <sup>n</sup> Paulanias Messen. &

Elias. prior. Strabo, lib. 10. <sup>o</sup> Chron. p. 152. <sup>o</sup> S. Pauli Epist. ad Titum cap. i. v. 12. Callimach. Hym. in Jovem v. 8. Epimenides, ut testantur Hieronymus ad Titum, Augustinus contra Adversarium Legis, Chrysost. Sermon. III. Epist. ad Titum, & Origenes lib. 3. contra Celsum. Innuit quidem Scholiares Callimachi aliam ob causam Cretensium mendacia in proverbium abiisse, Παρεγρίμας ἵστι τὸ κρητίζειν ἵστι Φ. Ψάδιδας, διὸ Ιδομένεος Φ. Κρητες μῆτροισαντο λαχνούς μετεῖπον τοῖς Ελλησι τῷ λαφυρῷ Φ. Ιδίων τῷ κρητίζειν εἰσιτούσατο. Et Suidas, Κρητίζειν τὸ ψάδιδας. Ιδομένεος γράπτειστος τὸ μετεῖπον εἰσιτούσατο. Sed mecum certè sensu scholia iste

scholiaste accepimus, <sup>¶</sup> hoc ipsum sepulchrum Minois erat, hac inscriptione insignetum, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ, sed cum injurya temporis τῷ Μίνωᾳ erasum esset, pro Jovis sepulchro ostentabatur. Newtonus autem Cretensium veracitatem vindicat, integrum inscriptionem Jovis sepulchrum designare existimans. Nam Μίνωῃ διός τάφῳ latinè reddit *Minois Jovis sepulchrum*; *Minois qui erat Jupiter*; sed hæc verba verti debere *Minois Jovis filii sepulchrum*, subintellecto τῷ υἱῷ per Ellipsis Græcis usitatam, Græculis omnibus est notissimum. Quod si ita se res habet, tota Newtonianæ argumentationis moles funditus ruit. Nam si Minos non sit Jupiter, Asterius non est Saturnus; si Asterius non sit Saturnus, tum Cadmus Asterio coœvus in aureo sæculo non vixit; quod si Cadmus in hoc sæculo non vixerit, nequaquam probatur, quod probandum erat, Deucalionis diluvium in secunda vel tertia ante sæculorum initium generatione evenisse.

Sed instare possunt Newtonianæ Hypothesos fautores, parum interesse an Minos sit ipse Jupiter, an Jovis filius; hoc enim concessō, unius solummodo generationis differentiam oriri, quæ in re tam remota & obscura nullius est momenti. Sed falluntur illi qui sic argumentantur, quique ætatem Jovis constituunt respicientes ad ætatem eorum qui pro filiis ejus sunt habiti. Jovi enim, quicunque is fuerit, in Deorum numerum relato, & immortalitatem induisse credito succendentium hominum superstitione varios potuit imputare filios, non eos modò qui eodem quo ille in terris versatus est sæculo vixisse putabantur, sed eos etiam qui multa post sæcula nati fuerunt, nimirum quotiescumque adulatores regi cuivis vel heroi hunc honorem ascribere voluerunt. Sed Newtonus ab hoc negotio omnem superstitionem & fabulam removet, eosque universos qui Jovis filii dicti sunt ita revera fuisse existimans, ex eorum notiori sæculo ipsius Jovis sæculum statuere non dubitat. Hujusmodi argumentationis breve quoddam specimen Lectori juvat exhibere, ut quām fallax, inanis, & nullius ponderis sit exemplo ostendam. Secundum Newtonum <sup>¶</sup> condita est Roma sexcentis fere ante Christum annis, secundum usitatum Chronologiam fere septingentis quinquaginta. Ego autem si methodo Newtoniana probare velim longè antiquiorem fuisse Romanam, sequente arguento quod ex Newto didici, opinionem meam defendarim. Heros ille qui sub Martis nomine colebatur, erat Sesostris Ægypti rex, <sup>¶</sup> qui mille ferè ante Christum annis <sup>¶</sup> floruit. Sed Mars Romuli erat pater, ut Livius, Virgilius, aliique memorant; ideoque Romanam nongentis plus annis ante Christum conditam fuisse necesse est fateamur. Vel aliàs sic insistam — Romulus sexcentis ante Christum annis floruit; Ergo Mars, seu Sesostris, Romuli pater, non amplius sexcentis &

tiunt Callimachus, Κέρτις ἀπὸ ψεύσαι· καὶ ΓΑΡ τάφοι, οὐδὲν, σέρο Κέρτης ἐτεκλίσατο. Et Lucanus extremo 8<sup>vi</sup> Tam mendax Magni tumulo quām Creta Tonantis. Et Nonnus Dionysiac. lib. 8. Οὐ δέ αἰσθαντιμένος Δίος Ψεύσαις τύμβῳ Τερποδίην Κέρτεσσι, ἵπται πέλοι ἵπερσπεντε. <sup>¶</sup> Ad Hymn. in Jovem v. 8. Εἰ Κέρτης ἵπται τῷ τάφῳ διός Μίνωῃ ἵπεργυρετῇ, Μίνωῃ διός τάφῳ· πᾶς χρήσιμος τῷ τάφῳ διός Μίνωῃ, ἀπηλεύθεν· μέσος ἀπελεύθερος, Δίος τάφου· οὐ τέτοιο διός τάφου Κέρτης τῷ τάφῳ διός. <sup>¶</sup> Chron. p. 38. <sup>¶</sup> Ibid. p. 98. <sup>¶</sup> Ibid. p. 23. triginta.

triginta. Quis tales rationes inanes esse non videt? Hujusmodi tamen est omnis Newtoniana argumentatio de Asterio, Minoe, cunctisque insuper Deorum filiis, quæ ex antiqua μυθολογίᾳ desumpta est.

Aliud verò argumentum quo Hypothesin suam Vir Magnus tuetur, hisce penè verbis conceptum legimus. “ Aliquando cum Mentore in Ithaca vixit Homerus, & ab eo multa didicit quæ pertinerent ad vitam & res gestas Ulyssis, cuius Mentor amicus fuerat.” Quod si verum sit, Hesiodum, Homero supparem, in generatione post Trojanum bellum proxima vixisse necesse est.

Sed unde, quæso, constat Mentorem illum Ithacensem Ulyssi cognitum fuisse? Homerus nempe, ut tradit libellus ille de vita ejus Herodoto adscriptus, cum Mentore quodam in Ithaca versatus est, à quo cùm multa beneficia accepisset, hanc illi gratiam retulit, ut nomen ejus Odysseæ infereret sub charactere viri prudentissimi, & amici summi Ulyssis. Haud commode ex suspecto hoc libello argumentum petit Newtonus, cuius quidem auctoritati, ut jam patebit, quandocunque hypothesi suæ adversatur, solito usus acumine, nihil tribuit. Sed historiæ habeatur fides; cum Mentore Ithacensi versatus fuerit Homerus; ægrè tamen evinces eundem Mentorem Ulyssi familiarem fuisse ex eo quod in Odyssea talis describitur. Solent enim Poetæ, aliam referendi gratiam plerumque incapaces, amicorum nomina immortalitati consecrare. Phemius ille <sup>a</sup> quem in procorum epulis citharâ canentem Homerus inducit, pro ipsius vitrico & præceptore à prædicto Biographo venditatur. Tychius vero <sup>x</sup> quem σπιτόμων ὁχ' ἀεισον, & clypei septemplicis fabricatorem idem celebrat, eundem Cumâ diverstantem benigno hospitio excepsisse traditur. Et magistrum suum imitatus Virgilius, ut nobilibus quibusdam inter Romanos familiis blandiretur, <sup>z</sup> Sergestum, Cloanthum, &c. Æneæ comites adjunxit. Sed quis sibi persuadeat utrumvis poetam historiæ in hac re auctoritatem secutum fuisse, vel exinde trahat argumentum, quo rei incertæ fides concilietur? Quinimò nec ipsius Mentoris ætas facile pateretur, ut ille una cum Ulysse, ac deinde cum Homero versatus fuerit. Ita enim computando colligimus. Ulysses ad Trojanum bellum profecturus rei familiaris curam & regimen Mentoris jam Seniori <sup>y</sup> committit;

Μέντωρ ὃς ἐ' Οδυσσῷ ἀμύμονες ἦτοι ἔταιροι,  
Καὶ ὃς τὸν εὐ νησὸν ἐπέτρεψεν οἴκον ἀπαντά<sup>z</sup>  
Πείτεροι τε ΓΕΡΟΝΤΙ, καὶ ἔμπεδα πάσια φυλάσσειν.

Mentorem isto tempore quinquaginta ad minimum annos natum fuisse suppono, nam Hesiodus virum quadraginta annorum juvenem <sup>b</sup> appellat; Trojâ jam captâ ad sexagesimum annum pervenerat, ideoque florente Homero triginta quinque abhinc annis, haud procul absuit à centesimo si superstes fuerit. Non igitur verisimile est Mentorem illum quocum vix-

<sup>a</sup> Ibid. p. 164. <sup>b</sup> Odys. P. 263. <sup>x</sup> Iliad. H. v. 220. <sup>z</sup> Ænid. lib. 5. 121.  
122. <sup>a</sup> Odys. B. v. 225. <sup>b</sup> Egy. v. 441. Τισαρχοντας τὰς αἰγάλεις.

isse Homerus dicitur, Ulyssi cognitum fuisse; nec id quidem in animo fuit Biographo illi qui Herodoti nomine insignitur. Nam Homeri ætatem ad annum à capta Troja centesimum sexagesimum dedit, quo tempore nemo certè ex Ulyssis amicis in vivis esse potuit.

Sed ab ipsius, ni fallor, poetæ verbis hæc omnis lis de distantia inter Hesiodi ævum & Trojanum bellum componi potest. Octoginta post hoc bellum annis, si Thucydidi credamus, <sup>c</sup> Græci colonias deducere cœperunt. Alii <sup>d</sup> quidem, inter quos <sup>e</sup> Newtonus, anno post Trojam *sexagesimo* Æolicam migrationem primam factam constituant; inter omnes autem convenit <sup>f</sup> non ante tertiam Æolorum migrationem, quæ post primam tertia generatione, post Trojam <sup>g</sup> annis fere centum & quinquaginta facta fuit; Cumam conditam fuisse. Ipse verò Hesiodus testatur <sup>h</sup> patrem suum fuisse Cumanum, & in paupertatem tandem delapsum, relicta ista urbe, Ascam migrasse. Verisimile autem est non eum ex primis Cumæ colonis fuisse sed ex eorum posteris; ejus autem familiam quæ in nova forsan colonia floruerat, processu temporis ad angustias redactam. Ex qua historia licet determinatum ævi Hesiodei tempus statui non potest, ejus tamen ætas in tantum colligitur, ut istam post ducentos ad minimum annos à Trojano bello collocare necesse sit. Quapropter quid sibi velit Newtonus nequaquam intelligo, qui Hesiodum pluribus annis ante Æolicam migrationem vixisse arbitratur.

His adjicio, quod Herodoti auctoritas, cui multum videtur Newtonus tribuere, cum illis est qui inter Trojana tempora & Hesiodum maximam interponunt distantiam. Trojanum enim bellum <sup>i</sup> octingentis ante se annis accidisse, quadringentis Hesiodum floruisse existimat. Cum eo videtur consentire scriptor gravissimus & ferè suppar Thucydides, qui de Homero absque ulla cunctatione tradit <sup>k</sup> οὐλλῆ ὑστερός ἐτι καὶ τεωῖκαν γέρων.

Quinetiam ab ipso penè nomine quod Trojano saeculo Hesiodus attribuit, conjectare licet illud à suis temporibus remotius fuisse. <sup>j</sup> Αὐθέντην ηγάπαιον θεού γένους, οἱ καλέονται Ημίθεοι, augustius quiddam sonat quam quod de hominibus à nobis penè visis & cognitis prædicare solemus. Revera maximi homines in suo saeculo meri sunt homines, & quamvis famam meritis suis respondentem adipiscuntur, major tamen è longinquo reverentia, & venerationem conciliat antiquitas. Non nisi volventibus annis res gestæ splendidis fabellis decorantur, & insignes viri ad Deos evehuntur; <sup>m</sup>

*Præsentii tibi maturos largimur honores  
Jurandasque tuum per nomen ponimus aras;*

<sup>a</sup> Lib. 1. cap. 12. p. 11. Edit. Wetst.

<sup>b</sup> Strabo lib. 13. Pausanias in Laconic. Vell. Paterc. lib. 1.

<sup>c</sup> Vita Herod. adscripta.

<sup>d</sup> Egy. v. 159.

<sup>e</sup> Strabo lib. 13.

<sup>f</sup> Chron. p. 33.

<sup>g</sup> Marmor Chronic. Home-

<sup>h</sup> Egy. v. 636.

<sup>i</sup> Herodot. lib. 2.

<sup>k</sup> Thucyd lib. 1.

<sup>l</sup> Horat. Epist. 1. lib. 2. v. 15, &c.

quis

quis à vera veneratione profectum judicaverit, nec potius à turpissima dominantium adulazione? Quanto rectius vera vita hominumque sensus in sequentibus exprimuntur?

*Sed tuus hoc populus sapiens & justus in uno,  
Cetera nequaquam simili ratione modoque  
Æstimat, & nisi que terris semota fuisse  
Temporibus defuncta videt, fastidit & odit.*

Si quis igitur suspicetur Hesiodum de hominibus triginta annorum intervallo à se remotis tam magnifica & portentosa prædicasse, næ ille non satis intelligit vel humani generis ingenium, vel rationem fabularum, quæ longo intervallo res gestas sequuntur, & generatione quadam, ut dicitur, æquivalva, ex veritatis corruptione nascuntur.

Jani verò summi viri rationes Chronologicas quæ ad Hesiodum immediate spectant, absolvisse videor. Instituti operis modum excederem, si universas quæ in isto libro continentur ad examen revocarem. Sed negotium illud literatis viris commendo industria sua & perscrutatione dignissimum. Quamvis enim universas simul sumptas tantum in se roboris habere non existimo ut ab illis antiqua Chronologia subverti queat; in iis tamen tanta scientia, tam perficax judicium, & acris vis animi elucet, ut etiam in hoc opere (quid ultra dicam?) Newtoni genius agnoscatur.

De ætate verò Hesiodi respectu habito ad ætatem Homericam quid sit statuendum dispiciamus. In hac re duobus testimentiis ante citatis accedo, Herodoti nempe & Chronicis Marmoris Auctoris, inter quos convenit eos vel iisdem temporibus vixisse, vel Hesiodum perpaucis annis præcessisse. Ad quod confirmandum non leve est argumentum non solum in utroque poeta veneranda illa morum simplicitas quæ certissima est nota antiquitatis, sed insuper eadem similefve locutiones in utriusque operibus subinde occurrentes; quibus nonnulli quidem inducti existimant quod recentior Hesiodus Homerum imitatus fuerit; sed cùm easdem phrases rarissime à recentioribus usurpatas inveniamus, æquius est concludere istas locutiones proprias fuisse iti saeculo in quo poetæ nostri vixerunt, & postea in desuetudinem abiisse. Sed cùm alii alter scriptores sentiant, & opiniones suas variis muniant argumentis, postulat instituti nostri ratio ut eorum singula examini subjiciamus, & quid in se ponderis habeant perscrutemur.

Prima nota per quam de utriusque Poetæ ætate judicatur, diversus est stylus character quem viri docti in utroque se deprehendisse arbitrantur. Illud vero ~~reservare~~ quām fallax sit & errori obnoxium suprad me memini immuisse. Jam verò eandem rem confirmare libet ab iis quæ vir do-

strina & judicio præcellens Joh. Albertus Fabricius, ad hanc litem re-spiciens observavit. "Iustus Lipsius in notis ad lib. 1. Velleii affirmat "majorem simplicitatem & rudiorem antiquitatem in Hesiodo comparere quam "in Homero. Contrà Salmasius ad Solinum p. 867. Lipsii judicium (no-mine ejus præterito) refellens, contendit longè suaviorem Hesiódum & "comptiorem, eoque minus antiquitatis redolentem censi debere, quod "Dionysio Halicarnassensi judice καὶ ἐφεύγοντες οὐδοντες, καὶ ὄνομάτων λειότην θρ., "καὶ συνθέσεως ἐμμελεῖς. Quam Salmasii sententiam nuper Cl. vir Ludol-phus Neocorus in historia Critica Homeri amplexus, si ex scriptis, in-quit, utriusque Poetæ judicium ferendum est, Homerus sanè ob majorem sim-plicitatem remotiorem antiquitatem redebet. Comptior enim Hesiódus & ro-tundior. Sed quod pace doctissimorum virorum dictum esto, magna in-utroque simplicitas, nec minor elegantia nativa in utriusque poematis comparet; ut ætatem diversam ex adeo diversi argumenti scriptis tam parum diversis conjicere fortassis sit operam perdere. Præcipue cùm omnes fere qui Hesiódum Homero antiquiorem negant, illum tamen putent vel aliquo eodem tempore cum Homero vixisse, vel non ita multis annis post, quæ exigua temporis diversitas non adeo diversum statim scribendi characterem inducit." Merito igitur rejicimus illud ætatis κελίνεον quod à styli charactere desumitur, præcipue cùm inter viros doctissimos qualis sit utriusque Poetæ stylus nondum convenerit. Quorum tamen discordiæ hanc unicam esse causam existimo, quod qui majorem Hesiodo quam Homero simplicitatem attribuunt, auctorem Ili-ad. cum auctore Εγγύων καὶ Ημέρων conferant; qui majorem Homero, au-torem Οδυσσείας cum auctore Θεογονίας vel Αιώνων, haud interea secum reputantes quantum à subjecti diversitate scribendi ratio variari debeat.

Aliud argumentum ex quo ætas antiquior Homero arrogatur, desumitur à vocabulis quibusdam ab Hesiodo usurpati, quæ in sæculo Homericō vel in usu nondum fuisse, vel diversam ab ista quam in Hesiodo obtinent, tunc temporis significationem habuisse existimantur. Sic enim Dan. Hein-sius ad Egy. 229. Αργαλέον πόλεμον τεκμαίρει, "Frustra non fuerunt an-tiquorum glossæ nescio quæ, quæ nos monent τεκμαίρομαι παρ' Ομή-ρῳ τὸ τελεῖν, παρ' Ησιόδῳ δὲ τὸ Βελδίων. Ceterum quod notabunt utri-usque poetæ studiosi, vel ex hoc Homerum appetet Hesiódus nostro priorem, cui τὸ τεκμαίρειν est τὸ τελεῖν. Antiquā enim lingua τέκμαρε "ita in usu erat. Philosophus Rhet. 1. τὸ γὰρ τέκμαρε καὶ πέρης ταῦτα ἔστι καὶ αἴρχαιναι γλάτταν." Valeret hoc argumentum si semper τὸ τεκ-maíromai τὸ τελεῖν æquipolleret, nec alio unquam sensu à Veteribus usur-patum inveniretur. Sed sæpius ab ipso Homero idem huic verbo quem ei affigit Hesiódus, sensus attributus est, ut ex sequentibus patebit: Iliad.

H. v. 70. Αἴτιος καὶ φρόντος τεκμάχει<sup>ται</sup> σύμφωνος. Odyss. H. 317. Πόμπη  
δ' εἰς τόδ' ἵγε τεκμαίρομαι. M. 139. Εἰ δὲ τοις σίναις, τότε τοι τεκμάχειμ' ὅλο-  
θρον. K. 563. Αἴτιος δ' οὐδὲν ὅδον τεκμήσεται Κίρκη. In his, inquam, omni-  
bus eundem sensum obtinet πὸ τεκμαίρομαι, quem in versu Hesiodo supra-  
citato, Αργεαίον πόλεμον τεκμάχει<sup>ται</sup> δένυστα Ζεύς, & ejusdem operis v. 239.  
Τοῖς δὲ δικτύοις Κρονίδης τεκμάχει<sup>ται</sup>, & aptè ab Homeri interprete exponi-  
tur Βελδίων, προσημάντιον. Nec quidquam obstat huic interpretationi, quod  
notavit Aristoteles πὸ τεκμάχει<sup>ται</sup> eandem quam πὸ πίεσαι vetera lingua signifi-  
cationem obtinuisse. Patet enim causa cur hic ei sensus attributus est; nam  
cūm πὸ τεκμαίρομαι primario sensu *machinari, moliri, intendere*, significaret,  
finis verò illud sit in quod homines colliment & tendant, ideo πὸ τεκ-  
μάχει<sup>ται</sup>, quod proprio sensu *consilium & propositura* denotat, pro ipso fine Vete-  
res usurparunt.

Afferunt porro vocem νόμον Homeri sestate in usu non fuisse, sed τὰς  
δίμυσας occurrere, quotiescumque apud eum legum jurisve fit mentio; sed  
legitur νόμον apud Hesiodum; de qua re videat Lector quae fusiū adno-  
tavi ad Theogon. v. 66. Illa interim hic loci responsio sufficiat, quod à  
silentio Homeri male arguitur prætermissam vocem post ejus sæculum  
natam fuisse. Quis enim credere, vel omnino suspicari potest universum  
Graecæ linguae thesaurum per ejus poemata distributum esse?

Eiusdem generis est observatio illa, quam à Summo Viro Samuele Clarke  
in Notis suis in Homerum factam legimus: "Occurrit hæc vox οὐλὸς,  
in Iliade & Odyssaea, amplius ducenties & septuagies; & his omnibus in  
locis priorem semper producit. Unde sequentes mihi videor observa-  
tiones colligere à nomine, quod sciam, occupatas.

Quarto: Hinc mihi novo  
argumento confirmari videtur, Hesiodum non æqualem fuisse Homeris  
(nisi fortè per longa regionum intervalla linguis loquebantur planè di-  
versis) sed recentiorem multò (quod & aliunde censuit Cicero; Ho-  
merus, inquit, multis, ut mibi videtur, antea seculis fuit. Lib. de Senect.)  
Hesiodus nimirum, ut priorem in voce οὐλὸς sæpè producit [Eg. 2,  
Huius. v. 196, Theogon. v. 8, 17, 22, & alibi] ita eandem sæpè quo-  
que corripit [Eg. v. 63. Theogon. v. 584, & 902.] Neque hoc so-  
lum; verùm etiam more Dorico ultimam in vocibus οὐλὸς, οὐλα,  
οὐλα, Αγρίας, μιλενίτας, βουλα. (quinetiam δε λαγός in accusativo plu-  
nali) corripuit: [Eg. v. 182, 281, 293. Aet. He. v. 302. Theog. v. 60,  
267, 401, 534, 653.] Cujusmodi exempla apud Homerum neutiquam  
occurruat. Similiter vocem οὐλεύος, cuius penultimam Homerus semi-  
per producit, Hesiodus recentiore pronuntiandi more corripuit: Eg.  
v. 33." Ad hæc respondeo; nihil certi vel probabilis de ætate utrius-  
vis Poetæ ex hisce observationibus inferri posse, ob defectum scilicet alio-  
rum Poetarum Homero coævorum. Si enim alii extarent coævi Poetæ

duo vel plures, qui in vocum citatarum prosodia cum Homero constanter & perpetuo congruerent, haud injuria Hesiodum ab eorum praxi discrepantem ab eodem saeculo amoveremus, eumque postea, vel forsitan prius (quid enim vetat?) vixisse suspicaremur. Sed cum nemo jam talis, praeter Hesiodum, de quo quaestio est, supersit, ex cuius scriptis de communi praxi istius saeculi judicare possumus; ecquis tuto affirmaverit, omnes istius aevi Poetas istam constanter secutos esse prosodium, quam sibi Homerus prescrivit? Judicium hoc esset, pace tanti Viri dixerim, nimis temerarium. Nam quo magis aequalibus suis Homerus antecelluit, eo majorem ab ipso *αιχματαν*, & strictiores poeseos regulas expectare fas est; alios autem inferioris notae Poetas, quibus tantus rigor esset incommodus, laxiora sibi fræna impo-suisse, omnesque omnium Dialectorum varietates sibi in subsidium vocasse, suspicari. Ejusdem ferè rei insigne exemplum vel ætas nostra & patria suppeditat, in qua eundem virum tum in sensuum sublimitate, tum in numerorum modorumque venustate exactissima aequalium suorum chororum longissimè superantem admiramus. Habeat igitur istam Homerus laudem, quam præclaro ejus Interpreti denegare non possumus; Hesiodumque, quem Homer in arte sua inferiorem, nimirum ne nobis Πανδευ ψῆφος objiciatur, statuimus, majorem sibi licentiam indulsisse, eumque nihilominus, cum illo vixisse fateamur.

Nostræ etiam Hypothesi objici potest, quod eidem genti populoque diversos ritus & mores Homerus & Hesiodus attribuant, ac proinde inter ipsos intervallum temporis haud mediocre intercedere necesse sit, cum vix fieri possit, ut universa gens, mutatis moribus, ad contrarias consuetudines repente transfugiat. Hujus quidem discordia unicum, quod sciām, alle-gatum est exemplum; ad illa Hesiodi verba.<sup>4</sup> Λοκροί τ' αγχέμαχοι notat Icholiaстes, Ο Ομηρός τούτων εἶπεν, Οὐ γὰρ σφι σαδίην νόμινη μίμης φίλον τοῦτο. Responderi potest, 1. Non satis constare an uterque Poeta de eodem populo verba fecerit. Nam cum diversæ essent Locrorum gentes, & Homer, ut patet ex urbium nominibus, Opuntios & Epicnemidios solos Oilei Ajacis imperio subiectos descripsiterit, suspicari possumus Locros illos, qui Amphitryonem fecuti sunt, & ab Hesiodo αγχέμαχοι appellantur, Ozolitas fuisse, qui ab aliis Locris interjecta Phocidis regione removeban-tur, & fortasse ut locorum situ, sic institutis & militia à prioribus illis distabant; de quibus sane Hesiodum verba fecisse verisimilius esse arbitror, ex eo quod isti Locri Taphiorum & Teleboarum, quibuscum bellum gera-bat Amphitryon<sup>5</sup>, erant finitimi. 2. In dubio est, an utervis Poeta singularum gentium mores & consuetudines, quales in Trojanis erant temporibus, descripsiterit vel cognorit. Nescio equidem quo pacto ad ipsos tam magno

<sup>4</sup> Αστεῖς Ηρόεν. v. 25. ho rege. Et Hist. Gr. lib. 4, Ον τούτοις δὲ οἱ Φωκαὶ τὴν Βοιωτίαν πολιάζουσι, τοῖς οὖσιν οἱ Λοκροί.

<sup>5</sup> Iliad. N. 713.

<sup>6</sup> Λοκροὶ αἰμοφότεροι. Xenophons de Agesilao rege. Et Hist. Gr. lib. 4, Ον τούτοις δὲ οἱ Φωκαὶ τὴν Βοιωτίαν πολιάζουσι, τοῖς οὖσιν οἱ Λοκροί. Διῆλθε γάρ ιτι, &c. Strabon. Geograph. lib. 9. p. 637. Edit. Amst. Ερεξε δὲ ιτινὶ οἱ Λοκροί. Διῆλθε γάρ ιτι. Ibid. p. 650. Pausan. in Phocicis. Ibid. p. 653. <sup>7</sup> Iliad. B. v. 531. Τὸν γε πᾶν Καρνιολὸν Λοκρὸν Ομηρός οὐ μαρτυρεῖ. Ibid. p. 486.

temporis

temporis intervallo remotos istiusmodi circumstantiarum notitia posset pervenire, quippe cum in ista ætate historia vel nulla esset, vel admodum imperfecta, & Homerus ipse testetur <sup>x</sup> res maxime memorabiles, Græcorum ducum, popolorumque nomina, incerta & obscura se fama accepisse. 3. Idcirco probabile est utrumque Poetam singulis gentibus à se memoratis ritus & consuetudines non ex vera historia, sed pro arbitrio attribuisse, illud sibi solum proponentes, ut poëmatā sua pulchris descriptionibus & grata varietate decorarent; ut omnino temerarium esset & ineptum ex Epithetis illis πλεισποι, αγχέμαχοι, &c. de varia variarum gentium militia aliquid statuere. 4. Observari debet hanc objectionem petitam esse ex Aaridi Hækkæus, quod quidem poema pro genuino Poetæ nostri opere habendum duxi; de illo tamen sic mecum stauens, infirmiora esse argumenta, quibus ejus αὐθεντία, quam quibus Homeri & Hesiodi συγχρονοὶ evincitur. Si cui igitur citata objectio alicujus esse momenti videatur, in illam potius quam in hanc incidat suspicio.

<sup>x</sup> Iliad. B. v. 436. § 11



---

## E R R A T A.

Theog. v. 104. pro *catilenam*, lege *cantilenam*. 170. pro τελίσαμι,  
l. τελίσαμι. Scut. Herc. 180. pro Φάληρον, l. Φάληρον. 275. pro αὐθορμῶν,  
l. αὐθορμόν. Opera 27. pro *veto*, l. *verd.* 316. pro *follitus*, l. *follicitus*.  
728. pro αἰνόντι, l. αἰνόντα. Frag. 124. *Iuxta δὲ eis* dele. 179. Χαίρετε Λυγ-  
κῆς γέραις dele. Certamen p. 244. pro *Medone*, l. *Medonte*.

*Errata in accentibus notare supervacaneum duxi, cum istiusmodi non sint, ut  
leptorem morari possint.*

---

ΗΣΙΟΔΟΥ  
ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ  
ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

HESIODI  
ASCRAEI  
THEOGONIA.

# ΗΣΙΟΔΟΤ τοῦ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

## ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

**M**ουσίον Ελικωνίδων δέχωμεντ' αἴδεν,  
 Αἴσ' Ελικόνος ἔχοντι ὅρος μέχε τε ζάφεόντε,  
 Καὶ τε φεύκην κρίνειν ιοειδέσσα πόσας' αἰπελοῖσιν  
 Ορχεῦται, καὶ Βαρὺν ἐριθενές Κερύκευς,  
 Καὶ τε λοεσαίμματα τέρενα χερά Περιπλοτοῖο, 5  
 Η Ἰπωτερίων, ἡ Ολμεῖς ζαφέοιο,  
 Ακροτάτῳ Ελικῶνι χρεός σινεποιόσαντο,  
 Καλλὲς, ἴμερέντας ἐπερρέσσαντο ἢ ποστίν.  
 Εὐθεν δύτορινύμματα, κεκφλυμμάτα τέρες τολλῷ,  
 Εινύχας στῆχον, φεύκηλέα σοσταν ιέστα,  
 Υμνεῦσσι Δία τ' Αἰγιόχον, καὶ τότικαν Ήετον  
 Αργέστην, χρυσόσεισι πεδίλοις ἐμβεβαῖην,  
 Κάρην τ' Αἰγιόχοιο Διὸς γλωσσῶν Αἴτεύν,  
 Φοῖβον τ' Απόλλωνα, Καὶ Αρτεμίη ιοχέανεα,  
 Ήδὲ Ποσειδάνια γαμίοχον, σινοσίγαμον, 10  
 Καὶ Θέμην αἰδοῖνην, ἐλικοβέφαερν τ' Αφερδίτην,  
 Ήβην τε χρυσοσέφουν, καφλήν τε Διώνην,  
 Ήώ τ', Ήέλιον τε μέχεν, λαρυγξάν τε Σελιένην,  
 Λήτω τ', Ιάπετόν τε, ιδὲ Κερόνον αὐγκωλομήτην,  
 Γοῖάν τ', Ωκεανόν τε μέχεν, καὶ Νύκτα μέλαναν. 15

10

15

20

Αλλων

# HESIODI ASCRAEI DEORUM GENERATIO.

A

Musis Heliconiadibus incipiamus canere, numque :  
 Quæ Heliconis habitant montem, magnumque divi-  
 Et circa fontem cœruleum pedibus teneris  
 Saltant, aramque præpotentis Saturnii,  
 Atque ablutæ tenerum corpus aqua Permessi,  
 Aut Hippocrenes, aut Olmii sacri,  
 Summo in Helicone choreas ducere solent,  
 Pulchras, amabiles, firmiterque saltare pedibus :  
 Inde concitatæ, velatæ aere multo,  
 Noctu incedunt, per pulchram vocem emittentes,  
 Celebrantes Jovemque ægida tenentem, & venerandam Junonem  
 Argivam, aureis calceamentis incidentem :  
 Filiamque Ægiochi Jovis, cœruleos oculos habentem Minervam :  
 Phœbumque Apollinem, & Dianam sagittis gaudentem,  
 Atque Neptunum terram continentem, terræ motorem,  
 Et Themin venerandam, & blandis oculis Venerem,  
 Hebenque aurea corona decoram, formosamque Dionen,  
 Auroramque, Solemque magnum, splendidamque Lunam,  
 Latonamque, Japetumque, ac Saturnum versipellem,  
 Terramque, Oceanumque vastum, & Noctem atram :

Αλλων τ' Αθανάτων ιερὸν γῆρας αἰὲν ἔοντων.  
Αἱ νῦ ποτέ Ησίοδον καλὸν ἐδίδαξαν αἰοιδὴν,  
Αρνας ποιμαίνοντ' Ελικῶν γένος ζαφέοιο.  
Τόιδε δέ με πρώτης θεοὶ πρὸς μῆδον ἔειπον  
Μάσακ Ολυμπιάδες, καζέαν Διὸς Αἰγιόχοο.

Ποιμήνες ἄγραντοι, κακὸν ἐλέγχεσ, γατέρες οἶοι,  
Ιδμὺν φεύδεσ πολλὰ λέγειν ἐπύμοιον ὁμοῖοι·  
Ιδμὺν σῇ, εὗτ' ἐφέλωμόν με, ἀληθέα μαθήσας.

Ως ἔφασαν καζέαν μεγάλας Διὸς δέρπεπειαν,  
Καί μοι σκητίεον ἔδοι, δάκρυντις ἐγεινόλεγος ἵζοι,  
Δρέψας θητόν· ἀνέπυθμον δέ μοι αὐδίαι  
Θέλω, ὡς κλείστη τά τ' ἐασόμηνα, ποσὶ τ' ἔοντα.  
Καί με κέλονθ' ὑμνεῖν μακάρεων γῆρας αἰὲν ἔοντων,  
Σφᾶς σῇ αὐτὰς ωφέτον τε καὶ ὑσερην αἰὲν αἰέδειν.  
Αλλὰ τίν μοι ζῶτα ποσὶ σριεῖ ή ποσὶ πέτειν;

Τιών, Μάσακ δραχώμεθα, ταὶ Διὶ πατεῖ  
Τυμνθόμη τέρπυστ μέγαν νόον ἀντὸς Ολύμπου,  
Ειρδύσακ, τά τ' ἔοντα, τά τ' ἐασόμηνα, πρότ' ἔοντα,  
Φωνῇ ὄμηρομην τῷ μέρῃ ακάματος ρέει αὐδὴ  
Ἐκ σομάτων ἱδεῖα. Γελᾷ δέ τε δώματα πατεῖς  
Ζηνὸς ἐγεγδύποιο, θεᾶν ὅπι λειειούσῃ  
Σκιδναμήν. Ήχεῖ ἐκάριον νιφόεντος Ολύμπου,  
Δώματα αἴθανάτων. Αἱ δέ ἄμβερτον ὅστεν ιεῖσαν,  
Θεῶν γῆρας αἰδοῖον ωφέτον κλείστην αἰοιδὴ  
Ἐξ δέρχης, ζεῖ Γαῖα καὶ Οὐρανὸς βύρνης ἐπικτούς,  
Οἵτ' ἐκ τῷ ἐγκύοντο θεοὶ, δωτῆρες ἔστων.

25

30

35

40

45

Δεύτερη

## DEORUM GENERATIO. ,

Aliorumque immortalium sacrum genus semper existentium:

Quæ olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,

Agnos pascentem Helicone sub divino.

Hoc autem me primum Deæ sermone compellarunt

Musæ Olympiades, filiæ Jovis Ægiochi:

Pastores sub dio manentes, mala probra, ventres solum,

Scimus falsa multa dicere veris similia:

Scimus etiam, quando voluerimus, vera loqui.

Sic dixerunt filiæ Jovis magni veridicæ,

Et mihi sceptrum dederunt, lauri pèrviridis ramum,

Decerpere mirandum. Inspirarunt autem mihi vocem

Divinam, ut canerem tam futura quam præterita.

Et me jubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,

Se vero primo & postremo semper decantare.

Sed quo mihi hæc circa quercum, aut circa petram?

O tu, à Musis ordiamur, quæ Jovi patri

Canendo oblectant magnum animum in Olympo,

Memorantes, & præsentia, & futura, & præterita,

Voce concinentes. Illarum vero indefisa fluit vox

Ab ore suavis. Ridet autem domus patris

Jovis valde tonantis, Dearum voce suavi

Dispersa. Resonat vero vertex nivosi Olympi,

Domus immortalium. Hæ vero immortalem vocem emittentes,

Deorum genus venerandum in primis celebrant cantilena

Ab exordio, quos Tellus & Cœlum latum genuerunt,

Quique ex his prognati sunt Dii, datores bonorum.

Δεύτερην αὗταις Ζῆνα, θεῶν πατέρερον δὲ καὶ αὐτοῖσιν,  
 Αρχόμεναί τ' ὑμνεῦσι θεοῖς, λίγυκοντας τὸν αἰσθητόν,  
 Οασον Φέρετατός εἴη θεῶν, κράτερι τε μέγιστος.  
 Αὖθις δὲ αὐτῷ πάντων τε γένος, κράτερεν τε γηγάντων  
 Υμεδούση, τέρπετο Διὸς νόον ἀντὸς Ολύμπου,  
 Μάση Ολυμπίαδες, κακέσαι Διὸς αἰγιόχοιο.  
 Τὰς δὲ Πιερίη Κερνίδη τέχε πατέρει μηγεῖσιν  
 Μυημοσύνη, γυνοῖσιν Ελανθῆρος μεδέσσαι,  
 Λημοσύνην τε κακῶν, ἄμπταινά τε μερμηράσαι.  
 Επέσα τῷδε οἱ νύκτες ἐμόσγετο μητέρα Ζεὺς,  
 Νόσφιν δὲτοντον, ιερὸν λέχος εἰσεναβούνται.  
 Αλλ' ὅτε δὴ ρύποις σκανδάλοις ἔλιε, τοῖς δὲ ἔτρεψαντον ὄντες,  
 Μηνῶν φειδινόντων, τοῖς δὲ ἡματα πολλ' ἐτελέσθη,  
 Η δὲ ἐτεκέντεια κάκεας ὁμόφρεγνας, ήτον αἰοιδὴ  
 Μέμβλεται, ἐν τῇ θεασιν αἰκιδέα θυμὸν ἔχόσαις,  
 Τυτθὸν δὲτοντον κορυφῆς μφόειρος Ολύμπου,  
 Ενθάδε σφιν λιπαρεῖ τε χορῷ καὶ δώματα καλά.  
 Παὶ δὲ αὐταῖς Χάρετες τε, καὶ Ιμεροῦσιν οἰκισσιν ἔχουσιν,  
 Ει ταλίνης ἐρεπτὸν δὲ τούτῳ σόμα σαρπεῖ εἶναι,  
 Μέλπονται πάντων τε νόμους, καὶ τῇ θεοὶ κεδύνα  
 Αθανάτων κλείσιοντι, ἐπίτεστον τοσανταί εἶναι.  
 Αἱ τότε θεαὶ οὐδὲ Ολυμπίου αἰγαλλόμεναι ὅπερι καλῦπται,  
 Αμβροσίη μαλπῆται. τοῖς δὲ ταχεῖ γαῖα μέλαιναι  
 Υμεδούσαις ἐρεπτὸν δὲ τούτῳ σόμα σαρπεῖ εἶναι,  
 Νιαστομένων πατέρερον εἰς τὸν οὐρανὸν ἐμβαστεύει,  
 Αὐτὸς ἔχων βροντὴν δὲ τούτῳ σαρπελόεντα κεραυνὸν,

Κάρ-

50

55

60

65

70

# DEORUM GENERATIO. 7

Secundo rursum Jovem, Deorum patrem atque hominum,  
Incipientesque canunt Deæ, & finientes carmen,  
Quam sit præstantissimus Deorum, & imperio maximus.  
Porro & hominum genus, fortinque gigantum  
Celebrantes oblectant Jovis mentem in Olympo,  
Musæ Olympiades, filiæ Jovis ægida habentis:  
Quas in Pieria Saturnio peperit patri mista  
Mnemosyne, collibus Eleutheris imperans,  
Oblivionemque malorum, & solatium curarum.  
Novem enim cum ea noctes mistus est prudens Jupiter,  
Seorsim ab immortalibus, sacrum lectum concendens.  
Sed cum jam annus exactus, circum volutæ vero essent tempestates,  
Mensibus exactis, diesque multi transacti essent,  
Ipsa peperit novem filias concordes, quibus carmen  
Curæ est, in pectoribus securum animum habentibus,  
Paululum à summo vertice nivosi Olympi,  
Ubi ipsis splendidique chori, & ædes pulchræ.  
Juxta vero eas & Gratiæ & Cupido domos habitant,  
In conviviis: amabilem autem per os vocem emittentes,  
Canunt omniumque leges, & mores venerandos  
Immortalium celebrant, amabilem per os vocem emittentes.  
Illæ tum ibant ad Olympum exultantes voce pulchra,  
Immortali cantilena: undique vero resonabat terra atra  
Canentibus hymnos: jucundus vero à pedibus strepitus excitabatur,  
Euntium ad patrem suum. Ille autem in coelo regnat,  
Ipse habens tonitru, atque ardens fulmen,

Κάρτει νικήσας πατέρος Κέρον. Εὖ γένεσα  
 Αθανάτους διέταξεν ὄμῶς, οὐδὲ ἐπέφρενδε πυράς.  
 Ταῦτ' ἄρεται Μέσσης σέιδον, ὀλύμπια δώματ' ἔχεσσι,  
 Εινέας θυγατέρες μεγάλες Διὸς σκηνεῖαι,  
 Κλειώτ, Εύτερη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε,  
 Τερψίχορη τ', Ερετώ τε, Πολύμηνά τ', Οὔρανίη τε,  
 Καλλιόπη τ'. ή γένεσαν φερεστάτη θεῖν αἰπασέων.  
 Η γένεσαν βασιλέων ἄμ' αἰδοίοισιν ὅπιδει.  
 Ουπία πυρίσθιτος Διὸς κῆραι μεγάλοιο,  
 Γενόμβριόν τ' ἐσίδωτα διοτεσφέων βασιλίων,  
 Τῷ μὲν θηλή γλώσσῃ γλυκερίων χέντοιν ἔεσσιν,  
 Τῷ δέ ἐπέ σκληρατος ρήτη μείλιχος: οἱ δέ τη λαοὶ  
 Πάντες ἐς αὐτὸν ὄρῶστ, οὐδεκείνοντα θέμισας  
 Ιθείησι δίκησιν· ο δέ αἰσφαλέως αἰγρεύειν,  
 Αἴψα τε γένεσαν νεῖκον θηταριδίως κατέπιπε.  
 Τάνεκο γένεσαν βασιλίης ἐχέφρενες, τάνεκοι λαοῖς  
 Βλαπτομένοις αἰγροῦφι μετάτεροι πέργα τελεῦται  
 Ρηϊδίως, μαλακοῖσι ταῦται φάμβριοις ἐπέεσσιν.  
 Ερχόμβριον δέ αὐτὰ ταῦτα, θεὸν ᾧς, ιλάσσοντες  
 Αἰδοῖ μεταλιχίην μέτι γένεσαν αἰγρομένοισιν.  
 Οἵα τοι Μέσσαν ιερὴ δόσις αὐνηρώποιοιν.  
 Εκ γένεσαν Μέσσαν γένεσαν Απόλλωνον  
 Ανθρες αἰοιδοί εἴσοιν θηλή χθόνας γένεσεισαί.  
 Εκ γένεσαν θηλή ρήτη οὐπία Μέσση.  
 Φιλεῦντες γλυκερίης οἱ δύτοι σύμμαχοί τοις ρήτη αἰδοῖς.  
 Εἰ γλάρη τοι καὶ πένθος γένεσαν νεοκηδέει θυμῷ

Α(γ)

Vi superato patre Saturno. Bene autem singula  
 Immortalibus disposuit simul, & ordinavit honores.  
 Hæc sane Musæ canebant, coelestes domos incolentes :  
 Novem filiæ magno è Jove prognatæ :  
Non est quodd nobis scrupulum injiciant Lyctii, ad quos à Rhea delatum esse Jovem paullò ante Hesiodus cecinerat: cùm ii satis longè à Pytna, seu monte Ἐγεύō absint. Verum non urbs intelligitur Lyctus, sed populus Lyctius, sub quorum ditione tunc fuit & mons & campus Ἐγεύς. Lyctios enim magnis opibus aliquando floruisse Strabo dicto loco ostendit. Malè Hiera petra in mappis Ptolemæi littoribus maris Carpathii apposita est, non longè distans à Dicta, cùm sit collis Idæ.

v. 499. Εὐάλως οὖν Παρνασσοῦ. Interpretes: *in jugis Parnassi.* Sed χώλα potius sunt valles κοιλάματα, quātū juga. Apud Euripid. χώλα καρποφέρα, *valles frugiferæ.* Hoc loco intelligit anfractum illum rupis Parnassi & planitem in qua urbs & templum Delphicum. De qua Strabo Lib. XI. & Justin. Lib. XXIV. In templi enim ἀναθήματος longè post fuisse istum βαίνοντο testatur Paulianas in Phocicis: *Επαναστρητην τὴν της μηνίατος, λέγοντον εἰς μίσχας, τίταν τοῦ ἵλαιον ὁμοιόματα καταζέουσιν, τοὺς καὶ ἔργαντας ἐρέσιν τετταὶ δημητριαὶ ἀρέσκουσι.* Est δὲ τῇ δέξιᾳ is αὐτὸς θεόντων Κέρυψ & Λίδων ἀρτὶ τῇ πατέρος τῇ ὡς αὐτὸς ἥμιον αὐτὸν οὐ Κέρυψ. Ab eo monimento cum rursus ascendere inceperis, lapidem videoas modice magnum. Hunc quotidie oleo perfundunt, singulisque festis lana in eo ponunt rudem. Fama autem tenet esse illum ipsum lapidem, qui datus fuerit Saturno pro puerō, quemqæ postea rursus evomuerit. Lana ornabatur hic lapis diebus festis, quoniam omnia quæ maximè sacra erant, & divino vellent honore affici, ungebantur, & lana, laneisque tæniis ac coronis orabantur. Arborēm sacram Arnob. lib. V. lanarum velletibus colligatam ac circumvolutam dixit. Et Plutarchus in Theseo ramum ex olea sacra decerpsum ἐτιμονῶν τετιμονῶν, lana alba recinctum fuisse ait. Sic solebant lares lana cingi, & fores ac aræ templorum, cùm rem sacram die solemnis

mni essent facturi, vittis lanceis ornari.  
Propert. IV, 6.

*Costum molle date, & blandi mibi  
tburis honores.*

*Terque focum circa lanceus orbis  
eat.*

Hinc intelligimus cur Plato, ubi Homerum è sua republica in aliam civitatem dimittendum esse censet, eum jubeat undictum & lanâ coronatum educi. Αποπίκουμένην τὸν ἄρ, inquit, εἰς ἀλλον πόλιν, μῆνες καὶ τὸν παραλίαν πεπάχοττος ἡ τείω σεφαττίς. *Dimittamus eum in aliam urbem unguento caput ejus perfundentes, & lanâ coronantes.* Amandari quidem volebat Homerum è sua civitate, ne qua opinio sequior de Deo civibus suis, qui fabularum mysteria non intelligebant, per imprudentiam ex ejus cantibus affricaretur; sed volebat eum dimitti non tamquam hominem scelestum, & infamem, sed tamquam hominem divinum, dignumque qui ad instar Dei ungeretur, & lanâ coronaretur, hoc est divinis afficeretur honoribus. Diis enim & rebus sacrerimis hic honos habebatur. Homerum enim Plato unus omnium maximè faciebat, & ob artis divinitatem mirificè celebrabat, ejusque sententiis utebatur frequenter ad docendum, verbis verò & loquendi generibus ad dictiōnēm expoliendam. Hæc est vera ratio cur ungi & τείω voluerit coronari Homerum Philosophus: non quod tamquam exul & civiliter mortuus fuerit ejectus, quia mortui ungebantur: nec propter Poëtarum mollitiem, quam lana corona significaverit, ut hercle Musarum & Platonis ingratiss docuit Andreas Schottus Nodorum Ciceronianorum lib. III. cap. 12.

v. 532 *Taῦτ' ἄρα ἀλύμῳ]* Ellipsis, quam hic fingunt Interpretes, male convenit cum genio auctoris & ipsius linguae Græcæ. Quis enim dicat ταῦτα ἀλύμῳ, pro propter hæc venerari, ut illi volunt? Locus est contaminatus, qui sic

puto emaculabitur, si legas: Ταῦτ' ἄρα ἀλύμῳ, διειδὲντο, διειδὲντο molens. aut vetustate temporis, aut alio vitio exolutum, aut negligentia descriptorum intercidit, inde ἐξ à præcedente syllaba ἄρα est absorptum, quod frequentissimum in veterum libris contigisse nemo nescit paullo modò humanior.

v. 574 *Ἄγκυρὴ λαῖην]* Sic lege. vid. Etymol. Magnum. Malè vulg. ἄγκυρη.

v. 612. *Περιλαθῆν]* Est effugere, vita-re Dei consilia, decreta. Nam quæ fato manent, quamvis significata non vitantur, ut Tacitus ait. Homer. Iliad. a, v. 134.

*Μάδ' ἔτος ἀγαδός αὐτὸν ἵτε, θωσίκελ' Αχιλλεῖ,  
κλέπτην νέα, ἐπεὶ δὲ φεγγεύσαται, ἢ δι με τεί-*  
*σης.*

*Ne sic, quamvis fortis sit, divine Achiles,  
dolose agas, quoniam non effugies,  
neque mibi persuaderbis. δὲ φεγγεύσαται,  
scilicet quæ decrevi facere.*

v. 700. *Κῶμα δὲ θεωρίαν ψήπεχεν χάρῃ]* Incendium ingens corripuit inferorum sedes. Sicut paullo ante de clamore:

— Erons δὲ ιὔγει βατεῖα  
Τάρπειαν ἱρούτα, πολὺν αἰμῖα τὸν ίών.

Concussio verò gravis venit ad Tartarum caliginosum, & pedum magnus fragor. Chaos sèpè est inferorum domicilium: Plutarchus sanè χάρη, ἀδνη, ὁρφη, ἕρεμον exponit. Orpheus apud Ovidium X. Metamorph. ad Plutonem & Proserpinam:

Per ego hec plena timoris,  
Per cœlos hoc ingens, vastique silen-  
tia regni Oro.

Statius:

*Qui numquam sospite nato  
Triste cœlos, næstique situs patiere  
sepulcri.*

posset etiam aërem interpretari. Aristophanes in Avibus:

*Διὰ τὸντος τὸν ἀλογίας, οὐ τὸν χάρην  
Τῷρ μηνίαν τὸν κινεῖται οὐ προφίεται.*

*Per urbem alienam & cœlos femorum  
nidorem non transfereris. Ubi Suidas &  
alii veteres Magistri χάρη exponunt aë-  
rem.*

rem. Hinc & vetus Interpres Luc. XVI,  
26. illud *μία χάρις*, quod inter epulo-  
nem divitem & Lazarum erat *chaos ma-  
gnus* interpretatur, hoc est, vastum ina-  
ne, vastum intervallum quale est aëris, si-  
ve, ut Tertullianus vertit, *immensa di-  
stantia sublimitatis & profunditatis*. A-  
pud nostrum Poëtam inferius v. 740. lo-  
cum Erebi vastum & immensum in quo  
Titanes servabantur *χάρις μία* dicit,  
quem postea v. 814. ait esse *πάντη χάρις*  
*ζόργιος*, ultra Chaos tenebricosum, hoc  
est, Erebus. Itaque magis probo prio-  
rem expositionem, & hoc nomine, quia  
de aëre paullò ante verba fecit:

Φλέξ δ' ἡπά διαὶ ἵστη ἄστεος.

*Flamma* verò ad aërem divinum perve-  
nit magna. Sequentia tam obscurè &  
ineptè versa sunt, ut quid Poëta velit ex  
versione ne Oedipus quidem intelligat.  
Verba Græca sunt:

— οὐσιώτε δ' ἄντα

Οφθαλμοῖον ἴδειν, οὐδὲ κατηγορεῖν αἰδούσαι,  
Αῦτος ὁ τε γάια καὶ οὐρανὸς πῦρος ὑπερθεός  
Πίλαντα.

Sic interpungenda mihi videntur. Mens  
Poëtarum est: *Simile autem videbatur at-  
que si coram oculis quis adspiceret, at-  
que auribus audiret, eodem modo ut cum  
terra & cælum latum superne appropin-  
quabat.* Aërem, inquit, terram, pon-  
tum, Tartara corripiebat ignis fulminum  
a Jove missorum, tantusque fragor ex il-  
lo oriebatur incendio, ac si cœlum ruer-  
re, sive terram cœlo misceri videret &  
audiret.

v. 709. Οὐρανὸς δ' ἄπλοτος] Antiquorum  
Scholiorum auctor notat in nonnullis  
exemplaribus legi κάτιον, quod præ edi-  
ta lectione placet. v. 718. Αργαλεῖσιν ἔδι-  
ων. Scholja antiqua legunt ἀργαλέησιν,  
quæ vide.

v. 735. Εὐδάλει γῆς] Appositiè ad hunc  
locum Seneca Hercule furente:

*Sterilis profundi vastitas squallet  
soli,*  
*Et fœda tellus torpet æternō fītu,*

*Rerumque mæstus finis, & mundi  
ultima:*  
*Immotus aër bæret: & pigro sedet  
Nox atra mundo.*

Vide Virgil. VI. Æneid. v. 577. Homer.  
Iliad. 9. v. 429.

v. 748. Λαονὶς ἥμα] Sic leg. cum veter-  
e Interprete. Nec aliter legisse videntur  
qui Latinè verterunt Heliodium, cum in-  
terpretantur *propinquantes*, quod non  
significat vulgatum *āpatis* ἥμα.

v. 768. Βαταῖς Περσφόροις] Est hoc  
proprium Proserpinæ epitheton. Home-  
rus Iliad. i.

Κτενόντος Λαδηνὶς ήταντιν Περσφόρα.  
*Invcans Plutonem & terribilem Pro-  
serpinam.* Proclus superius, ad Βρε-  
Aἰτεῖν δι πηνιαὶς θεοῖς περέλασον, οὐατηρ  
ἔπειν Περσφόρας. Restituenda haec vox  
Luciani Necyomantiae: Δαιμονας δρῦν πά-  
ντας ἴμεσσα, ποιᾶς, ή Εερνίας, ή νυχας Εργ-  
ην, ή αιπηνη Περσφόρας. Interpres vertit:  
*Dæmonas simul omnes inclamat, Ψε-  
νας, Erinnyes, Hecaten nocturnam, ex-  
celsam Proserpinam.* Fœdissimè. lege:  
ἔπειν Περσφόρας. terribilem Proserpi-  
nam. Poenæ verò sunt Furæ.

v. 797. Απολογίας] Benè antiqui Gram-  
matici: απολογίας ποίησις, libans. Libantes  
enim aliquid de pateris effundebant in  
mensas & aras. Sic & simplex λείσιν.  
Unde Latinorum libo, libum, libamen.  
Insaniunt qui hic dicunt ab ἀπολεῖσι esse  
λείσι.

v. 806. Ωγύην] Referendum est ad  
ἔκσοτ, non ad ὑδάτη, & exponendum ma-  
gnum. Ωγύη enim est magnus. Hesych.  
Ωγύη, πλανή, ἀρχεῖν, μεγάλη πάντα.  
Sic autem fuisse maximum Deorum jus-  
randum talibi noster dixit, & res nota  
est.

v. 818. Οὖ χεῖρις μὲν ἕστω] Nec hic  
mentem Poëtarum ceperunt, qui vertunt:  
*Cujus manus quidem sunt ob robur ope-  
ribus aptæ.* Εργατα ἔχειν est ἵραζιδαι.  
Hic est sensus: *Cujus manus quidem  
ob robur semper operantur.*

v. 851.

v. 851. Κέρων ἀμφὶ ὅρτες] Circa Saturnum existentes, qui unā cum illo in vincula sunt conjecti. Interpretes diverso planè & absurdo sensu: *A Saturno seorsim existentes.* Titanes Saturni fuerunt copiae contra Jovem, à quo vidi cum suo Imperatore deturbati sunt ad inferos.

v. 872. Ματὶ ἄρπα] Reddidi Hesiodo prisorum exemplarium lectionem: Μαλάχαι, quam probant Hesychius & Scholia antiqua. Hec: Μαλάχαι ρονιὰ καὶ μάται μυαῖ, σίνη γρανίας, δραπειας. Sic lege, illum vide.

v. 875. Αλλοτε δ' ἄλλαι ἄπ] Legendum ἄπι, quod Aeolicè dicitur pro ἄπι. Et sic lectum olim fuisse Etymologici scriptor ostendit: Τὸ γέ τῆ μελισσικῆ, ἄπιον, Αιωνικόπειρον. Ἐρχεται καὶ ἄπιον, μάταιον ἄπιον. Αλλοτε δ' ἄλλαι ἄπιοι. Malè legitur ἄπι in Etymologico. Hanc emendationem sequens Άγριοδάσιον confirmat, & ἄπιοι ferri non posse declarat.

v. 903. Λιγ' ἔργ' ὄραιοιν γε μαθετοῖσι βρεντοῖ] Inscitiae Interpretum insigne monumentum & hic locus est, dum vertunt: *Quae opera nostra faciunt mortaliibus hominibus.* Loquitur de horis. Non quidem ignoro eas esse coeli jani-trices & ministras solis. Valer, Flacc. lib. IV.

— Sol auricomus cingentibus horis  
Multifidum jubat & biffeno sydere  
textam

Loricam induit.

sed quis non videt aut alias planè esse has Hesiodi horas ab illis Horneri, aut alias partes eis dari à nostro Poëta, cui sunt pulcritudinis praesides. Quod & nomina illarum declarant. Quid enim magis res humanas pulcas reddit & florentes, quam Eunomia, Dice, & Irene, hoc est, bona leges, Justitia & Pax. Haec sane divas non matura reddunt mortaliū opera, sed ornant, excolunt, nitorē & decus illis conciliant. Pind. Olympion. XIII. de beata & omnium

rerum copia affluente Corintho: Εν τῷ δὲ δ' Εὐρώπῃ ναιερούσι τε, βάθροι πολίων ἀσφαλής Δίκη, καὶ ὁμότοπος Εἰρήνη, ταρπαὶ Αἰράται πάντες, χρύσιας πάντες εἰλέτης Θέριδος. In bac (Corinto) Eunomia habitat sororesque, fundamenta urbium firma, Iustitia, & iisdem moxibus prædicta pax, dispensatrices hominibus divitiarum, aureæ filiae Θεοποδίς consultricis bona. Hinc omnibus rebus ornandis adhibentur Horæ. In igitur in Pandora comenda, v. 74.

— Αμφὶ γά τινας

Ωραι πελλικαῖοι σέπονται ἀστοῖσιν εἰδεύοντες.  
Ipso porrò Horæ pulcram comam bæbenses coronarunt floribus vernis. Theocritus de poculo pulcerrimo, & suavem exhalante odorem Idyll. I, v. 148.

Ητού δέ τη τὸ Λίτας· δῶσαι φίλοις ὡς οὐρανοῖς  
λόγῳ ὄστη.

Ωραι πελλικαῖοι τινὶ διαιχτραιοῖσι θεοῖσιν.  
Eos tibi poculum: contemplare, amice,  
quām suaviter oles,

Horarum in fontibus ablutum dices.

Hinc ὄρα est pulcritudo. Ωραιοὶ pulcer. Hesych. οὐραιοὶ αὔραροι. ὑπότομοι, πολύμητοι, περιστόμητοι. Theocr. Idyll. I, v. 109. Ωραιοὶ Χάδωνοι. Formosus Adonis. Ωραιοὶ pulcrum redde, decus & venustatem concilio. Est vocula μετόπεις, sicut superiū μετάχειρες, & plures aliæ. Pro οὐραιοῖ frequentius legitur verbum paragogicum οὐραιοῖν. Hesych. οὐραιοῖται, καλλωπίται, οὐραιοῦδι, καλλωπορίδι. Quia verò οὐραιοῖ est pulcer, & homines in adolescentia & juventute sunt pulcertimi, hinc οὐραιοῖ est οὐραιοῖ, in ætatis flore constitutus. In ἡρ. v. 695.

Ωραιοὶ γε γενναῖοι ποὺς ποτὶ οἴκον ἀγόντες.  
In ætatis flore uxorem tuam in domum duc.

Sic enim bene exponit Scholiastes Theocriti ad Idyll. I, v. 109.

v. 916. Μίουν χρυσάμυνας] Interpretes: *Musæ aureis mitris revinctæ.* Praestat interpretari: *aureis reticulis ornatae.* Αμπυξ est άγριομένη, τεχέδρομος, dia-dema,

dema, reticulum, fascia, quâ mulierum  
coma redimitur. Homerus Iliad. X, v.  
468.

Τὴλος δὲ ταῦτα κράτες χέει μέσημα σιγαλόβελα,  
Αμπυκα, κακύραστον τὸν δὲ πλεκτὸν ἀραδί-  
σμην.

Longè autem à capite fudit splendidas  
fascias, reticulum, villamque & imple-  
xum redimiculum. Ubi brevia Scholia  
Didymi, ut credunt vulgo: Αμπυκα πάσιν  
παῖδες τὴν καρανήν, ἀνέχοντα τὰς τείχες & κα-  
φαλάς. Hinc recte ab Hesychio exponi-  
tur ἀραδίμηνα. Anademata enim erant fas-  
ciæ crinales. Sed & mitræ erant fasciæ,  
quibus coma religabatur. Hinc Judith.  
X. μῆνες Castalio reddit fasciam. Verum  
mitris utebantur barbaræ mulieres, &  
vetulæ, & meretrices: Ovid.

*Simulavit anum mitraque capillos  
Preffera.*

Juvén. Sat. III. v. 66. *Ite quibus grata  
est picta lupa barbara mitra. Plerum-  
que vitio vertitur. Itaque mitras tribui  
Musis οἱ χαῖτες non ferent. Barbaræ  
enim illæ mitræ à Græcarum matrona-  
rum & puellarum reticulis fuerunt diver-  
sa. Hæc Homero separav. Iliad. Σ, v.  
567.*

Kai π' αἰ μὲν γράδες σεράρες ἔχον.

Sed apud Pollucem lib. V. cap. 16. re-  
ctius legitur:

Τὰρ δὲ αἰ μὲν μικρὰς σεράρες ἔχον.

Harum bæ quidem plexas coronas ba-  
bebant. Ut superius πλεκτὸν ἀραδίμην. Στε-  
ράρες autem fuisse propria antiquarum  
Græcarum mulierum ornamenta capitis  
ex Ælianî Poëm. Isag. Lib. I, c. 18. cog-  
noscimus: Πλεκτὸν δὲ στεράρας αἱ  
πολλαι τῇ γυναικῶν; Επὶ μὲν γῆς & καρανῆς se-  
parant ἐπιπλέοντα ὑψηλάν. Quis vero neget  
plerasque veteres mulieres luxu difflu-  
xiisse? Caput enim ornabant alia fasciæ.  
Sic verte. Erat enim separans limbus seu  
fascia altior caput, seu aliud quid am-  
biens. Hinc & loricæ & murorum pin-  
næ separav. dicuntur.

v. 925. Αχεικύδημοι] Miror unde in

recentiores editiones irrepererit hæc in-  
epita lectio & vocabulum nibili, cùm re-  
cte legatur in prima editione majore  
Heinsiana, Stephaniana, ac plerisque  
aliis omnibus antiquioribus, ἐχεικύδημοι,  
quod recte exponunt antiqua Scholia &  
Σόφιοι ἐχέρων. Tumultus, turbas exci-  
tantem. Quamvis in editionibus vitio  
librariorum omisso sit ἐχεικύδημος, &  
sola extet explicatio. Monuit etiam me  
de restituendo hoc eleganti vocabulo  
Thomas Reinesius, vir numquam satis  
laudatus, præfatus extare id quoque  
apud Cointum Lib. I. v. 178. ubi Eris  
dicitur Εχεικύδημος. Synonymum esse ἐχέ-  
μενος, ἐρείμαχος. Εχεικύδημος Διάρυσσος, di-  
xisse Nonnum XIII. Dionys.

v. 927. Εν φιλόποτη μητέρᾳ] Legendum  
est οὐ φιλόποτη μητέρα, ut nuper ostendit  
mihi elegantissimus juvenis Cuperus ex  
Scholiaсте Apollonii, qui ad Argonaut. I.  
v. 859. οὐ φιλόποτη est sine concubitu, ex  
se sola, sine consuetudine cum masculo.  
Nihil certius. Confirmat vetus Scholia-  
stes Hesiodi: Πρῶτος εἴτε οὐ φιλόποτη μητέρα  
Ηρας εἴτε οὐ φιλόποτη σύζυγος. Οὐ δέ Ομηρός  
τε Δίος οὐ Ηρας. Primus iste Vulcanum ex  
sola Junone canit. ideoque & hoc nota.  
Homerus vero ex Jove & Venere. Et  
Apollodorus I. Bibliothec. Ηρα δὲ χεῖτις  
τύρις ἐγένετο Ηραστος. Juno sine concubitu  
peperit Vulcanum. Hinc & Apollonio  
dicitur Ηρας ιὔρα, Junonis filius non Jovis.

v. 934. Φίλοι] Malo vertere Τειρο-  
rem, quam cum Interpretibus, Timo-  
rem. Sequitur enim Δῖμος, Timor.

v. 971. Κρήτης οὐ πόνοι σημεῖο] In accen-  
tu peccatur. Legendum Κρήτης οὐ πόνοι ση-  
μεῖο, ut superius v. 538. ἔγκυα πόνοι σημεῖο,  
intestina cum pingui adipe. Κρήτης πόνοι  
σημεῖο. Cretæ pinguis adeps, est Cretæ  
fertilissimus ager.

v. 989. Φιλομινθος Αρεστη] Sic le-  
gendum ex Hesiodi sententiâ. Vide su-  
periūs v. 200. & quæ ibi notat Interpres.

v. 991. Νησοπόλοι νύχοι] Archilochus  
emendat μύχοι, quasi agentem in Cypri-  
reces-

recessu, qui à nullis possit adiri. Alii eamdem vim tribuunt τῷ νύχτοι, exponentes ἄραν, λεθράν, occultam, quæ à nullo videatur: Sed propria vocis significatio retinenda. Pleraque enim sacra Veneris noctu celebrabantur. Inde νυκτιγῆλη dicitur Plauto. Idem Curcul. I. 3. v. 25, & 40.

*Quid tu Veneri pervagilare te vovi-  
bi, Phædrome?  
Nam hoc quidem baut multo post  
lucebit.*

Pervigilia Veneris cui non nota? Vide carmen elegans incerti auctoris quod inscribitur, Pervigilium Veneris.

# JOHANNIS GEORGII GRÆVII

## LECTIONES IN SCUTUM

## HERCULIS.

### C A P U T V.

Λαοστός. Hesiodus emendatus & vindicatus. Ταῦροφυρος. Δῶρα ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. Πλεκτὴ ἄρματα. In Hesiodo conjectura. οχιεν ἄπλω. Phædrus emendatus. Εχεν, habere pro regere. Adamantinus. Obscurus locus Hesiodi & aliquot Homeri expositi. Κυάνε πίνχες. Πτώχες in scutis quid. Πτώχες montium juga. Πελύκινχες Ολυμπιας. Ελαιόνεν, διλαῖσθν. Ducere.

**A**ΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΩΤΣ] Servius ad XII. Æneid. hunc librum laudat nomine Λαοδοτίας. Latinus, inquit, secundum Hesiodum in Λαοδοτίᾳ Ulyssis & Circes filius fuit. Sed erat Servius; Non in Λαοδι] sed in Theogonia hoc dicit Hesiodus. Et sic legendum videtur apud Servium.

In Λαοδι v. 3. Λαοσθν] Ad bella concitantis, bellicosi. Hesych. Λαοσθν, σε-  
κτὴ παρερμηνὴ τὸς τὸ πλέον. Οἶστι ταῦθεντι Λαοδιας. Cor verrant populorum dissipato-  
ris causam nullam video. De matre Alc-  
menæ quæ Herculem edidit diversæ sunt

Veterum sententiae. Pelopis filiam fuisse consentiunt ferè omnes. Hinc Hercules Pelopis pronepos dicitur in antiqua inscriptione. Diodorus Siculus illam vocat Eurymedam, Plutarchus Lycidæn, Apollodoro in Bibliotheca Anaxo Alcæi filia dicitur.

v. 9. Η δὲ καὶ ὁρ] Lege: οἱ Ν.

v. 23. Τῷ δὲ ἀμα καθημένῳ] Diaconus le-  
git καθημένοις, & interpretatur παρεκκαθημένοις. Pe-  
fissimè meo judicio. Ιερόμοντι πάλιμποτο καὶ φυλ-  
τικοὶ conjugenda esse vel puer videat.

v. 29. Αρής ἀλκηπηρα ωτεινη] Cui per-  
suadeas tironem Græca linguae nescire

ἀρις ἀλκῆρα esse depulsatorem malorum, damnorum, calamitatum? Hinc Hercules appellatur ἀλκήρας. Interpretes tamen portentoso errore trahit: *Martis depulsorem*. Inferius:

Θεοὶ δὲ ἀμφοὶ ὄμοισιν ἀρις ἀλκῆρα σημεῖον.

*Injectit autem bumeris malorum depulsatorem gladium.*

v. 35. Ταυτορίπις Ηλεκτρίνης] *Pulcra Electronida*. Ridiculè Interpretes. *procera Electronida*. quam paulò ante appellaverat ὥσπερ, nunc dixit, ταυτόριπις. Hesych. ταυτόριπις, ἀρδέριπις, ὥσπερ, λεπίδωρος. quæ pulcros & teneros talos habet, formosa. Sie apud eumdem: *Tau-*  
*tautóripis est λεπίδων*, tenuiter textus. *Tau-*  
*tautóripis Veteres exponunt ὥσπερ*. *Tau-*  
*tautóripis*. *Tau-* non solum est μακρός, sed & λιπός.

v. 47. Τιρπίδης δύσποιος πολυχέτε] *Nescio quid hic deliret Diaconus*, qui hæc verba accipit de Alcmena, asseverans illam hic à Poëta dici Venerem, quia superius scriperit, eam omnes antecellere mulieres ἦσαν καρδίσσαι. quæ an fano homini in mentem possint venire dubito. Cui enim, præcipue qui Græcos Poëtas enarrandi partes sibi imposuit, potest latere δύσποιος esse αὐτοῖς, ὥσπερ, φιλοπάτη, *Concupisum, consuetudinem?*

v. 52. Βίην Ηρακλοῖν] *Ineptè vertitur: vim Herculananam*. Cūm sit secundum pervulgatam & creberimam Græcis Poëtis circumscriptiōnem, ipse *Hercules*. Inferius:

Ἐν μασῷ τὸ δράκοντος τὴν φόβον, ἔπειτα. *In medio autem draco erat terribilis*. Homerus Iliad. B. v. 387.

Εἰ μὰ νῦν ἐλθούσα δράκοντα μάσοντας ἀνδρῶν. *Donec nox irruens dirimat viros*, ubi ridiculè Interpres, *robur virorum*. Ubi Interpretes denud: *draconis horror*. Imatus est Horatius:

*Perrupit Acheronta Herculeus labor.* hoc est Hercules, ut apud eumdem *Cato-*

*nis virtus est Cato: Narratur & prisca Catonis virtus sepe incaluisse mero.*

v. 63. Πλεκτῶν ὑψὸς ἄρματος] *Inferius* v. 309. ἄρματα πολλάκις. v. 307. ἄρματος δίπους. hoc est, currus ex lignis contextos, compactos. πλέκειν de curribus, ut apud Latinos *texere* de navibus. Claud. *Quæ sylva carinas texuit*. Propert.

*Iter rates curvas δρόμοι τεξειται causas.* Ut pulcrè & verissimè emendavit Gronovius ὁ πάτερ in Observationibus. Eustathius ad Iliad. Θ. p. 602. Δίφερον παραπομπή, τοῦ δὲ μηδαδί μέρος εἰ πάραπτον. Άλλος γάρ ἡ πάραπτη καὶ πάραπτος λέγονται. Vide eumdem ad Iliad. Ψ. Texebantur autem currus ex viminibus, ut multis docet Schef-ferus lib. I. de re vehiculari c. 3.

v. 93. Ηττὸν ἀχέων] *Culpam suam lugens, non noxam*, ut vulgus Interpretum. Existimo autem legendum ἀχέων, culpam suam ferens, hoc est, luens. Homer. Iliad. η. 300.

O γερίον τὸν ἀαδεῖς  
Hic, ἡ ἀττὺς ὀχέας διόπερι θυμῷ  
Hic verd mente sua capitus ivit, suum  
culpam luens stolido animo. Quod lo-  
quendi genus etiam Hebrais frequens,  
ut in illo, filius non portet delicta patris,  
hoc est, non luas.

v. 95. Άλλα σὺ θάσον ἵχ' ἡτα φοιτήσαντα  
ἴππους ἀκινόδον] *Hoc equos rege frenis.* Hoc Phædro est, *ora continere frenis spumantibus*. Lib. III, fab. 6.

*Sed istum timeo sella qui prima se-  
dens*

*Jugum flagello temperat lentum meo,*  
*Et ora frenis contines spumantibus.*

Sic legendum esse ante quadraginta annos vidi, & probavi Gronovio. Horatio est *ora frenis temperare*. Lib. I. carm. 7.

*Gallica nec lupatis temperet ora fre-  
nis.*

Ubi Scholiares meus ineditus: *Gallica pro Gallicarum equarum ora*. Ovid. *spu-*  
*mantia ora coercere*, IV. Metam.

— dum

# LECTIONES IN SCUTUM HERCULIS. 267

- *dum flectit in orbem*  
*Quadrupedes cursus, spumantiaque*  
*ora coerces.*
- Id. V. Metam.  
 — *Dea fertilis angues*  
*Curribus admovit, frenisque coer-*  
*cuit ora.*
- Id. epist. Phœdriæ:  
*Sæpe juvat versare leves in pulvere*  
*currus,*  
*Torquentem frenis ora sequacis*  
*equi.*
- Seneca Hippolyto v. 1002.  
*Celos sonipedes ocyus subigit jugo*  
*Es ora frenis domita substinctis ligat.*
- Manil. lib. V.  
*Stare levii curru moderantem qua-*  
*tuer ora.*  
*Spumigeris frenata lupis, & flecte-*  
*re equorum*  
*Prævalidas vires.*
- v. 103. Ηδονή] Male in multis editio-  
 nibus legitur ἡ δην. In aliis δην, & sic  
 legit Joannes Diaconus. Sed nihil muta.  
 compellabant Seniores. Vide Scholia sten  
 Homeri ad dictum locum & Apollonii  
 Rhodii ad Lib. III, v. 52. Homerus Iliad.  
 ζ. v. 518.  
*Ηδονή δη μάρα δη ον καὶ λοιποφόρων κατείχειν,*  
*Venerande, certe te jam valide pro-*  
*perantem destineo.*
- v. 104. Ταῦρος Euripides] Non alia  
 ratione Neptunus dicitur ταῦρος, uti &  
 Oceanus apud Euripidem in Oreste: Η  
 πότες οκτώρες οἱ ταυρούπαρες ἀλιγάτεις θάνατοι,  
 κυκλοί χθύνει. Aut Pontum quem Oceanus  
 Taurinum caput habens Devolutus subinis  
 circuit terram. quam ejus filii, fluvii,  
 nimirum propter violentiam, & strepi-  
 tum. Festus: *Taurorum specie simula-*  
*cræ fluminam, id est, cum cornibus*  
*quod sunt atrocia ut tauri.* Virgil. IV.  
 Georg. 371.  
*Et gemina auratus taurino cornua*  
*vultu*  
*Eridanus: quo non aliis per pin-*  
*guia culta*

*In mare purpureum violenter in-*  
*fluit amnis.*  
 Horatius: lib. IV. carm. ode 14. v. 25.  
*Sic tauriformis volvitur Anfidas,*  
*Qui regna Dauni præstuit Appali*  
*Cum scvit.*

Strabo lib. X. de Acheloo: Οἱ δὲ τεκτονες  
 τοις αὐτῶν τελεῖσι, ποσὶν μὲν ιοκέται λέγουσι  
 & Αχελῶν εἶναι, κατάπι τὸ τοῦ ἄλλος πετεμένος,  
 καὶ τὸ τοῦ ἵππου, τὸ τὸ γένερα καπέλον ἃς  
 καλοῦσι κόπατα. Qui autem ex fabulis ve-  
 rum colligunt, tauro similem forma A-  
 cheloum aiunt, ut & alios fluvios, ab  
 strepiti & flexu atque ornatu, qui cor-  
 nua dicuntur. Vide & Ælian. Var. Hist.  
 II, 32. Sic & in antiquis nummis flu-  
 vii forma bovis exprimuntur, ut pridem  
 docuit vir doctrina & judicio magnus  
 Antonius Augustinus in Dialogis.

v. 105. Οἱ Θεῖς κρήδηντες ιχει] Inter-  
 pretes vertunt: qui Thebarum mania  
 tenet. Nec improbo. ιχει tamen poterat  
 etiam verti, babet. Nam habere Latini  
 aquæ ut Græcis ιχει dicuntur loca,  
 qui illa possident, & gubernant, qui il-  
 lis præsunt. Justin. XII, 4. Terras inter  
 amnes Hydaspen & Indum Taxiles ba-  
 bebat. Flor. IV, 2. Siciliam & Sardini-  
 iam annona pignora per legatos babuit.  
 Tacitus II. annal. 20. Feſtimare & ur-  
 gere ut provincias & legiones solus ba-  
 bebas. Sic & homines & Dii dicuntur  
 haberi ab iis, sub quorum potestate &  
 ditione sunt. Ovid. I. Metam. v. 196.

*Cum mibi qui fulmen, qui vos ba-*  
*beoque regoque,*  
*Struxerit infiditas.*

v. 116. Θρῆνος γυναικες] Nonnulli codi-  
 ces legunt non male μάδη γυναικες.

v. 136. Κύρις λόπτει θρηνεις Δαιδαλέον  
 ἀλιγάτορ] Diaconus contendit ἀλιγάτορα  
 hic non esse lapideum; sed οἰλογρ. Hunc  
 sequuntur Latini Interpretes. Sed quis  
 tam hospes est in Veterum Scriptis, cui  
 lateat adamantina Græcis & Latinis dici.  
 omnia que valde dura sunt & firma? Sic  
 Horatius Marti tribuit adamantis-

*nunc tunicam.* Ovid. IV. Metam. de se-  
dibus inferorum :

*Cæreris ante forces clausas adamante sedebant.*

hoc est, obicibus & postibus firmissimis.  
Sexcenta apud Poëtas exempla facile  
invenies.

v. 143. *Κύρος ἢ ἀλόγος πλύξεις ιδίαντο*] Interpretes inscritissimè : *cæruleis plicis fulgorem intersecantibus.* Verte : *cærulea laminae erant duæ.* *Κύρος πλύξεις*, sunt cæruleæ laminæ, ut apud Homerum *σπιστὸς κύρος*, cærulea lorica. *Πλύξεις* sunt la-  
minæ, tabulæ, plagulæ, coria ex qui-  
bus scuta conficiebantur. Etymolog. M.  
exponit τὸν ἀλόγον, ἐπειδὴν ἴδιαντα. Ex  
pluribus enim plagulis, pellibus, textis,  
tabulis, pro materiæ diversitate, confi-  
ciebantur clypei Græcorum, sicut & scu-  
ta Romanorum. Unde vult Varro scu-  
tum dici à secando, quasi secatum.  
Quamvis autem in veriverbio labatur Togatorum doctissimus, est enim scu-  
tum à σκύτῳ, qui pellibus obducebatur,  
ostendit tamen Veterum scuta ex variis  
partibus fuisse compacta. Liquidissimè  
Homerus Iliad. H. v. 248.

*Εγ δὲ αὐτοὺς ἔλει τοῖς χαλκοῖς  
ἀπέρι.*

*Ἐν τῷ ἑσθμάτῃ ἔντοφ χέπο.*

Ceterum sex per plagulas penetravisti fin-  
dens basa, in septima autem pelle ba-  
sti. Ajax clypeus erat *ιππαῖος*, sin-  
gula pellis constituebat πλύξα, sive pla-  
gulam. Iliad. T, in descriptione scuti  
Achillis :

*Αὐτὰς δέ τοι ἔλει τοῖς πλύξεις, αἱ δὲ ἄστη  
ἐπ τοῖς*

*Ησει δέ τοι πλύξας ἔλεις κυλλοποιῶν  
Τὰς δέ τοι χαλκοῖς, δέ τοι ἔρεδον γεωτήριον  
Τὸν δὲ μέσον χευοῦν.*

Sed duas quidem adegit per plagulas,  
de autem adhuc tres erant. Quoniam  
quinque plagulas Vulcanus duxerat, duas  
areas, duasque intus flanni: Unam ve-  
ro auream. In quibus locis ineptissimè  
Interpretes πλύξεις vertunt plicas, ut in

pluribus aliis. Polybius in descriptione  
scuti Romanorum *στιλόματα* appellat,  
lib. VI. *Ἐκ διπλῆς στιλώματος, ταυρούλη πληγαῖς ὕδοσις καὶ τοῦτα μοχεῖφ δίρματα φεύγουστα.* Scutum è duplice tabulato glu-  
tine tauroino est compactum: extrema  
superficies linteo, deinde vitulino corio  
circumtegitur. Nicetas Choniata lib. I.  
rerum Isaaci Angelii in descriptione tho-  
racis ex lineo coactili saepius aut decies  
in se complicato συμπλύγματα dicit, quæ  
Poëtas Veteres πλύξας. Autem μέν τοι ὁ Κέρ-  
εσσος ἄρτος θυρᾶς πληκτά μίλιγανίζεται, εἰ δὲ  
λίνε τητομένον ὑφασμάτινον αὐτηρά τινας ἡλι-  
ομένη πλέσσοντο πολλάκις. Πλευτοχθῖνος δίκινος  
δύρανθρος ἐνεδέστη. οἱ ποιῶντο δὲ ἦν ἀποτυπὼ-  
ντο τοὺς οἴνους συμπλακῶν, ὃς τοιούτος ἐστὶ πα-  
τέσιος στρατόπεδος, ηειδέμενος δὲ τοιούτου μητρία  
πλευτοχθῖνος συμπλύγματα. Ipse Contra-  
dus sine scuto tunc dimicabat: sed pro  
lorica textum quoddam gestabat è lino  
factum, vino austero probe salito mace-  
ratum, saepius replicatum; quod quidem  
sale & vino coactum adeo firmum  
adversus iictum erat, ut penetrari à nul-  
lo telo posset. Erant autem hujus texti  
plagellæ octodecim & eo plures. Pro-  
pter eamdem rationem tabulæ quoque  
ex quibus fores compingebantur πλύξεις  
dicuntur. Pollux onomast. IX. 5. πλύξεις  
sunt etiam pugillarium tabulæ, sive sint  
eburnæ, sive lignæ, sive aureæ. Hinc  
δίστυχος, τείχυς, πολύτυχος. Nec longè  
inde discedit quod pro jugis monti-  
tum πλύξας ponuntur. Apollon. Rhod. III.  
101.

*Βῆ τοι δέ τοι Οἰνάντοις καὶ πλύξεις.*

*Iuit per juga Olympi.*

Ubi ridiculè Interpres novissimum *valles*  
exponit. Jugis montes connectuntur.  
Hinc nostro in Theogon. v. 113. πλύ-  
ξεῖς Οἰνάντοις est multa juga habens.  
Inepitè Interpretes : *caelum multis sphæ-  
ris implicatum.* Vide Eustath. ad Iliad.  
Θ. p. 610. ubi varias de hujus vocis no-  
tione & origine sententias tradit. Erat  
verò verd & dinaurerunt sunt propria in hac  
re

re verba. Homerus in loco superius laudato: ἐπεὶ μίνη πλίγες ἡλαστικούσιν. Quoniam quinque laminas duxit Vulcanus. Idem alio loco: ἐν ἄραι χαλκούς ἡλαστον, quam faber aerarius fecit. Ελαῖον σιδηρόν, χειρόν, ferrum, aurum ducere, propriè dicuntur fabri aurarii & aerarii. Hinc ἡλαστα sunt laminæ ductiles. Eustath. ad d. l. μίνη πλίγες ἡλαστον. εἴρηται τοῦτο μὲν τέχνην χαλκούτων. dicitur hoc quidem secundum artem fabrorum aeriariorum. Est enim proprium χαλκέων verbum. Herodot. I, 68. Ελάστης χαλκῆς οὐδεποτὲ σίδηρος οὐδελατήθεντος. Cum venisset in officinam aerariam videns ferrum duci. Idem I, 50. Καλαχάδης χειρός ἀπάντητο, οὐκαπάντητα εἰς αὐτὸν ἔβαλλεν. Immensam

vim auri liquefecit, ex quo dimidiatos interes duxit. Noster inferius in Theogon.

Τὸν οὐδὲ χάλκον ἵρασθε ἐλάστας.

Quem circa ferreum septum ductum est. Apollon. Rhod. Argonaut. II, 232.

Οὐδὲ εἰ οἱ ἀδάμαντοι ἐλάστας κίνηται.

Ne si cor ei sit ex adamante ductum. Ελάστης Latinis est ducere. Horatius de Alexandri ærea statua: Ne quis se ducet ære. Πάλιον recte etiam verti possunt tabulæ, quamvis sint ferreae, aut coriaceæ, aut ex alia materia. Sic apud Tertull. de pallio eadem tralatione pliæ longæ in toga dicuntur tabulae togæ, quod similes sint tabulis.

## C A P U T VI.

**Δέκατη Γέοντος.** Απλητος. In Hesiodo menda exenta. Eidem lux. Αμφὶ Κανέα, & similes locutiones. Τιτανίος. Αγελαῖον Αθηνᾶ. Μάχης κορύοσεν. Danielis Heinsii elegantissima emendatio asserta. Juvenali lux. Rumpere auditorium. Hesiodus distinctione adjutus. Πάνθος καοσίπος. Κίσιος. Τιτανίου. Χλωρὸς est ὥχρος. Οπὶ χλωρὸς ἀδάμαντος βαίνει. Leves in hastis. Et similes locutiones.

v. 146. **Ο** δέρται λευκὴ θύεται] Pervertit nustum loquendi genus est pro ἐδέρται λευκῷ. Antiqua inscriptio in consecrationem templi in agro Herodis Attici, τοις χλωραῖς θύαις, herba viridis, quod olim observavit Salmasius, & ante eum David Hoeschelius in epistola ad Meursium scripta, quæ penes me est. Simile loquendi genus apud Aratum, λευκὴ φάναι χλωραῖς. vertit Cicero obscuro corpore cibela.

v. 147. Οδύτης ἄπλοτος] Dentes magni. Hesych. Απλοτος, ἀπλοτος, ἀχλειστος, μίζα. Interpretes pessimè: dentes inaccessi. Ut & v. 230. Γογγρης ἄπλοτος, sunt terribiles. In Theog. v. 151. Χείρις ἄπλα-

τοι manus magna, terribiles. Sophocles: Ajace flagellifero v. 256. Τὸν ἄπλοτον ἔχει. Hunc furor magnus tenet. Nam sic legitur in editionibus antiquis. Recentiores Stephaniana, Plantiniana, ut & Græcus Interpres scribunt, ἄπλοτος ut significet furorem seu insaniam veram, hoc est, magnam.

v. 155. Ετι δ' ὅμαδες τοι, φίλοι τοῦ Αιδροκτονοῦ τοῦ Λεδίου] Legendum: ἀιδροκτονοῦ τοῦ Λεδίου. Vertendum verò: In eo tumultus, terror, & homicidium ardebat scilicet ira, indignatione, dimicandi libidine.

v. 171. Οιδίποι τεττάνει] Legendum ιδιοτεττάνει.

v. 179. Καύις τ' ἄμφι ἄνακτα, Δρίαστή πι] Hi omnes accusativi ab hoc versu usque ad 183. exponendi sunt per nominativos, *Cœnus Rex*, *Pirithous*, &c. quod satis indicat versus, qui iis subjicitur :

Ἄργυρον, χίσια σεῖ χεὶ τοῦχ' ἔχοτε.

Latinos Interpretes fugit elegantissimum istud dicendi genus, οἱ ἄμφι Πλάτων, πρὸ Πλάτων, de quo superius egimus. Poëta omisit articulum.

v. 181. Τιτανόν] Notat Diaconus hunc Lapitham nomen accepisse à loco quem coluerit. Is est fluvius Thessalizæ. Suidas : Τιτανός ποταμός Θεσσαλίας. Sed & ejus accolæ eodem nomine fruebantur. Stephanus de Urbibus : Τιτανός ποταμός Θεσσαλίας. ή ἴδικός ὁμοφόρος Τιτανός. Stulte οὐδὲ Αρης vertitur nobis Marsis. cur non : filius Marsis? Sic autem omnes dici πολεμίκος ἄνδρας qui Homerum, parentem omnis doctrinæ & elegantiæ legerunt, non possunt nescire. Apud eundem eodem sensu : οὐδὲ Αρης.

v. 185. Λοβολος οἰωνιστι] Ovidio XII. Metamorph. dicitur Astylos :

*Quique suis frustra bellum diffusa  
serat augur  
Astylos.*

v. 196. Ισιδίων πι] Ruentium. non : festinantium. nisi forsitan legendum : δι' ισιδίων πι avidorum scilicet pugnæ.

v. 197. Αγαλήνη τετογῆ] Cave vertas, *prædatrix Tritogenia*, cum Interpretibus. Retinendum Græcum epitheton *Agelea*. qua significatur bellicosa Minerva. Suidas : Αγαλήνη ἡ Αθηνῶν, ἡ θεὸς τῆς ἀγείας λέπια, τετέσι, σπαστική. Noster infer. Theog. v. 318. Homerus Iliad. l. v. 178.

Πράτη οὐδὲ θυγάτηρ Αγαλαῖη.

Prima Jovis filia Agelea. ubi æquè inepte Interpretæ : *prædatrix*. vide ibi Eustath. scholia Didymi & Etymolog. Magnum.

v. 198. Μάχην ιθέλουσα κορώνει] Quid est, *pugnam velle armare?* Sic enim reddiderunt Interpretæ. Kopiænei μάχην

est accendere prælium, ciere bellum, ut Justinus loquitur de Artemisia : *inter primos duces bellum acerrime ciebat*. Noster paullò antè : Κορώνειαν εὔροι ἀρ-σπᾶν, accendens pugnam virorum. Pindarus Isthmionic. VIII.

— μάχας ἐνεψεύσθε  
Εργον δι' τοδικούς κορύσοντα.

*Pugnae homines instrumentis opus in campo ciere*, quod est fortiter pugnare. Κορώνειαν σεπε generaliter est augere. Hesych. Κορώνειαν αὔξεν. Pindarus Isthmionic. VIII. Βιον κορωνίδην δροσέλοισι μηχα-  
νας, fortunas amplificare bonis artibus.

v. 203. Θιὼν οὐδὲ ἄγρος Ολυμπού] Elegantissimè hunc locum emendavit D. Heinsius, qui legit ἄγρον Ολυμπού frangebatur, hoc est, resonabat Olympus. Polybius XV, 30. οὐδὲ οὐδὲ φερόμενον τὰ τοῦ θεοῦ βασιλίας κατεξήγουντα πᾶς οὐ πότερον τοι κέρτη οὐδὲ κραυγής. *Satellitibus regia man-  
data exponentibus planu δημονομητος* clamore  
omnia loca replebantur. Noster Poëta inferius vers. 278.

Τοι δὲ νεραι ληρῷσι συείγουν θεοι αὐδήν  
Εξ αποληπτικούς, οὐδὲ οὐδειν ἄγρον  
ἄχεον.

*Atque bi quidem canoris sibiis emitte-  
bant cantum ex tenero ore, circumque  
ipsoſ frangebatur echo, id est, resonabat.*  
Vers. 347.

Τοι δὲ ἵπποι δὲ ἕπεται ἵππωντος ἀλλήλοιον  
Οξεῖα χείμων, οὐδὲ οὐδειν ἄγρον οὐδέ.

*Horum equi deinde obviam sibi mutuo  
facti, acutum binnivere, circumque ipsoſ  
frangebatur echo. Virgiliius :*

*Et cantu querula rumpent arbusta  
cicadæ.*

Juvenal. *Aſſauo ruptæ letōre columnæ.*  
Nec aliter intelligendus ejusdem Poëtæ  
locus Sat. VII. v. 85.

*Gloria quantilibet quid erit, si glo-  
ria tantum est?*

*Curritur ad vocem jucundam, δη-*

*carmen amicæ*

*Tbebaidos, lætam fecit cum Statius*

*urbem,*

Pro-

# LECTIONES IN SCUTUM HERCULIS. 271

*Promisitque diem: tanta dulcedine  
captos  
Afficit ille animos, tantaque libidi-  
ne vulgi  
Auditur. sed cum fregit subsellia  
versu  
Ejurit, intactam Paridi nisi vendat  
Agaven.*

In quo loco exponendo principes inge-  
niorum Josephus Scaliger & Iiacus Ca-  
saubonus mirè tricantur. Ille in Auso-  
nianis lectionibus vult Statium Poëtam  
post incredibilem totius urbis exspecta-  
tionem tandem in agone Capitolino  
Thebaïdem suam recitasse, sed non pla-  
cuisse, & contra eum alios coronatos.  
Hoc falsè significare Juvenalem dicen-  
tem: *sed cum fregit subsellia versu*, ni-  
mirum Poëtam recitantem non stetisse,  
sed excidisse, hoc est, non placuisse. In  
diversum planè iit Casaubonus in ani-  
madversionibus in Suetonium, qui frangere  
subsellia interpretatur vehementissime  
placuisse, sic ut *Kēry*, *Euge*, *Sopbos* acclamantium  
quasi subsellia frangerentur. Fundum hujs sententiae pro-  
ducit Sidonium Apollinarem V, ep. 70.  
*Hunc olim perorantem, & rhetorica  
subsellia plausibili oratione frangentem,*  
socer eloquens ultiro in familiam patri-  
ciam adscrivit. Sed uterque nihil aliud  
significat quam simplicem recitationem,  
quod & postea ipse Casaubonus fatetur.  
Frangere subsellia versu eadem ratione  
dicitur, ut rumpere legendo columnas,  
cantu arbusta, Olympum. Martianus  
Capella: *Nam absque his qui pertur-  
bantes peccora sensusque cunctorum cog-  
noscentium quoque perfregere subsellia.*  
Non nego tamen etiam de *Kēry* & ac-  
clamationibus auditorum hoc loquendi  
genus posse usurpari. Sidon. lib. IX, ep.  
19. *Dignum omnino, quem plausibili-  
bus Roma foveret ulnis, quoque recitan-  
te crepitantis Albenæi subsellia curvata  
quaterentur.*

v. 204. *Er d' ἀγρῷ, οἷοι d' ὄλοις ἀπίει-  
ται ἵσπαρων*

*Ἀστράτων* ī ἀγρῷ θαι d' ἵσπ-  
χοι ἀσθίς] Hi verius nec rectè sunt ex-  
positi, & prava distinctione corrupti.  
Ad quod enim referas ī ἀγρῷ non est.  
Sed leviter distinctione mutata omnis  
ximela tolletur.

*Er d' ἀγρῷ, οἷοι d' ὄλοις ἀπίειτο ἵσ-  
παρων*

*Ἀστράτων* ī ἀγρῷ θαι d' ἵσπχοι ἀσθίς.  
*Ibi erat cætus, qui cinctus erat ingen-  
tibus opibus Deorum. In certamine  
Deæ vero incipiebant cantare.* Αγρῷ  
hīc est concio, coetus Deorum, qui A-  
pollinem & Musas audiebant canentes.  
Posset & τύλειν στρῶν ponit post ἵσπαρων.  
Sed priorem distinctionem probo.

v. 208. *Πλαίσιον καυσίπερ*] Interp.  
stanno liquefacto. Sed πλαίσιον καυσίπερ  
est idem ac ἀπόρος καυσίπερ, statnum be-  
nè excoctum, purgatum, optimum. ἀπό-  
ρος χρυσός Herodoto est purissimum, au-  
rum ad obrossam, ut loquitur Suetoni-  
us, lib. I. cap. 50. ubi ἀπόρος χρυσός  
opponit χρυσὸν λευκὸν, album aurum. Ubi  
aurum λευκὸν est aurum cui multum ar-  
genti est admixtum, quod propterea di-  
citur pallere, ut apud Catullum, lurore  
expalluit auri. Hinc Augustinus sermo-  
ne de comitate Psalmi L. *Quoniam ini-  
quitatem meam ego agnosco. Quid vo-  
luit? aurum pallorem terræ? argentum  
livorem terræ? bonorem temporis fu-  
mum.* Theodoretus: *Ἄλγηρον χρυσὸν στ-  
ριψε τι καὶ ἀπέδω.* *Dignoscere aurum  
probatum & excoctum.* Ubi perperam  
vir doctus in Analectis emendat ἀπόρον,  
ἀργύριον ἀπόρον eidem argentum possula-  
tum. Pollux lib. VII. ἀπόρος χρυσὸς ἀργύ-  
ρος, ἀκίνατος, εἰλικεῖδος, ἀρπαστός.

v. 224. *Αὐτὸι δὲ μη κίσιος δή;*] Quād  
malè Interpretes: *circum ipsum autem  
pera ferebatur.* Hæc nemo, nisi Græcè  
intelligat, assequetur quid sibi velint.  
Sensus est, ipsum caput erat sacco inclu-  
sum,

sum, sive perā. *Kίσιος* est mīpa, κίστις. Callimachus :

*Εἰ γὰρ θεῖον πάντα τοῦ κίσιον.*

Sic dicta quodd in illam reponatur *βίον*, id est *ηρός*, si magni Etymologici auctori credimus, qui & hunc Hesiodi locum benè exponit : *κέσαζεν* in *λεπτῷ πολλῷ τούτῳ καραλὸν* & *Γοργόν* ὁ Πιθών. Vide & Apollodorus. Bibliothec. lib. II. *Κίσιος* est, quæ aliter dici *κύν* & *κύνη*, cista, in qua facientes iter panem circumferebant & obsonia. Vide Pollucem X. 23. *Hesychium* in *κύνη*, & Etymologicum Magnum in *κύνη*. Latinis propriè dicitur *sportula*. Menander in Dyseolo apud Athen. Δεκαποτ. IV.

*— Οὐ δύος δ' οἱ τυγχάρυχοι  
Κύνας φέροντες, τάμνοντες τὸν διώρον  
Ερεύναντες εἰσαντάν.*

*— Ut sacrificant parietum per-  
fossores  
Cistas ferentes & serias non Deo-  
rum  
Causa, sed sui.*

Ubi malè Casaubonus reponendum putat *κύνη*, quamvis & ipse post in addendis repudiaverit hanc emendationem. Pessimè verò Dalecampius vertit *λεῖτος*.

v. 229. *Πίεστις Δαρᾶδος ἐπιτάνεται*] Interpretates cum hæc, & pauld præcedentia ita vertunt: *ipse autem properanti & formidanti similis Persicus Danaides extendebat*, ipsi nescierunt quid dicerent. *πτώμεν* & *πτώματος* interdum est curtere, festinare, fugere. Hesych. *πτώμεν*, *πτώματος*, *πτέχων*. Et sic hoc loco accipiendum.

v. 231. *Ἐπὶ χλωρῷ ἀδιμαρτῷ βαυρίτῳ*] Exponitur: *In viridi adamante cunctibus*. Virides adamantes quis vidit? *χλωρός* Græcis non solùm est viridis, sed etiam *ἀργός* pallidus. Interius v. 264. *Αχλὺς χλωρός*, tristitia pallida. Theophrastus carbunculos dixit *χλωρούστερος*, hoc est, pallidiores. Galenus in multis lo-

cis notavit apud Hippocratem *χλωρόν* frequenter ponи pro *ἀργόν*. Sicuti contra ea apud Virgil. Eclog. VI. *pallentes herbae* pro *viridibus*. Notandum verò loquendi genos exquisitum *θητούς χλωρούς ἀδιμαρτούς βαυρίτου*, in *pallido adamante venire*, pro ornatum adamantibus, ut apud Pindarum *ἴπποι* in *πτέρυξ*, equi in aliis pro alatis. Ennius: *levesque sequuntur in basi*, hoc est, hastati. Virg. V. En.

— occursit *Acastes*

*Horridas in jaculis & pelle Lybi-  
stidos urſae.*

Jaculis instructus, & indutus pelle ursina. Flor. I, i. *Juventus dirusa per tri-  
bus in equis & armis ad subita belli  
excubaret*. Hoc est, equis instructa & armis.

v. 235. *Εχάρασαν ὄδοντας*] Propriè acuebant dentes, ut in ἡρῷον v. 573. *ἄρμες  
χαρακτίου* falces acuere. Sed hoc loco est frendebant dentibus, quod frendentium dentes collidantur, sicut ferrum cum acuitur ducitur in cote.

v. 260. *Περφίτης τὴν αριστερήν πτερύξ*] Hunc versum nullus dubito quin resperxerit Aristarchus, qui in glossa antiqua ad istum in Theogonia versum: *Καρδι-  
ανὶ περφίτην θεῖς ἀποστολῶν* interpretatur *περφίτης*, *αριστεράτης*. Quasi in *σφράγι-  
λαι* essent posita *περφίτης* & *αριστεράτης*. Viri quidem doctissimi existimant Aristarchum ad versum 578. in ἡρῷον. *Ηός της περφίτης περφίτης της γῆς ἡρός*. Sed hæc nihil faciunt ad significationem *περφί-  
της* pro *αριστεράτης*. Ipsum verò Aristarchum errasse hic ipse locus, qui, cum illa scriberet, ejus animo obversabatur, vincit. *περφίτης* enim est excellens, præstans. *περφίτης τὴν πτερύξ* præ aliis excellens. Concise dicitur pro ix aut xii *τὴν πτερύξ*, ut *δια γυανῶν*, *nigrae lanarum*, apud Plinius & mille talia. Hæc non monrem, nisi intellexissem & *περφίτης* hic impegiisse.

C A P U T VII.

**Αχλύς.** Γανωποχής. Fame laborantium pedes tumescunt. Homeri locus insignis expositus. Mos nuptialis Græcorum. παιζειν. Luderere. τὸ Φορεύσαν. Hesiodo lux. Βάγη λίστα. Πέτηλα aristæ. Versus supposititius indicatus. Εφίσαχ, θήσαχον ἵππας. Αιγαῖον ἀθλαν. Αγάρ. Hesiodus emendatus. Gestatio. Jus. Θεά. Ελαιον, αρόματα pro foris ubi venduntur. Λαοί. Λιών. Πολεμίζειν. Σπύδειν. Hesiodus quinque correctus. Μαστιχόν, μαστιχάν, μαστιχαῖν. Maisare. Θῆλυς ἄρσην. Θήλεια νῦν. Η ἥλαφος cervus. Ψυχὴ vita. Λαὸς, multitudo. Populus.

v. 264. **Π** Λεξίαν αἰχλύν] Pulcrè & eruditè docuit V. Cl. Tanaquillus Faber ad Longinum ἀχλὺς hic esse tristitiam. Quo nihil est certius. sic contrà πῶν est χερά. Hesych. ρῶν, χερά, σῶμα. Exempla apud Sacros Scriptores & τὰ ἔχαντα occurunt. Cur verò δικαιογράφοι transfert perustæ similitus? Diaconus scilicet exponit κακωμένον. Sed iste homo supra triviales Grammaticorum canones non sapit. Επωνυμός est miser, ærumnosus, plenus dolorum. At γανωπός appellatur, quia fame est confecta & exhausta. Illorum enim qui fame laborant pedes tumescunt cum alia membra macecant, & exarescant. In Ἑρόεις, v. 496.

Μίαν πανού χοιριῶντος ἀμυχαῖν πατερίσης  
Σὺν τοῖν, λεπτῷ τῷ παχαῖ πόδι χοεὶ πάζοις.

Ne te male bycenis difficultas opprimat  
cum paupertate: macilenta vero crassum  
pedem manu premas. Ovid. VIII. Metam. v. 807. in insigni descriptione Fa-  
mis:

Anxeras articulos macies, genuum-  
que tumebat  
Orbis, & immodico prodibant tuber-  
re tali.

Apud Ephesios lex fuit, μὴ Κένταυροι πατερί  
ποιεῖν ὅπερα ἂν τῷ πατέρῳ παχαῖδη τοις  
πόδας. non licere patri liberos exponere  
donec inediā pedes tumescant. Plutar-  
chus affirmit fame consectorum pedes  
turgescere, corporis verò reliquias partes  
macecere & attenuari. Hinc lux afful-  
get Homeri loco Οδυσ. 9, cuius senium  
nec Veteres nec recentes Interpretes se-  
perunt.

Τὸν καὶ τὸν πόλιν σαρκῶν γενῆτα φίνεται  
Σπακεντον τὸν ἄρματα, θαλλόν τὸν ιερόν το-  
ρίου,

Καὶ καὶ ὁρεῖ πίνεται, μεχάλη διπλωμίδη  
ζεῖται.

Hunc si mibi dares stabularum custo-  
dem esse, & caularum curatorem, ut  
frondes bœdis apparet, Ille saltem  
serum bibens crassum genu faceret. Hoc  
est, ita curarem, ut fame & macie con-  
fectus desisteret pererrare alienas urbes  
& domos, hominibusque mendicando  
negotium facessere: non plus cibi iste  
benè habitus mendicus caperet, quam  
ad famem extremam expellendam satis  
esset, ne corpus faceret, cui nunc men-  
dicando servit. Ulyssem fuisse benè ha-  
bitum liquet inferius ex Odyss. 9, ubi  
Penelope ad Eurymachum procum, qui  
nolebat Ulyssem tractare arcum à Pen-  
lope .

lope propositum, illum hospitem ait es-  
se μήτερ ή τηνῆς,

Οὐτοὶ δὲ ξένοι μάλα μήτερ ήδ' εἰ-  
σθε.

*Iste hospes valde magnus est & validus.*  
Scio Eustathium, Budæum, alios omit-  
to, de hoc loco sentire aliter velleque  
μαίαλος ἀπεγνώσκειν esse, corpulentus  
fuerit. In hanc rem producunt ex se-  
quente libro:

Οὐντεὶς ἐξαῖτιον ὁ γέρων ἀπεγνώσκειν.  
quale ex pannoso hoc babitu senex femur  
ostendit. Quod enim hic ἀπεγνώσκειν dixit,  
paulò antea appellavit μαίαλος τὸ μαία-  
λος τοῦ. Sed hic de femore loquitur,  
quod crassum & robustum est τὸν γερόν  
argumentum. Ibi verò de genu, cujus tu-  
mor est famis & maciei indicium. Ovi-  
dius: *genuumque tumebat orbis.* En-  
yūris est vox πολύσονης. Cic. in Arato  
vertit genu. Sic capiendum in priore  
loco. Aristarchus verò exponit partem  
supra genu, τὸν ἄντερ τὸν γέρων femur ni-  
mirum, ut posteriore loco accipitur.  
Constat autem etiam ex hoc verò οὐν-  
τεὶς ἐξαῖτιον Ulyssem corpulentum fuisse  
& validum. Cui bono igitur plus cor-  
poris fecisset? Deinde serum non vide-  
tur multum posse conferre ad τὸν γερόν.  
Minatur potius se seri potu illum reda-  
cturum ad maciem, ut cum corpore de-  
ponat istam ferociam & impudentiam,  
ac definat τὸν γερόν.

v. 273. Εὖωντες ἐν' ἀνέμῳ] Nimirum,  
ex more Græcorum, qui sponsas sellis  
insidentes in currus imponebant, quibus  
ex parentum sedibus in mariti veheban-  
tur. Vide Lucian. in Lapithis. Suid. in  
Ζεῦς.

v. 277. Χοεὶ παιζοντες] Saltantes. Ho-  
mer. Odys. 4, 147.

Τοῖσιν δὲ μέρα σέβεσθαι καὶ τοισὶν  
Αἰδηνοῖς ταῦτα καλλιέργειαν τοις γυρακοῖς.  
Horum autem magna domus strepebat  
pedibus virorum saltantium, & ornata-  
rum fæminarum. Sic & ludere Latinis.  
Virgil. Eclog. 6.

Tum vero in numerum Faunosque  
ferasque videres  
Ludere.

Horat. III, 15.

Mature propior define funeri  
Inter ludere virgines.

Ibidem:

Illam coget amor Notbi  
Lasciva similem ludere caprea.

Et lib. II, carm. 12.

— Nec dare brachia

Ludentem nitidis virginibus.

hoc est choreas ducentem inter virgines.  
In saltationibus Veterum major brachio-  
rum quam pedum movendorum ratio  
habebatur. Ovid.

*Si vox est, canta: si mollia brachia,  
saltia,*

Antiquus ineditus Interpres Horatii, qui  
penes me est, ad locum illum, ex lib.  
II. carm. ult. notat, dare brachia est sal-  
tare gestu brachiorum. Exprimit autem  
babitum mulierum, quæ brachiis exten-  
tis solent saltare. Vide quæ nuper do-  
cuit Vir eruditissimus Franciscus Vava-  
for in libro omnibus Gratias & Veneri-  
bus condito de ludicra dictione. Ab hac  
significatione τὸν γέρον, manavit etiam  
ludius, hoc est, ὄρχοντος, χοροῦ, saltator,  
histrio. Prudent.

*Saltas Tonantem tauricorum ludius.*  
Et ludus & ludicra primò dicta sunt spe-  
ctacula, quæ ludii, ὄρχοντος ediderunt, de-  
inde ad alia translata spectacula, in qui-  
bus nullæ saltationes.

v. 280. Τὸν πορφύρην] Est ad cytha-  
ram. Horat. ad cytharam cœssatum du-  
cere curas. Lucian. lib. αἰδηνοῖς πολλὰ τοῦ παλαιοῦ τὸν αὐλῶν τὸν κυ-  
κλοῖς. Multos discens antiquos ritus ad  
canum tibiae & ad cymbala. Noster  
versu sequente: κύμαζον τὸν αὐλῶν, comes-  
sabunt ad fistulam. & v. 283. τὸν αὐ-  
λῶν δὲ οἰνος οἰνοδέσμον. Que non cepe-  
runt Interpretes, qui vertunt: anse tibi-  
cinem autem singuli præcedebant. Imo:  
sub tibicine singuli procedebant. Quili-  
bes

bet habebat tibicinem qui precedebat  
tibiā canens, ad cuius cantum ludebat  
& saltabat.

v. 288. Βασιλεὺς] Est magnus ager  
segetibus consitus. Homer. Iliad. 6, v.  
147.

*As d' ὅτε κύνος ζέψεις βαῦ λέοντος ιδού.*  
*Velut cum spirabit Xerpyrus in magnum agrum segete referunt irruens.*  
Ibi male Interpretes: *altam segetem*, ut hīc: *profundam segetem*. Ubi optimè antiqua scholia, quæ Didymo tribuntur: *βαῦ λέοντος οὐρανοῖς, σπόδεσ τρειστοῖς.* Diaconus vero & Scholia festes Theocriti *χαράπαιοι* exponunt. Sed tamen Latinis etiam Poëtis *seges* est ager constitutus segete. Virg. I. Georg. *Quid faciat latas seges, quo sydere terram vertere, Maccenas.* Ubi Servius: *id est, quæ res terras pingues efficiat.* *Segetem enim modo pro terra posuit.* Sic alibi: *Horrescit strigilis seges enibus.* Idem Poëta Eclog. I.

*Impius haec tam culta novalia miles  
bebbit?*

*Barbarus bas segetes?*

**hoc est, hos agros cultos. Tibull. lib. I.  
El. 10.**

*Non seges est infra, non vinea cul-  
ta, sed audax*

*Cerberus & Stygic navia puppis  
aquaæ.*

v. 289. Κυρανίσσεται πίτηλα] Reddunt :  
*rostrata folia*. Quis vidit folia aristarum  
spicis gravida, & quidem rostrata? Est  
scđissimus error. Quem corrigerē po-  
tuissent ex Gracis magistris, qui h̄c do-  
cent Hesiodum abuti vocabulo πίτηλα,  
& uti pro σάχης, γράμμα, culmi, aristae.  
Sic in Veteri epigrammate καλλιστέτηλος  
λύιος, est ager refertus læta segete, gra-  
vidus aristis. Φύλλα quoque bac notione  
leguntur apud Herodotum L. I. c. 193.  
de Babylonis agro : Τὰ δὲ φύλλα αὐτῶν, οἵτινες  
τοι πυρὸς, ηὔθη κεῖσθαι τὸ πλάτων. γίγνεται το-  
σούρα πυρόπτερος δικτύων. Quaternūm au-  
tem digitorum maximorum latitudo est

*tritici atque bordei aristis.* Legendum vero est *xopuiberta*, ex antiquis libris & editionibus. Quod est, fastigata, capitata, à *xopuim*, *virga capitata*. Phavorinus: *Kopuim p̄mō ēēlēb̄s xaparawm̄ p̄m̄ t̄m̄ n̄d̄as l̄x̄t̄as.* Johannes Diaconus hoc loco exponit, *ēēlēb̄s n̄d̄i w̄k̄p̄t̄as s̄vuxa.* *Kopuim yd̄ i ēēlēb̄s.* Idem est *xopuab̄s*. Theophractus asparagum *xopuab̄s* dixit, quod Plinius vertit *fastigatum*. Hesych. simpliciter exponit ramosus: *Kopuāb̄s, īlāb̄s. & Kopuāb̄s, brāsh̄s.* Sic quidem veteres Grammatici. Sed alii scribunt *xopuiberta*, ut notat Diaconus, hoc est, fastigata, acuminata. Latinè possis dicere *spicatas aristas.* Diacontius in *Hexaëmero* 409.

*Ventus alit fluctus, & ventus spi-  
cat aristas.*

Virgil. I. Georg.

*Ferroque faces inspicat acuto.*

ubi Servium vide. Si itaque sic scribas, est *xopuribens* à *xopuris*, ut & *xopurabns* clavæ instar se fastigans. Sic asparagum dixit *xopurabn* Theophrastus, quod Plinius verit *fastigatus*. *Kopuin* est clava. *Kopuribens* Diaconus exponit *fastidius*, *quæ* dī *ixopuris* sūryra. *Kopuin* *jd* n *gēdōs*. Vide Phavorinum in *xopuin* & *xopurabns*. Diaconus assert etiam interpretationem lectionis, quæ nunc in editis conspicitur, & expōnit *xopuribens* *midara*, unde patet à multis seculis hujus vocis scripturam fuisse ambiguam. Cur aristæ nigrae dici possint ego sanè non video. *Kopuribens* potest quidem nigrum significare, à *xopuris*, quæ est ficus nigri coloris, ut Scholiares Aristophanis docuit, sed hic locum non habet. Flavæ enim sunt aristæ non nigrae. Quamvis Diaconus dicat alias aristas esse albas, alias flavas, alias nigras. Sed nigras aristas, nisi injuriâ ecclii vitiatas, nemo vidit. *Kopuribens* retinent MSS. & edit. antiquæ, idque est à *xopuris*. Quod inter alia notat quoque omne curvum, inflexum, ut solent flecti aristæ cum maturerunt, grandia ferentes grana. Ver-

su sequente Διημήτρῳ ἀπέδ. vertendum Cereris donum, ut aliquoties in ἔργοις. quia frugum usum prima docuit Ceres. Antea glandibus vescebantur.

v. 291. Επειδον ἀλων] MS. meus, cum Palatinis, edit. Trincavellii ἵππος, quod recte exponunt Εἵπετον δὴ τῷ ἀλῷ, hoc est extenderunt in area demessas aristas, sive manipulos ut rectius exarescerent: Hesych. πτυν·, ἰκτίλη, ἄκτείν. Qui vero retinere vulgatam lectionem malunt, exponunt, aream, seu horreum impletat, ut Theocritus Idyll. VII, v. 34.

— Μάλα γὰρ σφι τοις μέτραις  
Η διάμετρος ἴσχειδες ἀντιθέτων ἀλων.

— Nam ipsis valde pingui mensura

Dea bono frumento implevit horreum.

v. 296. Παρὰ δὲ σφι ὁρχὸς χείσθη ἦν] Ορχὸς non est vitis, ut Interpretes existimant, sed vitium ordo. Inscriptio vetus Herodis:

Μάλιστος ἴσχειδες ὁρχός, οὐ ἴραστα δύσπα.

Ne quis vitrum ordines aut nemus.  
Vid. Scholiast. Theocrit. ad Idyll. I, 47. qui videtur hunc locum respicere.

v. 299. Τῷ γὰρ ποτῷ] Iste versus irreptius est. Nemo dubitabit qui hunc locum non negligenter leget, quod minor viros doctos non observasse. Quid enim faciat tibicen & ludentes inter agricolarum & vindemiarum opus? Ne dicam inepte eum interseri descriptioni aurei illius ordinis vitium, quae hoc versu interruptur. Conflatus est ex versu 282, & vers. 283. Nec agnoscitur à Diacono & Tzetze. Si auctori hujus carminis sua debet restitui integritas, delendus est hic suppositius versus & tollendus.

v. 308. Ερίσω ὥκιας ἵππος] Immittebant veloces equos, hoc est, incitabant laxatis frenis. sic & Latinis immittere. Sergius Galba ad Cic. in X. ad Famil. Repente equum immisi ad eam legionem tirorum quæ veniebat ex castris. Vide

Gronovium ad Senecæ III. de Ira. Pro iōiāda iππος inferius dixit Εἵπετον ἵππος, v. 550. Ovid. I. Metam. 280.

Fluminibus uestris totas immittite habenes.

Εἵπετον ὥκιας ἵππος. nobis immittitis veloces equos. ubi Interpretes: contra nos tenetis equos. Εἵπετον & ἴππος dicuntur ii qui in hostem movent. Herodot. ἴππος δὲ λακωνικοῖς mouere in Lacedæmonios.

v. 309. Επικρατήστε πίνοντο ἄρματα] Interpretes: subultantes volabant curras. Επικρατεῖ esse subultare τὰ κέρατα; legendum: διπερτίστα.

v. 311. Αὔχετον οὐχον ἀδλον] Indefinitum certamen Interpretes transtulerunt, quod quale sit, Latinus civis non intelligit, cui esset anceps certamen, dubium, cum adhuc certant & quis victoriam reportaturus sit in incerto est. Cui opponitur *decresum præclum*. Cic. X. ad Fam. ep. 10. Quamobrem quamquam in uno prælio omnis fortuna reipublicæ discepitat, quod quidem cum hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore. finitum, peractum, ut liqueat penes quem sit victoria. Sic & res iudicata apud eundem II. ad Att. 12. Tota res etiamnum fluctuat, quæ si deceperit, magis erunt iudicata quæ scribam. certa, sicut post sententiam latam à judicibus appetit uter litigatorum vicerit.

v. 312. Ερίσε ἀγώνος] In stadio, circō. non intra agōnem, quod in versionibus extat sine sensu. Αγών est locus certaminis, stadium, hippodromus. Hesych. ἀγών δέρματος, σάδος, ἀθροισμα. Idem, ἀγών ὁ τόπος, ἵρδα ἀθροισμα οἱ ἀγωνισταὶ. Antiquorum scholiorum auctor ad vers. 91. in Theogon. Αγών λέγεται τερψός αὐτὸν τὸ ζεύς, οἱ εἰρήνη ὁρχός, οὐ ξεναγόποιεν, ωταπρὶ τὸ πόλις. vide & Porphyrii Quæstiōnum in Homerum vicesimam primam. Equidem pro hominibus, qui convenient, & generaliter pro concione, & cœtu saepius capitur. Pindarus Isthmionicon

nicon 10: *Εστιν οὐδέποτε ἄγαρ, Ad Hyperboreum cælum.* Hesiod. Theog. v. 91.

*Ερχόμενος δέ τὸν ἄγαρα θεὸς ὁ μένοντας.* *Venientem in concionem tamquam Deum venerantur.* Sic hunc versum legi in antiquis libris scholiorum auctor annotavit. quæ lectio vulgatæ præferenda.

- In concionibus enim, ludis, spectaculis præcipue magno honore Reges & Principes afficiebantur, quod vel ex unius Suetonii lectione nemini potest esse ignoratum. Non insolens verd Græcis & Latinis res, quæ in aliquo loco geruntur, ponere pro ipsis locis, in quibus aguntur. *Δέομος*, cursus, & locus ubi currit, stadium. Phavorinus: *Δέομος τῆς γυμνασίου.* ὅπ πρόμοι τῶν τῆς θεοῦ, ὅπερ ἐπέχοντο νέοι. *Gestatio* locus ubi gestabantur lecticæ: *Ambulatio*, ubi ambulationibus vacabant, sic & Belgis een *wandeling*. Jus pro loco ubi jus dicitur. Titulus XI. lib. X. II. de interrogationibus in jure faciendis. est in βίαιων pro tribunali, ut recte Græcos interpretatos esse observavit Princeps Jurisconsultorum Cujacius. Hinc *in ius vocare* est ad tribunal. *Θέα* spectandi locus. *Θέα τηλεομάνεταιν* apud Lucianum, Synesium, & alios est spectandi locum occupare. *Λίγα* loca in quibus confabulandi causâ conveniebant, ut suprà vidimus. *Οἴνος*, *ἴνων*, *χύται*, *οἴλοι*, *vinum*, *oleum*, *ollæ*, *obsonium*, pro foris & tabernis in quibus vinum, oleum, ollæ, obsonia venduntur. *Βιβλιοθήκαι* tabernæ librariæ, ubi libri venduntur. Eupolis: *αἰθαλῶντος τὸν στρατόν*, τὸν τὰ κείμενα, τὸν τὰ λεξιστὰ τὸν τὸν τὴν ἀρμάτων, τὸν τὸν τὰ γέκυα. *Abiit in allium*, *Ἐ*cepas, *ibus*, *tum* *Ἐ*romata, *Ἐ* omnis generis merces. hoc est, in loca ubi haec merces venduntur. Opvis pro ἀγνωπωλεῖorum forum ubi aves vendunt. Aristoph. Avibus: *Ἄ στρα τὸν δισπαζειν τοὺς ὄπιστας.* *Indignis nos afficis malis*, qui est ex avibus, hoc est, foro, in quo aves veneunt. Sic & *ἰχθύοις* pro *ἰχθυο-*

*τοιούς.* Aristoph. in vespis: *Ιχθειδάπτει μὲν τοὺς ιχθύους in minutos me concidit numulos in piscibus*, hoc est, *in foro pisca-*torio. Sic *ἄργυρα* specimen rerum venatalium, & forum ubi proponebatur.

v. 330. *Μήτρα πόρπητε λαῶν*] Latinè red-ditur vulgo: *præstantissime popolorum.* Sed boccine de uno homine dici potest? Verte: *fortissime mortaliūm.* Hesych: *Λαοί, ὄχλοι, ἔθνα.* *Διάσπατα* τὸν ὄχλον εἰρῆναι ἀπρόπτει. *Ἄριτον τὸν τὸν λαλούς*, ἔνθετον τὸν μέρον τὸν τὸν μονοεοιδέμνην ἔχειν τὸν τὸν τὸν λαλούς.

v. 331. *Γλυκαῖς αἰώνος ἀγίορος*] Interpp. *dulci ævo spolaris.* Cur non: *dulci vi-*ta? Hesych. *αἰών* δι βίον τὸν ἀνθράκων, δι τὸν ζωῆς γένετο, res trita.

v. 340. *Εσυρδίαν*] Non viderunt quid pertineat εσυρδίας. qui vertunt certatim. Referendum ad Icaron. Es δισεργοντα εσυρδίας. *In currum insilis celeriter.* Ibidem *ληγυττός* est generosus, ut millies monuerunt veteres Magistri. Sed sordis auribus prætermiserunt Interpretates.

v. 353. *Συνωσίαδε πολιτεύοντα*] Πολιτεύοντα non est bellare, bellum gerere, sed pugnare, dimicare. ut πλευρα & Latinis *bellam* frequentissimè pro prælio. Sallust. *In eo bello trecenti milites defe-*derati sunt.

v. 364. *Πατὴ μητὶς τούτων*] Omnibus viribus nitens, incumbens. Interpretes ut solent: *sotis animis festinans.* Hesych. *τούτων*, *τούτων*, *τούτων*. In ἕργοις Σπούδαις ἀρρενοῖς, φυτεῖς, οἰκον τὸν διδός. *incumbere arationi, plantationi, rei familiaris curæ.* Ibidem *τούτων* οἰς ἀρετος di-vitiis querendis operam dare. Elianus II. Var. Hist. 6. *Καὶ ἄλλοι τὸν ταπεινόντας τὴν πατρίαν, εἰς μάντια ἤδη τοῖς τοῦ ταπεινοῦ προσέχειν δεμοτικός.* Alios etiam adolescentes in societatem adsciscere fuduit, quos ad ejusmodi facinus prom-pissimos sciebat. Sic læpissimè apud hunc Scriptorem, & alios. Nihil tri-tius.

v. 372. *Ηριοχεὶς δὲ ἔτειν*] Bene Palatinus codex, *ηριοχεὶς*, hoc est *πλειστόν*, *ἐπλη-*σιαζον.

οὐαζον. Sic & Homerus Iliad. 6. vide Suidam. probavit etiam Commelinus.

v. 380. Πάσα ἡ Μυρμιδόνων τὸ πόλεις] Est Thessalia. Velleius Paterculus: *Acer bellici juvenis, natione Thessalius, cum magna civium manu eam regionem armis occupavit, quæ nunc ab ejus nomine Thessalia appellatur, ante Myrmidonium vocitata civitas.*

v. 389. Αρέσ ἡ αἰτία μαστιχῶν Λαίτου] *Mastixen & mastixam*, quod apud unum Hesychium in *masticem* legitur & exponitur σφραγῖς μαστίχαι, est paragogicum τὸ μαστίχαι, μαστίχαι, id est, edere, mandere, manducare, frendere. Gloss. *pappat μαστίχαι*. A quo μάστιχαι, id est, mansum, cibus. Latini sequiores dixerunt pro eodem *massare*, quod extat apud Theodorum Priscianum lib. I. c. 8. lib. II. c. 29. Unde liquet *μαστίχαι* notare actionem eam, qua animalia collisū dentium & conventu maxillarum res objectas comprehensasque antequam deglutiunt, commolunt & incident. Sic de isto loco Vir summus Thomas Reinesius, in litteris superius ad me datis, rectissime & eruditissime censuit. Hinc & μάση cibus. Homerus Iliad. I. v. 324. μάση ἵπποι κολεόντοι. *Escam postquam invenierit*. Vide ibi Eustath. p. 655.

v. 395. Θῆλυς ἕρεσ] Diacono Θῆλυς est ἀπαλλ tener ros, quem sequuntur Interpretes, qui interpretantur, *mollis*, alii ineptiūs: *fæmīneus*. Verum Θῆλυς ἕρεσ est ros herbas vegetans. Hesych. Θῆλυς ἕρεσ ἡ τὰ χιτώνα ποίησα, δρῦσις, καὶ θρησκία. Probat Etymologici Magni auctor, præfatus τὸ Θῆλυς dici pro Θῆλῃ, ut vice versa καρψὶ pro καρψὶ apud Callim. Θῆλῃ autem esse à θῷ quod propriè est τῆτα, quia mammarum lacte infantes nutruntur. *Estin*, inquit, οὐ ξῆμα θιλὺν τὸ τῆτα, εἰ μὲν Σίνων. Οὐκοῦ γαλακτο τὸ θιλόν ἀντὶ τὸ θιλάστην. Ex τὸ Σίνων ὁ γένεται ἔμπατκον ὄνομα θιλύν καὶ προτῆ Θῆλυς, οὐς καρψόν. At Eustathius ad Odys. 1. ubi hoc ipsum exponit Θῆλυς ἕρεσι, Θῆλυς ait signi-

ficare θρησκίαν per translationem à fœminis ductam, quia fœmellæ in omni animalium genere alant pullos suos & infantes, non masculi. Dici autem Θῆλυς pro θιλεῖα. Θῆλυς, ait, ἡ θρησκία τῆς φύσεως ἐν μεταφορᾶς τῆς ζωῆς, ἐν οἷς τὰ θιλεῖα θρησκία τοῖς τὸ πονγῶν μᾶλλον ἅπερ τὰ ἄρρενα. ποιητικῶς ἡ εἴπη τὸ θιλεῖον ὄμοιας τῷ πελὴν ἢ οὐχί, τούτον καὶ τὸ θιλεῖον τε μέλαιναν· καὶ τὸ θιλεῖον ἀργόν. Quod verum est. Θῆλυς ponitur pro θιλεῖα. Eadem ratione & apud Sophoclem τὸ θιλεῖον dicitur. hoc est ὑπομένεις καὶ ποίησα θιλεῖον, ut veteres Grammatici monent. Priorem tamen etymologiam probat Plato in Cratyllo, p. 284. edit. Francofurt. Wechelianæ. Τὸ δὲ θιλεῖον τὸ θιλεῖον ἐπανομάδι, ἡ δὲ θιλεῖα ἀρά γα, ἡ Ερμόθυεις, ὅπις πεδιλένεια ποτῆς, θιλεῖα ἀρδίμενη, &c. Θῆλυς est fæmina τὸ θιλεῖον, id papilla dicitur. Θιλὴ autem, Hermogenes, videtur dici, qui germinare facit, quasi ea quæ irrigantur. Hanc vim & ros & nox habet. Virg. II. Georg.

*Et quantum longis carpent armenta diebus,*

*Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.*

Theophrast. VIII. hist. Plant. 6. Εν Λιγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ Βακτροῖς, ὅπου μὴ οὔτε ἡ χώρα, ἡ παντας, εἰς δρῦσις τὸ ὄλον ικτέριστον, ἵπποι καὶ τοιεὶ Κυριών καὶ Σατεΐδας τόποι. In Egypto, Babylonia ac Bactriana, ubi raro aut numquam pluie, rore omnia convalescent, sicut & apud Cyrenenses & Hesperidas. Igitur Θῆλυς ἕρεσ est vim habens vegetandi & fovendi sata, arbores, plantas, ut convalescant.

v. 397. Τῆμος δὲ κέγχροισι θειγλῶχες πελέδησι] Lege: Ημος δὲ κέγχροισι θειγλῶχες πελέδησι. Quando δὲ milio aristæ surgunt. Res liquida est.

400. Δῶν' ἀνδρῶν χάρια καὶ ἔχθρον] Veteres Grammatici hoc loco tradunt dona Bacchi ἔχθρον appellari, propter labores & molestias, quæ exhauriendæ hominibus in serendis & colendis vitibus.

Sed

Sed verius existimo ἀχεῖς ea dici propter dolores & mala, quae creat vinum si immodicè bibatur. Homerus Odys. 9.

Οἶνος τὸν πόσιν μελιστής, οὗτος καὶ ἄλλος  
Βλάπτει, δὲ τὸν μην χαρέσθαι ἔλλος, μηδὲ αἴσχυλος  
πίνει.

*Vinum te fasciat dulce, quod & aliis nocet, quicumque eo copiose utitur, & immoderatè bibit. Vide & quæ sequuntur, si tanti est.*

v. 402. Κτενίδης ἐλάφοι] Non cervam, sed cervum hoc loco & versu sequente 407. intelligi nullus dubito. Græci enim tam Philosophi quam Poëtae i. εὐεργετούσι dixerunt de cervo & cerva, ut olim docuit vir incomparabilis ad Solinum. Callimachus hymno in Dianam v. 99.

Εἴης δὲ τοῦ θεματοῦ ὅρος Φαξερόιος  
Σεργίους ἐλάφος.

*Reperiebas in cacumine montis Parrabali Salientes cervos. Cervos fuisse non cervas vers. 102. ostendit:*

Κερδῶν δ' ἀπαδμέπετο χρυσός.

*Cornuum verd aurum elucebat. Ad quem versum vide Spanheimum incomparabilem. Inveniri autem cornutas etiam cervas, præter illa quæ ibi Vir magnus notavit, ostendit cerva cornuta capta in Chersoneso Cimbrica, ante annos circiter triginta, à Duce Holsatiæ, quam eleganti elegia descripsit & decantavit doctissimus amicus noster Morhofius, cum supereffet.*

v. 405. Οἱ δὲ ὁσ τὸν αἰγυμοῖ] Puto scribendum: οἱδὲ ὁσ τὸν αἰγυμοῖ. v. 410. legend. ἄλλοι.

v. 416. Αμφιερωνιάδες Νομίνης Ηρακλεῖν] Lege: βίν Ηρακλεῖν in casu primo. Sic & Diaconus legit, ut ex paraphrasi ejus licet colligere.

v. 420. Μίχα γὰρ δίνεται ψυχὴν ποτὸς] De Hercule vulgo hæc accipiunt. Hinc vertunt: *Magnum enim robur inciderat viri.* Sed Diaconus Cygno hæc tribuit, τοπολέων γένοι μεγάλην ισχὺν τὸν ἀρδπόδες, ἕντες τὸν κώνην. Quem si sequimur vertendum erat: *magnum verd robur viri concidit, vir valde robustus concidit.* Υδρίδες & τὸν vicissim nonnumquam apud Poëtas permuntantur. Versus sequens sum optimè cum hoc cohæret, si Diaconum sequimur.

v. 428. Μιλιόρεγεν θυμὸν ἀπέντη] Dulcem animatum seu vitam eripuit. Θυμός hic est φυγή. Brevium scholiorum auctor in Homeri Iliad. a, v. 172. Θυμὸς παρεῖ τῷ ποιητῇ οὐμαίνει πίντη. τινὲς ὄργανον. οὐ τὸν θυμὸν οὐδὲ στοργὴν βασιλέων. τινὲς φυγήν. οὐ δὲ τὴν οἵτη, μελλοντὰ θυμὸν ἀπέντη, &c.

v. 431. Οὐρῆς μαστοῖ] Rescriptū ex codice Palatino μαστοῖ.

v. 479. Λαὸς ἀπέντη] Verte: *populus magnus*, hoc est, ingens multitudo. Virg. 1. Aen. *Ac veluti magno in populo cùm scēpē coorta est seditio.* Just. XI, 2. *Tantus natorum populus.* Ovid. IV. Metam. v. 447. &c lib. VI, 197.

JOHANNIS GEORGII GRÆVII  
LECTIONES  
*In Opera & Dies.*

---

C A P U T VIII.

Primi duo vexati versus in ἔργοις illustrati. οὐνέπτη ὑμεῖστοι. Δεῦπ δή.  
Antiqua Hesiodi lectio bis vindicata. Plato emendatus. Αἴχεν.  
Augere. Κάρφειν. Δίκην. Jupiter Justitiæ Præses. Callimachus il-  
lustratus. Hesiodus emendatus. Διάνδυχα θυμὸν ἔχειν. ἔργος ἀκαρδίη est  
Φιλία. Moschopulus correctus. Αγορῆς ἐπικεκόσ. Ωρη. Vetus Hesio-  
di lectio defensa. Elegans præsentium usus apud Græcos. In-  
terpretes Latini sæpè notati.

**I**N ἔργοις καὶ ἡμέραις.  
v. 1. Μύσου Πιεσίδην διοδῆσιν κλέψουσι  
Δεῦπ δὲ ἵνεπτη ὁρίσειν] Non  
veteres solum Interpretes, Proclus, Mo-  
schopulus, Tzetzes, sed & Hesychius κλέ-  
ψουσι exponunt ὑμεῖστοι, θεράπευσοι. Scholia  
inedita libri Vossiani. διοδῆσιν, κλέψουσι,  
φέδος καὶ τραγῳδῶν θεράπευσοι. & sequenti  
versu: δύτη, ἐλεύθε. Eustathius quoque  
ad Οδυσ. i. Hesiodum Musas ex Pieria  
arcessere scribit. Κλέσιον pro κλέψοις nemo  
Veterum dixit. Inde liquet hos versus  
sic rectè exponi: *Musæ ex Pieria car-  
minibus gloriam conciliare solita, Adeste,*  
*quæso, dicate patri vestro hymnum.* Cum  
Moschopulo ad κλέψουσι intelligendum  
existimatamus εἰς ἄντας ιδίωτην. Nam ut ille  
ait: *Ex πο Μεσίσιν κλέψει ἔρχεται. Αἱ Μυσὶ*  
*venit gloria. ἵνεπτη ὑμεῖστοι, εἰς ὑμεῖς.*  
ut inferius v. 33. Λλά τι ποντα Αρπαζον  
ιόρπεις pro ἕρηταις, & v. 43. κρίνατος ἔχειν  
βίον, pro ἔκρηταις. Apud Hom. βῆ δ' οὐ πρ  
ἔνται, φέδος φεύγειν pro ἔργοις & sexcenta ta-

lia. Solere vero Poëtas Numina quo-  
rum opem implorant ex locis, quæ iis  
erant sacrata, vocare; Musas ex Parnas-  
so, Pieria, Helicone, Pindo; Apollinem  
ex Delo, Lycia, Xantho, quis tam ho-  
spes est in illorum lectione qui ignoret?  
Et sic hunc locum intellectum olim fuisse  
locuples testis est Aristides hymno in  
Jovem: Εἴτε δὲ Μύσου Δίος πᾶσι, οὐ γὰρ  
ἔγαγε ὅρα πότε ἀπὸ τοῦ ὑμᾶς ἀμεινον γελάσουσι οὐ  
τοῦ. εἴδ' ὑμᾶς γε εἰπὲ Ολύμπιοι αὐτῷ Απόλλωνι  
Μετηγέτη πιὼν θεῖαν φόιλην φέδεται ὑμεῖστοι & ὑμεῖς  
περὶ τοῦ τοῦ οὐλον πατέρα, εἴτε Πιεσίσια φίλοι  
ὑμῶν ἴδιαιτημα, εἴτε οἱ Ελικώνι τοῦ Βοιωτίου χρείαται.  
*Agite ergo Musæ, Jovis filiae,*  
(nec enim vos umquam alias quam nunc  
invocare præstiteris) *sive in Olympo cum*  
*duce Apolline divinum canitis canticum,*  
*vestrum simul & universorum patrem*  
*celebrantes, sive Pierium vos delectat*  
*domicilium, sive in Boeotio Helicone*  
*choreas ducitis.* In versu secundo δὲ le-  
gitur in utroque MS. Vossiano, ut &  
meo,

meo, nec non in editionibus priscis, Veneta Victoris Triocavelli, Florentina Juntae, aliisque, & id omnes agnoscunt. Interpretes veteres, ut mirer H. Stephanum solius Eustathii auctoritate compulsum reposuisse dicit, quod deinceps plerasque editiones occupavit. Habet ista particula obsecrandi vim in hisce formulis, οὐκέτι δέ, σέπε δέ. ιδία δέ, age, sis, quæsto. Hom. οὐκέτι δέ τύχος Διομήδους. Socrates in Phædro apud Platonem: ἔγειται δέ Μύση, quo expressit hoc nostri Poëta: Σὺντονός δέ Μύση. Sed totus locus Platoni addendus est, ut ex illo menda eluat. Socrates ibi ait: ἔγειται δέ, οὐδὲ Μύση, εἰ τοῦ δέ αὐτοῦ τέλος λίγους, εἴτε τοῦ γένους μετανοῶν τὸ λιγύων ταύται τοῖχος ἐπειρυμάς, ξυλέστρετο τοῦ μίδους, οὐ μέγαρυχός εἰ βασίν τοῦ λιγύου. Quid hinc τὸ λιγύων, scribendum puto τὸ λιγύων, & vertendum: *Agite igitur, οὐδὲ Μύσαι, dulces sive propter canthus genus, sive propter Musice genus suave, hoc nomen consecutæ estis, mibi adfatis in hoc sermone quem me hic amicos optimus jubet habere.*

v. 3. Οὐ τὸ τέλος θεοῦ] Hos duos versus aliter distinximus, & exposuimus quam vulgo fit, ut appareat ex nostra editione. Vide inferius rationes in notis ad v. 430. Θεογονία. Οὐ τὸ τέλος est, ut apud Demosthenem τὸ τέλος θεοῦ, *Deorum beneficio & munere*. Sic Johann. VI, 51. καθὼς ἀπέστει με ὁ Πατὴρ, οὐ δῆλον τὸ τέλος. *Sic ego vivo, beneficio patris.*

v. 5. Πία μὲν τὸ βειάνον, έπει τὸ βειάνοντα χαλεπόν] Uterque Codex MS. utroque loco legit ἔπει, quam veram lectionem esse Tzetzes ostendit: Τὸ έπει σωμάτων δέ τοι τὸ γένος μαρτυράσει συντάσσει, οὐ τὸ άλλα τοῖς μισοῖς μαρτυράσει. Nec aliter apud Homerum in omnibus legitur codicibus Iliad. p.

*Píā μὲν τὸ βειάνον τὸ τὸ βειάνοντα χαλεπόν.*

Quæ loca male Gulielmus Canterus, deus nostræ Trajecti, sollicitavit. Hesiodus:

*Εἴησι πάντα, Σίγετος γε τομέων εἰς ἀπατήσον.*

Ubi rursus male mutat in ἔπει. Hom. II. π.

Αἴτια ζῶντος πείματος Σαρπιδόνεα ὄντος οὐδὲ οὐδεῖ.

Idem Iliad. v.

Iov τοῖναι πολέμου τὸν θεόν, οὐ μετά ἔπει. v. 6. Λαβελος αἴτιον] *Obsecrare augere.* hoc est, evicit, ornat, Callim. hymno in Jovem v. 95: Οὐκ ἀρτῆς ἀπειδεῖς δικαιατούσας ἀρδας ἀλέξειν. *Sine virtute divitiae non possunt homines ornare.* Homero est ποτὲ δράσσειν. In qua notione quum & Latinis augere ponatur, retinui hoc verbum tu versione. Sueton. Claud. *In se- met augendo parcus atque crudelis nomi- ne Imperatoris abstinuit, nimios bono- res recusavit.* C. Nepos Phocione: *Namque auctus ornatusque à Demo- stenē bene eum quem tenebat gradum ad- scenderat.*

v. 7. Αγλώπη κύρρων] Versiones vulga- tæ: *superbum contrabitis.* Alii: *desiccat.* Ineptæ. Rectè Proclus ostenderat κύρρων hinc esse οὐτε τοῦτο οὐ τοπεινόν. Vertimus cum Horatio, attenuat, qui hunc locum expressit, ut pridem Muretus observa- vit:

*Valeat imma summis*

*Mutare, & insigne attenuat Deus.*  
inferius v. 575:

*Οὐρα τὸ ἀμφότερον τὸ τέλος τοῦτο τὸ λιγύων τοῦτο τὸ πάρον.*  
*Tempore messis quando sol corporis*  
*attenuat, hoc est, corporis vires*  
*exhaustit, atterit.*

v. 9. Δίκαιος δὲ ίδιος δίκαιος] *Juste rege judicia.* Sic bene prisci omnes Interpretes hunc locum declarant, qui hæc retulerunt ad Jovem. Δίκαιος est δὲ δίκαιος, sive οὐδὲ δίκαιος, ut Moschopulus. Δίκαιος δί- καιος est praesule judicis, & ea sic gubernare ut leges exerceantur, & iustæ fe- rantur sententiae. Ιδιωτες est regere, gu- bernare. Hesych. Ιδιωτες, διδοτες, ιξιοι, διοικοι, ιδιωτες, κυβερνηται. Jupiter enim Ju- stitia Praeses & vindicta habebatur. Plu- tarachus: *οὐδὲ ιδιωτες ἀποδευται.* Ο μὲν τοις ιχεσι δίκαιος παριστρον, άλλ' αυτος δίκαιος και ούμενος.

N n

Θέμενος

Θέμα δὲ, ηγεμονία ἡ προσύντετη η ταυτατή. Τοι Ιουστία non adsidet; sed ipse est Ιουστία & Θεμις, & lex antiquissima & perfectissima. Callimachus hymno in Jovem: v. 81.

Δῆμος ἐπολιτεψα φυλασσόμενος. οἵτο δ' αὐτὸς Αὔρης ἡ πολιτεψα ἴδιος οἴτη δίκαιος  
Λαόν τεσσαρινοῖς, οἵ τ' ἔμπειλιν ιδύοντον.

*Constituisti qui arbes custodiunt: tuque ipse praefides in arcibus, Inspector tam eorum qui legibus populum sub inquis, quam eorum qui aliter gubernant.* Sic hic locus veriendus. Jovi enim arces sacræ sunt, teste Aristide hymno in Jovem, qui & ibi docet Jovem esse præsidem Iustitiae. Vide & Euripidis Troad. In Theogonia eodem sensu dixit Λάγκειρος Σέμιστας δίκαιος vers. 85, de rege:

Πάντοις ἐσ αὐτὸν ὄφει Λάγκειρον Σέμιστας Ιδίην δίκαιον.

*Omnes ipsum respiciunt redditem jus rectis iudicis* V. 886. Ingenio è quidem vir summus pro Πέρην legit Πέρην. Sed quomodo idem autem ne commodè possit tribui Persæ non video: quin tota oratio videtur huic emendationi & sententiæ τὸ πάντα adversari. Hæc enim Poëta mens est, audi intuens & auscultans, uti jus valeat regente te, utique ego Persæ vera præcipiam. Aliquid petit in publicum, aliquid sibi. Sic olim sentiebam de hoc loco, sed accuratiū cùm nunc illum expenderem, vidi eundem esse in sententiam magni viri Danielis Heinsii, qui contra veteres Interpretates vidit non hæc referenda esse ad Jovem, perperamque vulgo hos versus legi & distinguui. Sententiam autem esse, Vide & attende Persæ, & sine ambitione judica: ego verdè, & Persæ, tibi vera præcipiam. Itaque sic cum Heinsio interpungo. καὶ οἱ idem autem τε δίκαιοι δὲ ιδιοί Σέμιστας Τύρων, οἵ τε οἱ Πέρην επίνυμα μαθησόμενοι. In meo sanè MS. legitur Πέρην, non Πέρην. Ceterum non Pausanias tantum quod Scaliger observavit, sed etiam Aristarchus hos priores decem versus obelis suis ju-

gulavit, & Praxiphanes discipulus Theophrasti, notante Tzetze, in pervetusto libro illos se non reperiisse testatus est. Praxiphanes autem iste videtur esse ille, qui à Diogene Laëtio in vita Platonis, narratur Platonis & Isocratis sermonem de Poëtis prodidisse memoriam. Hujus Praxiphaniæ etiam alibi meminit Diogenes. Cujus ætatis fuerit non observarunt docti Interpretes, quod ex hoc Tzetzi annotatione discimus.

v. 11. Τὸν μὲν τὸν ἐπινύσαντεν ρόντας] Utterque MS. Vossianus & editio Basileensis Isingrini: ἐπινύσαντεν. Quod quis non probet præ duro illo diplasismo?

v. 13. Διὰ δὲ ἀριθμὸς θυμὸν ἔχοντες] Mīrum quid Interpretibus Latinis ip̄o mentem venerit, qui hæc ita vertunt: *in diversa autem animum distractabunt.* quo nihil à Poëtæ sensu & Gracis verbis potest fingi alienius. ἀριθμὸς θυμὸν ἔχει Homerο est δίχα θυμὸν ἔχειν, dissentire, discrepare. Il. u. v. 31:

Βάρος δὲ τοιούτος θυμὸς δίχα θυμὸν ἔχοντες.

*Iabant in prælium Dii discrepantem animum babentes.*

hoc est, à se invicem dissentientes, aliis stantibus pro Troja, aliis in Trojam. Ubi vulgo versiones ineptæ: *divisum animum babentes*, pro quo alii dicunt ἀριθμὸς θυμὸν ἔχειν. Quid verdè miri Poëtam ἕτερον tribuere animum, quum inter Deas referantur & hic & in Theogonia?

v. 15. Αὖτε τὸν ἀριθμὸν.

*Ασαράτον βασίσοντες πομῶντα βασίσαντες*] Hæc cum Tzetze non sic accipienda sunt, quasi Deus sit malorum auctor. Sed hæc est Hesiodi mens, omnia quæ geruntur Dei numine geri: illum hominibus aut propter vitia, quibus sunt obnoxii, aliasque causas nobis sæpè parum exploratas, corrumpere consilia, sanam eripere mentem, & contendendi ac litigandi libidinem immittere. Penelope apud Homer. Od. v. 4.

Μάιη φίλη, μαργύλω σε δαιδαλού, οὐ τούτη  
γαρ ταῦ

Αρερα ποιῶσι, ηδόνερά σε μάλιστα τοτε,  
Καὶ τὸ χαλιφερίσοντα ουρανούντος δικένον.

*Nostrix dilecta, insanans se Dii fecerunt, qui possunt insipientem reddere, qui vel prudentissimus fuerit, & delirum prudentia compotem reddiderunt. Nam ut bene alias Poëta :*

Οταν γὰρ ἡρῷη θεαύσιναν βλάπτει πάθος,  
Τέτηρ τὸ περιτοτε λέγαρετετανεράν,  
Τὸν νῦν δὲ οὐδὲν εἰς τὸν χρήσιν τετένει  
Γράμμων, οὐδὲν ματίν αὐτὸν αμαρτάνει.

*Quando ira deorum aliquem ledit, buic primò eripit prudentiam, & sanam mentem, & in deteriorius mutat consilia, ut non videat quæ peccat. P. Syrus Mimus : Fortuna quem vult perdere stultum facit.*

v. 17. Νῦξ ἵρισμα] Nox habetur mater omnium rerum tristium & malarum, sicut in saecis litteris tenebrae. Opera tenebrarum apud Apostolum, projici in exteriore tenebras, apud Matthæum. Sic contra Deus dicitur apud Prophetam *indutus luce, habitare in luce inaccesso, & felicitas sempiterna sèpè lux appellatur.*

v. 19. Γαῖας ἡ ζῆτην] Hæc verba non referenda esse ad Jovem, cum antiquis Hesiodi Interpretibus, præclarè monuit Daniel Heinsius ὁ Αἴολος, cui Hesiodus & omne litterarum genus plurimam debet. Nihil certius quam hæc ad Eos pertinere bonam, quam Philosophi φύσις dicunt, quæ dicitur in terra habitare inter homines. Inde Empedocles Agrigentinus Physicus antiquissimus, qui principia omnium rerum præter quatuor elementa constituit Natura & φύσις.

Τίτανα γὰρ πάντας ζῆσματα πεστον ἔχει.  
Ζεὺς ἀργὺς, Ήρη τη φρέσιος, καὶ Αἰδωρούς.  
Νῆστος δὲ οὐδεκρίσις τίτητει κράνημα βερέτον.  
Νεῖκος τὸν ἐλέμφων δίχα τῇσι ἀπάλαστον ἄπαγτη.  
Καὶ φιλίη μετὰ πίστοις, τοιούτη μονάδης τοι πλάνη.  
τοὶ πτ.

Quatuor omniam rerum principia primus audi, Jupiter candidus, Juno alma, & Pluto, Ac Nefis quæ lacrymis tingit humanas scatebras, Et contentio pernicioſa quæ absque iis par est ubique, Et amicitia cum his quæ æquè longa ac lata est. De quibus Sextus Empiricus aduersus Mathematicos : Εξ Ἀριδίου τὸν τὴν ἔργαν ἀρχάς πέντε ποτὲ τὰς ἴνιας, γλῦν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ τὸν δὲ τὰς θρασύεις φύσιας οὐδὲν τοιούτη. Sex tradit rerum principia. Quatuor quidem materialia, terram, aquam, aërem, ignem. Duo autem operantia, amicitiam & discordiam. Vide & Diogen. Laërt. in vita Empedoclis. Latini Interpretes Hesiodi πολλοὶ ἀντίτινοι τοιούτην conjungunt, quasi Hesiodus dixerit contentionem bonam longè meliorem esse hominibus : quos redarguit copula & συνίπτω, quæ ita constituta est. Οὐκαὶ μη πολλὸν ἀμείνω scilicet τοιούτην Κερίδην τὸν ζῆντον τοιούτην. Posuit illam longè meliorem in terræ radicibus, hoc est, in terra & inter homines. Εν ταῦτα κοινὸν repetendum.

v. 20. Εἰς ἵπερον πάρ τοι ιδὲν ἔργον γενικῶν Πλάνων, οὐ παντεῖται ἀερίμνους ιδεῖ οὐτιστιν] Hsc rursus Interpretes male gesserunt suas partes, qui secundum versum sic transtulerunt, ut si τοιούτοις esset relativum, quum tamen hic ponatur pro τοιούτοις, quod diligere poterant ex Moschopulo & Proclo. Glossæ MS. Vossianæ : οὐ, τίτης, πλάνη. Iners, inquit, videns alium labore divitias invenisse, & ipse eadem ratione opes querere studet. Eodem sensu inferius :

Εἰ Ν καὶ ἔργάζῃ, πάλια σε ζηλάσσει ἀτρόπος  
Πλανητῶν.  
Quod si laborares mox te αμυλαβί-  
bitar otiosus distescensem.

Tzetzes videtur leguisse οὐ. Porro in MS. legitur ἀερίμνους, quam lectionem tuetur Tzetzes, qui propter liquidam μὲν τοιούτην produci contendit. Proclus vero hoc à Græcorum Poëtarum consuetudine alienum esse in talibus infiniti-

vis affirmat, ideoque non per geminandum.

v. 23. *Eis ἄφειον απώλευτα*] MS. I. Voss.  
*eis ἄφειον απώλευτα.* Sic etiam Moschopulus: *Ἄφειος ὁ οὐ ποτὲ οὐδὲν τὸ ἐπιταπεῖται ἀπεγνωθεὶς μηδέποτε πλέτεο.* τὸ μὲν τοῦ βίου, ἀρ̄ ἐ βιοῦ τοῦ μηλούπητος λέγεται δὲ ὁ ἄφειος ἀρσενικός, καὶ τὸ ἄφειον ὑπετέρων. Sic legendus hic locus. Vulgo malè & sine sensu γένεται ὅπερ τὸ ἐπιταπεῖται. Eadem ratione peccarunt in ὅραιοις apud eumdem Moschopulum v. 32. ubi vide Proclum.

v. 29. Αγορᾶς ἐπάκινον ἔντα] Græci Scholastæ omnes rectè ἀγορᾶς explicant ἐμπάτων τὸ φυμῶν πηγεν φιλοτεχνῶν κατεμῖστων τὸ ἀγορᾶ. Latinos verò quis ferat, qui fori auscultatorem transtulerunt? Quis Latinè sciens intelligat quid sibi velit fori auscultator? Verte: concionum auditor. Αγορᾶς ἐπάκινοι sunt homines subrostranei, ἀγορᾶ, Aristophani ἀγορᾶς σετείματα, circumforanei, concionales, qui, ut Livius ait, concionibus barent adfixi & in foro vivunt: sive ut Cic. I. de Orat. c. ult. qui in subcelliis habitant, quamvis ibi loquatur de causidicis. Latinis propriè tales homines canalicolæ. Gell. IV, 20: Qui jurabat cavillator quidam & canalicola, & nimis ridicularius fuit. Vid. Festum: Dicuntur & homines ordinarii. Festus: Ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram, & improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adecentium prætorem. At Aelius Stilo qui minimè ordine viveret. Αγορᾶς ἐπάκινοι id Plauto est foro operam dare. Terent. lites sequi. Posiles tamen etiam exponere ἀγορᾶς ἐπάκινος, fori auditor, ut apud auctorem dialogi de causis corruptæ eloquentia, quem ego quidem Quintilianum

esse nullus dubito. Rationes aliás dabo.  
Is cap. 34. adolescentes, qui in subselliis  
quotidie nobiles causarum patronos au-  
diebant orantes, vocat *fōri auditeōes*:  
*Alque bercule, sub ejusmodi praecepio-*  
*nibus juvenis ille de quo loquimur, ora-*  
*torum discipulus, fōri auditor, sectator*  
*judiciorum, eruditus & affuefactus alie-*  
*nis experimentis, &c.* Sed hīc in bo-  
nam partem accipitur.

v. 30. Ωρη γδ τ' ἀλίγιν πάλεται] Non est ut recedamus à lectione librorum & Interpretum veterum expositione, qui aiunt ἄρις φιλέαται, & interpretantur ἐπο-  
τία, sicut MS. I. Vossianus cum Glossis:  
ἄρη τεκέων τ' ἀγοράν τι, οὐ γερής μητρικειαν,  
μημηγεσιών. Verba vero hæc ἄρη ἀλίγιν τά-  
λεται τεκέων τ' ἀγοράν τι sunt ὀληγορεῖ τεκέων  
καὶ ἀγορᾶς, vel ὀληγορεῖ καὶ τεκέων τ' ἀγορᾶς  
τι, non curare debet forenses curas. In-  
ferius v. 208. Τῇ δὲ οἷς, οὐ σὺν ἔτοις ἀγορᾶς.  
*Hec is, qua te duco. hoc est, ire de-  
bes.* Hom. Iliad. x, v. 62. Λέπτη μάθει μη-  
τίσια λειτουργίας εἰσόκει τελεῖται; Ήταν μετά σ'  
αῦτης; *Illuc maneo cum his expectans*  
donec venias? *An te sequor rursus?* Mé-  
rav. Στάω, εἴτε μάντης, Στάω δι. Luc. VIII, 19.  
Σὺ εἶ ερχόμενος, οὐ ἀλλος περισσότερος. *Tu ne-  
ces qui venturus es,* an alium expecta-  
mus? vide & Matth. XXVI, 8. Πάλεται  
pro πάλεσσι δι. Sic sœpè praesens accipi-  
tur. Eurip. Hec. 163.

Πάντα ἡ τεύχος, ἡ κοίτη σύζητος; **Quoniam**, **bancne an illam co?** pro σύζητος μη. Quomodo non infrequenter occurrit apud Scriptores sacros. Matth. III: Πᾶν ἐρ Νερόπορο μὲν ποιῶν καρπὸν γελῶν οὐκοῦται εἰς τοῦ βάλλεται. **Omnis arbor non ferens fructum bonum exscinditur & in ignem conjicitur.** Hoc est, exscindi & in ignem conjici debet.

## C A P U T IX.

Hesiodi obscurus locus expositus contra Græcos & Latinos Interpretes. Ωραῖος βίος ὥραιος καρπός. ὥραιον ὑδωρ. ὥραιος ἔτος. Lectio antiqua Poetæ bis asserta. Εργάζεσθαι. ἔργον. Dimidium plus toto. πηδάλιον. SCtum in Pandecte illustratum, repudiata Commentatorum sententia. Gubernacula in navibus Veterum duo. Hesiодus emaculatus. Γυρούροις μελεδῶνες. Interpretum varii lapsus.

v. 31. **Ω** Τίνι μὴ βίος ἔτος ἀντετίνει καρπός  
τίκτεται  
Ωραῖος] Bios οὐραῖος Latinis interpretantur,  
victus tempestivus. Græci verò magi-  
stri, ex singulis anni partibus collectus.  
Quod quidem ferri posset. Nam οὐραῖοι  
καρποὶ sunt omnes fructus è terra prove-  
nientes qui in mensis secundis apponuntur  
pro anni & temporis ratione, ut ver-  
ni flores, æstiva mala, pira, pepones,  
autumnales uvæ, & quæ hyeme possunt  
haberi. Antigonus Carystius in vita Me-  
nedemi. Τρέψυρα μὲν δίμορφη, ή κώμης θυ-  
ρός· τοτὶ δὲ γῆς οὐραῖοι εἰσαρπότο γε, τὸ δὲ  
δίμορφον δέ τι γένος, τὸ δὲ δίμορφον δέ τι  
χειρεπον οὐραῖοι εἰσάγεται. Pro bellariis daba-  
tur lupinum & sapis faba: Nonnum-  
quam ex fructibus, quos illa pars anni  
ediderat, quidpiam apponebatur, æsta-  
te malum Punicum, vere ervilia, bye-  
me caricae. Male Interpres Dipnosophistæ reddit: ex fructibus borariis.  
vid. Galen. de aliment. facult. II, 2.  
qui docet propriè Græcis οὐραῖοι καρποὶ  
dici de talibus ηγεγμαῖοι, non de frumen-  
to, de quo hic tamen agi omnes vident.  
Sic & apud Ælian. Var. Hist. I, 31. οὐραῖα  
ηγεγμαῖα. Persuassimum itaque habeo  
οὐραῖοι bios esse fructus æstivos, qui δὲ οὐραῖοι  
ηγεγμαῖοι οὐραῖοι, æstate, diebus canicula-  
ribus tempore messis colliguntur. οὐραῖα  
enim & οὐραῖοι ηγεγμαῖοι significat æ-  
statem, & quidem adulram, dies cani-

culares, ut Galenus in variis locis tra-  
dit. Hinc οὐραῖος est æstivus. οὐραῖον ὑδωρ  
apud Hippocratem Galenus ostendit esse  
pluviam aquam, quæ media æstate ca-  
dit, καὶ τοιοῦτον ἐν οὐραῖον οὐραῖος  
ἔτος. tempore illo quod vocant οὐραῖος έτος,  
hoc est, dies caniculares. Plinius sanè  
οὐραῖον μὲν vertit mel æstivum, ut pulchre  
notavit vir Magnus ad Athenæum III.  
Animadvers. cap. 6. Nec aliter capien-  
dum inferiùs v. 305:

Οὐραῖον βίον πάντας καλοῖ.

Ut viētu æstate collecto impletantur  
borrea.

In sequente versu nescio cur contra ma-  
nu exaratorum librorum & priscarum  
editionum fidem recentiores scribant Τε-  
τρακοντάδημος. sed video hoc ab H. Ste-  
phano profectum qui τε putat sejungen-  
dum & pro τε poni. Sed rectius MSS.  
& omnes scholiorum Auctores scribunt  
καρποτάδημος. cuius libertatis poëticæ  
exempla quis desideret nisi puer? Ne-  
mo enim ignorat apud Homerum καρπούς  
προ καρπού, λαβάλας προ λαβάλων. Le-  
via hæc sunt, fateor, nec monerem, ni-  
si Stephani auctoritas multos in errorem  
induxisset.

v. 39. Δίκαιοι θυάτεροι] MS. uterque &  
editio Ulpii apud Illyrinum, θυάτεροι.  
Stephan. θυάτεροι. Sed rectius vulgatae,  
metro poscente. Phocylides etiam in  
editione Stephani:

Ην σὺ κακῶς δικάγης, οὐδὲς μετίπειται δι-  
κύρωσι.

Scaliger in libro suo notavit, idemque hic  
positum esse pro Ἰητελον. verè.

v. 40. Οὐαὶ πλέον ἕμμιν πεντές] Quām  
variaz sint hujus loci expositiones nemo  
ignorat. Mihi maximē probatur Plato-  
nis & Aristotelis. uterque, ille III. Lib.  
de legib. hic IV. Polit. præstare censet  
dimidium, si illo moderatè utaris, toto,  
hoc est, magnis divitiis, si luxu disfluas,  
aut turpiter prodigas. Ejusdem ferè sen-  
tentiaz est illud Catonis in distichis :  
*Quod nimium est fugito, parvo gaudere  
memento.* Sed tamen hīc propriè docet  
fratrem Poëta, omissis litibus, præstare  
quietam possessionem dimidii, quām to-  
tius litibus quærendam, præsertim si par-  
cē vivas. Nani ut verè Lucretius Lib.  
V. *Quod si quis vera vitam ratione gu-  
bernat, Divitiae grandes homini sunt  
vivere parē.* Sequens versus id docet,  
in quo parcimoniam, quæ tam magnum  
est vestigial, tantopere laudat. Propter  
eamdem causam Pythagoras quoque de-  
terrebat ab usū carnium homines, *ός το-  
νεῖσθαι αὐτοῖς έτι* τὰς τροφὰς, *ἄπυρα τροφαρε-*  
*ψήσις, νοῦ λεπτὸν ψεύτην τροφον.* ιτινόθεν γὰρ τοῦ  
οὐρανοῦ ὄχειαν, ηγετὴ δὲ τητα τερψινῶν,  
ut homines victui tenui affuerint, ut  
cum cibis minimè coctis uterentur, *εὶς*  
aquam solam biberent, facilem haberent  
vivendi rationem. Hinc etiam tam cor-  
poris sanitatem, quām acumen animi  
illis accessuram, teste Diog. Laertio in  
Pythag.

v. 43. Πρίντας γάρ κερ ἐπ' ἵματι ἱεράσου] Verte : *Facile enim uno die tantum  
quæsivisses.* Vulgo : *tantum operatus  
es.* Sed ἐπάλεων hīc est labore para-  
re, acquirere. Subintelligendum autem  
ex præcedente versu βιον. Quod loquen-  
di genus postea imitatus est Andocides :  
ἐπάλεων τὸν βιον ἐν τῷ δικαίῳ καὶ τῷ χρεῖ.  
*victam quærere juste suis manibus.* Ερ-  
γάζεται βιον est victum parare, quærere  
unde utamur, *vitam quærere,* ut Ennius

loquitur. *Nautisque mari quærentibus  
vitam.* Vita Latinis, æquè ut Græcis  
βιον, est victus, alimenta, quæ ad vitam  
tuendam pertinent. Et sic hoc loco ca-  
piendum, non pro incertis vitæ casibus,  
ex sequentibus liquidd apparet. Εργάζεται  
eamdem vim quoque apud Platonem re-  
net : *Kαὶ τὰ ἐπιτίθεα ταῦτα ἡγανακτῶν ηγετεῖ  
οἰκιας ἀρέτων.* *Et alimenta ipsam qua-  
sifuram, ἐς familiam sustentaturam.* Herod. I, 34. *ἱερατεῖσθαι ηγετεῖσθαι* τοῦ  
τελείας ὄπισθεν εἰς Κερενδον ἀπικεῖσθαι. *Cum ma-  
gnum pecuniam acquisivisset voluisse re-  
dire Corinthum.* Joh. VI, 27. *ἴργάζεται μη-  
τὰς βρῶνται ηγετεῖσθαι*, hoc est, *nolite  
conquirere victum qui perit.* Obscurè  
vulgatus. *Operamini non cibum, qui pe-  
rit.* Nec melius Beza, *Operamini non  
cibo qui perit.* Hinc & ἐπάλεων simpli-  
citer est quæstum facere, acquirere, ut  
apud Demosthenem in orat. contra Apa-  
turium : *ταῦτας ἐπάλεων* est quæstum fa-  
cere pecunia in fœnore nautico colloca-  
ta. Sic optimè illum locum emendavit  
maximus virorum Salmasius, cui nihil  
viget par & secundum. Inde ἐπάλεων est lu-  
crum, quæstus. Sophocles :

Αλλὰ δέ τις ἐπάλεων ταῦτα διπλωμάτων μάρτιον.

Sed nullum lucrum est ista deplorare.  
Ubi Scholiastes : *ἐπάλεων, ἐπάλεων.* Quia verè nullus quæstus est uberior,  
quām qui ex usuris & fœnore capitur,  
ἐπάλεων, & ιερατεῖσθαι ηγετεῖσθαι dicitur de fœno-  
re : *ἴργάζεται ηγετεῖσθαι* est exercere pecu-  
niā, fœnori locare, ut recte à viris do-  
ctis ostensum est jam pridem. Matth.  
XXVI, 16. *ἴργάζεται* εἰς αὐτοῖς, scilicet,  
τίνει ταῦτα, quæstum fecit illis scilicet  
quinque talentis. Est Hebraicum  
loquendi genus *ἴργάζεται* εἰς την, pro quo  
Græci ἐπάλεων την. Vide Bezam.

v. 45. Αἰ-λά το πανδάλιον] Miror omnes  
versiones Latinas quas mihi videre licuit,  
πανδάλιον hīc interpretari temonem, sti-  
vam, quum mihi sit exploratissimum in-  
telligi clavum navis, seu gubernaculum.  
Glossæ MS. Vossii : πανδάλιον αἰγένιον. sed,  
etsi

etsi alia doceant rationes non sinit nos dubitare de hac interpretatione v. 627:

Πιδάλιον δ' ἡρῆς ὑπὲρ κατὰς κριμάσσει.  
*Clavum artificiose factum super fumum suspendito.*

Ibi præcepta expendit quid hyeme, confecta navigatione, sit faciendum: solebant autem tum clavos in fumo suspendere, quo credebantur indurari ac à putredine servari, æquè ut nunc caro salita fumo induratur. Virg. 1. Georg.

*Et suspense focis exploreat robora fumus.*

Aristophanes in Oryctos:

Πρῶτα μὲν ὥρας σάρισσεν ἡμέis προς, χειμῶνας, ὄπερες.

Σπείρειν μὲν, ὅταν γέραντες κρύψουσι τὸ πλαίσιον μεταχωρεῖ,

Καὶ πιδάλιον τοῦτο τακτίσω φέρει κριμάσσει καδύσεις.

Primum quidem tempora ostendimus nos veris, byernis, autumnis, Seminare. quidem quando grus canticans in Libyam decedit,

*Et tunc jubes nautam suspendentem clavum dormire.*

hoc est, quum tempus est naves subducendi, clavum suspendendi, & nautæ possunt securè in utramque aurem dormire. Malè & ibi Interpretæ πιδάλιον temponem vertant. Aristophanem hæc loca Hesiodi, de quibus agimus cùm maximè, respicere facile intelligunt omnes, & clare Scholia stes ostendit: Καὶ τὸν προς τὸ Ηράδην, αὐτὸν πιδάλιον μὲν ἡρῆς πιδάλιον δ' ἡρῆς ψεύτης κριμάσσει. Duas vitam tuendi rationes Veteres præcipue coluisse in hoc opere docet Hesiodus, navigationem nimirum & agriculturam. Aut mare exercabant negotiando, aut terram conferendo & colendo. Utroque hoc vitum parandi modo ærumnoso & laborioso essemus levati, inquit Poëta, neque in mari jactari cum tanto periculo, neque opere rustico nos desfatigari necesse esset, si Deus non occultasset facilem il-

lam victum & amictum curandi viam. Suspenderes clavum fumo, quod solebant hyeme facere, quum clausa essent maria, & naves subductæ, & navigandi studium deponeres, numquam mare tentares & infidis procellis tuum caput quæstus causa committeres. Nec aliter Proclus. Videl quoque D. Heinlius sensum hujus loci in Introductione, sed nec ipse in tot suis editionibus fœdum hoc mendacia expunxit, nec ab aliis editoribus fuit auditus. Ab hoc more proverbium natum Ψεύτης πιδάλιον, de iis qui artem desinunt, nec amplius exercent, sed otio se dedunt. Eustath. ad Iliad. I. pag. 650. edit. Basil. δύλον δ' ἀνὴρ πιδάλιον τὸ πλαίσιον τὸ πιδάλιον δὲ οὐδὲ ἀργέντα, οὐ καθημελούσαν τὰς πέχυας, ὅποιον τὸ οὐ τὸ δὲ πιδάλιον τόξον ή κιθάρας ἀγκυριδιου. Unde liquet paræmia duxta à fumo, super fumum gubernaculum, de otiosis, & arses desuentibus, quale est in clavo suspendere arcus aut citharam. Hæc de πιδάλιον disputatio in mentem mihi revocat SCrum Claudianis temporibus factum, cujus fragmentum nobis servatur lib. XLVII II. Tit. IX, l. 3. §. 8: Ut si quis ex naufragio clavum vel unum ex his abstulerit, omnium rerum nomine teneatur. Hic Interpretibus aqua habet dubitantibus quid per clavos Imperator intelligat, quum non nisi unum in navi clavum esse existimat. Sunt viri eruditissimi qui docent clavum modò pro ἡρῇ τὸ πιδάλιον, modò pro toto poni gubernaculo, & clavos hinc esse gubernacula clavo annexa. Quod sanè ego quid sit non capio. Gubernaculum enim habet unum clavum, numquam duos. Gubernaculi partes sunt οἰαξ, ρεθίρ, πλεύσιον, αὐχήρ. Οἰαξ est clavus, quo, ut Isidorus inquit, regitur gubernaculum. Naves vero Veterum paulid majores duo habebant gubernacula, duos clavos. Hinc Græcis dicuntur ἀμφικτυμοι tales naves. Petron: Nunc per pappim per ipsa gubernacula dilabendum est, à quorum re gione

gione funis descendit, qui scaphæ custodiām tenet. Idem: *Pergit interim tempestas mandata fatorum exequi, omnesque reliquias navis expugnat. Non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis, aut remus.* Apud Heliodorum V. Aethiopic. Theagenes & Chariclea ad Ithacæ promontorium appellunt, ἡ παδαῖον θάτερον δικαίωτες, alero clavo amissō. Lucas Act. xxvii. in Pauli nave dixit in numero multitudinis τὰς ζυγκέιας τὸ παδαῖον, vincula clavorum. Sed omnium clarissimè genuinus Hippolytus de Anti-Christo quem ante non multos annos edidit Marquardus Gudius, vir doctissimus & mihi conjunctissimus, cui brevi plurimum res litteraria debebit, in elegantissima comparatione Ecclesiæ cum navi: Θάλασσα δὲ οὐ κόπος, τὸ φῶντα νεφελούντα, οὐ ταῦτα πλάγαι χειμᾶτα μὲν ἀλλ' εἰς θαύματα. ἔχει γὰρ μετ' ἑαυτῷ φύσις Κυρερῆς της Χειστῆς. Φίρεται δὲ μάστιχη τὸ τεθνάτον τὸ κατὰ παράστασιν, οὐ τὸ σανεγένετον τὸ Κυρείον μετ' ἑαυτῷ βασιζόμενον. Εστὶ γὰρ αὐτὸς μὲν τορέας ἢ ἀνατολή, πρώτη τοῦ θεοῦ τὸ δὲ κύκλον, περιπλεύσας σικαλεῖον τὸ άνοιξιν θεοῦ θεοῦ θεοῦ. Sic enim recte MS. Eboracensis. Posunt hi clavi videiri in columna Trajani & Argo navi, in signis cœlestibus apud Aratum. Vide Lipsium ad II. Taciti annalem c. 6. Samuel. Bochartum, virum summæ eruditioñis, qui in omni doctrinæ genere primus tenet, in Hierozoico, & Cl. Schefferum de militia navalı. Sed hæc in transcurso.

v. 48. Περιπλεύσας ἀγκυλοπότης] MS. II. ἀγκυλοπότης, quomodo legendum censet Moschopulus: sicut ποικιλόποτης, δολκόποτης, quæ tamen in secundo casu infleuntur ac si primi ἀντίτιτος esset πότης. Sic noster in Theog. αἰολόποτης Περιπλεύσας. Apud Hom. ποικιλόποτης, εὔποτης. Proclus tamen fecutus auctoritatem Plutarchi, qui & ipse olim in Hesiódum Commentarios edidit, quos Gellius laudat Noct. Att. XX, 8, & Proclus frequenter, tueatur ἀγκυλοπότης. Eustathius verò ad Odys.

γ., ait utramque terminationem apud Veteres inveniri. Illam in τῷ εἶναι à μέσῳ, hanc verò à μητρὶ, οὐ βαλάν.

v. 51. Δίδε παρὰ μητέρα] Imperitè μητέρες & μητέρες vertunt consultas, quum potius sit consilii plenus, consiliorum auctor, μήτρα βαλάνων ut recte circumscriptabit Theocritus notante Eustath. ad Iliad. a. Nec hoc prætermiserunt virti eruditii, sed surdis narrarunt fabulam. In præcedente versu τῷ εἶναι λατρῷ verte: filius Ιαπετοῦ. Gloss. Vetus: Πλαῦς οὐ ποτε, Filius. Non ignoro Latinis quoque Poëtis puer pro filio dici, ut *Veneris puer* apud Ovidium Cupido, *Latona puer* Horatio Apollo, sed in versionibus, quæ in tironum & Graecæ lingua non satis peritorum gratiam adornantur, hæc non habent locum. Iovis autem reddidi *egregius*. Moschopulus exponit γελάτη. Et Hesych. ιύρη, ἄγαρος, γελάτη, μήτρα, ὄντηχη. Glossæ MS. Voss. ιύρη, μήτρα. Sancte apud Hom. conjungitur ιύρη τῷ μήτρᾳ τῇ. Sic in Aenei v. 25. ιύρη τῷ μήτρᾳ Αλκαιοῖο. *egregius filius Alcæi.* ubi Interpretes: *præstans puer.*

v. 55. Pro χαῖρες prior liber Vossianus χαῖρες.

v. 63. Αδεράτης τῇ Στάσῃ εἰς θάνατον ἵστερ] MS. I. editio Isingrini, Tzetzes: ἀδεράτης Στάσης. Idem codex, ut & Palatinus, sequenti versu legunt παρθενικῆς παρθενικῆς, quam lectionem Proclus quoque agnoscit. Nec aliter scripsit Hesiodus. Glossæ MS. Palatini libri exponunt optimè παρθενίου. Vossianæ addunt subintelligendum ποτεν. Pertinet παρθενικῆς εἶδος ad Pandoram non ad Deas, ut vulgo capiunt. Jupiter, inquit, iussit Vulcanum quād celerrimè ex luto formare maslam, illamque voce humana instruere & viribus, & tanta pulcritudine virginali ut ad formam Dearum accedat. Equidem ex vulgata lectione nullum sensum idoneum posse confici facile vident qui animum advertunt.

v. 66. Γυρούρης μελιδῶτας] Veteres quidem magistri in explicando γυρούρης mire ambi-

ambigunt, sed mihi recte vidisse videntur illi, qui exponunt τὸν μάρτιον κορώναν, sicuti præter Moschopulum & Proclum Vossianæ Glosæ & Phavorinus. Κορῶν est κορώνη, γελλωνίην. Hesych. κορῶν, κορώνη, καθαίρειν. Unde & μακόρος, qui templum ornat & tuetur, æditus. In Actibus Apostolorum Ephesus dicitur μακόρος Ἀρτούρος, æditus Diana. Sicut & in nummis Græcorum frequenter urbes & populi μακόρης Καστόρος appellantur; quia templo in honorem illorum excitarant, quibus ornandis & colendis

operam suam devoverant, ut quasi essent Cæsarum æditui, ut monuit vir illustris Caspar Gevertius, sicut Ephesi Diana sunt, μακόρης, propter illustrissimum & maximi operis templum, quod in ejus Deæ honorem in sua habebant urbe. Γυναικεῖ μελιδῆς sunt curæ, quæ totæ in ornando corpore sunt occupatae. Mulieres verò quo studio magis renentur quam comendi & excolendi corporis, quibus, ut Plautus ait, nulla satis ornandi satietas est?

## C A P U T X.

In Hesiodo tres mendæ deletæ. Idem expositus. Αμφιγοήσις. Φωνή. Jovis dona quomodo rejicienda esse Hesiodus doceat. Θαλάτσια τέρπαδα. Hesiodo versus fugitivus, qui in nullis editionibus conspicitur, restitutus. Antiquissimorum hominum vivendi ratio. Pecus non alebant. Varro emendatus. Μῆλα, Poma omnes arbutei fructus. Μῆλα pro opibus. Επὶ βροτὸν κπίναχ. Homerus explicatus. Hesiodus bis emendatus. Interpretes sæpius reprehensi. Ήρεμεῖσαμένοις.

v. 69. Ω Στέρετ', οἱ δὲ διάδοροι] Vitia hæc sunt ne in pueris ferenda, & tamen omnes occupant editiones. Scribendum, οὐ στέρετ', οἱ δὲ διάδοροι. Nec aliter MSS. Sequente versu Αμφιγοήσις est σει γῆς βιβλαιμαρτίος. γῆς γετ' εἰξοχὴ dicuntur manus & pedes. Homer.

Γυάλια μὲν σροῦν ιράζεισιν ὄπεις ιππεῖς.

Frangam quidem pedes celerium equorum ante currus.

Γυάλια enim, ut bene Porphyri. ad Homerum observat, est τατλαγῆς πόνου. Latinis utroque pede claudus, pedibus captus. Quod quum à Græcis propriè tribuatur Vulcano, quibus familiare est διάδοτη singulis Diis & Heroibus assignare, iisque uti loco ipsorum proprietum, Latini verò careant tali voce, qua illum

commodè possint exprimere, ut Vulcanum per eam significari intelligent omnes, Ambiclaudus enim Latiū vetus ignorat, vertendum est, Vulcanus: ut ιππούρας Neptunus. Ridiculus esset qui verteret Terram concutens quum pro ipso Neptuno ponitur. Talia apud Græcos δια ς καρις. v. 77. σιθιορι MS. I. pro σιθιον.

v. 71. Παρθένη αἰδεῖη ἵκαλοι] Hoc est, ἵκαλοι χρῆσι, similitudinem virginis, id est, imaginem, statuam. Plin. *singere ex argilla similitudines*. Sic ferè Latinis similis simpliciter pro simulacro, imagine accipitur. Juvenalis: Sat. II. v. 6. *Si quis Aristotelem similem vel Pittacum emist, hoc est, Aristotelis vel Pittaci imaginem*. Multis exemplis declararunt docti viri ad Statuum.

v. 79. Εν δ' ἀρα φωνὴν Σῆμα θεῶν κηρύξ] Quærent Græci Magistri quomodo h̄ic Mercurius vocem Pandoræ indidisse potuerit, quum paulo ante Vulcano ejus confection mandata fuisse dicatur. Itaque φωνὴν v. 61. interpretantur ἡγεμονία φωνῆς, sed licet hæc exponendi ratio possit probari, nondum tamen essemus defuncti. In præcedente enim versu jam commemoraverat Mercurium Pandoræ pectori inferuisse αἰματίου λόγον. quomodo verò illos sine voce; & quomodo res ab eodem gesta tamquam diversa à diversis acta narratur? Quid quærimus? φωνὴν h̄ic est ὄνομα, ut apud Hom. Il. γ.

Πελαμος δ' Ἐλένην ἐκάλεσαν την φωνὴν.

Priamus Helenam vocavit nomine. ubi φωνὴν perperam παρέλεγον docent, & expoununt voce. Gregor. Μέτρα ἡμᾶς τὸν θεόν τὸν ἑψιλοτέρους φωνῆς. Ne nos increpetis ob verbūna insolentius. ἴνδικη φωνὴ est ρομενις impoluit. Ita omnino Heliodium intelligendum ipse docet: ὅτι δικαιος εἰς τὰς γυναῖκας Πλανδεῖν, appellavit autem mulierem hanc Pandoram.

v. 86. Μίνωπος δῶρον Νέξιον] Jovis igitur dona sunt rejicienda? Sed egregiè hujus loci mentem declarat Plutarchus, in libello quomodo adolescenti Poëtæ sint audiendi, ostendens δίὸς δῶρα esse fortunæ munera: Ο Ήσίαθος τὸν Περιηδία ποιῶν τῷ Επιμηδῇ φράσαλεινδιμον,

— μάτητο δῶρον

Δέξιαδής παρεὶ Ζεὺς Ολυμπίον, ἀλλ' ἀποτίμητον,  
δῆτι τὴν τὸν πολὺν μακάρειον τῷ Δίος ὄντεματι καίχεν]. τὸ γοῦ πυχρὸν οὐδὲ ἀγαθῶν Δίος δῶρα κέκληται, παντες, καὶ γάρματα, καὶ ἀρχές, καὶ πάντα δόλοι τὰ ἔκπτοι, ὃν οὐ κτῆσεν ἀνόντος δέ τοις ζεῦδης καλῶς μὴ μακάριον. Μήτη, καὶ οὐ Επιμηδέα φεύγον ὄγκοι καὶ ἀνέντον, οὔτε ταῖς διηνούσιδεσσι καὶ δεδίεται τὰς εὐπολέμας, οὐδὲ βλαβούσιμον οὐδὲ θεραπούσιον οὐδὲ αὐτοῖς. καὶ πάλιν ὅταν λέγη-

Μίνωπος' ἐλομβίλια περίλια θυμοφθόρεγον αὐτοῖς

Τέτταδες' ὄτειδοι ζεῖν, μακάρεσσιν δύον εἰς τὸν τούτον.

Ζεύδεσσον τὸν δὲ πυχρὸν σημεῖον, οὐδὲ ἐξεῖται λογικῶν τοῖς Λέστρον δὲ πύλην πενομένοις, ἀλλὰ τοῖς μετ' ἄρχοντας, καὶ ἑραρχίας, καὶ μακαρίας, καὶ πολιτείας Στρατίας, αἰργάδες οὐκονεῖδιστον ζεῖν. Ηε-  
fiodus ubi Prometheus inducit fratri Epimetheus suadentem ne à Jove nulla dona accipiat, sed ea aliud dimittat, Jovis normen de potentia fortunæ usurparuit. Bonis enim fortunæ tribuit appellationem donorum Jovis, opibus, conju-  
guis, imperiis, & omnibus in universum bonis externis, quorum possessio inutilis est recte uti iis nescienti. Itaque etiam Prometheus hominem vitiosum & fa-  
tuum cauere sibi jubet & metuere à re-  
bus secundis, damnō nimirum ei & exti-  
tio futuris. Iterum ubi ait, Num-  
quam pauperiem perniciosem animum-  
que excruciantem exprobra homini, quia  
deorum munus est, Deorum munus vo-  
cat id quod fortuna obtigit, innuens non  
esse eos culpados, qui fortunæ injuria  
pauperes sunt, cum ignavia potius, fa-  
cordia, mollitic & luxu conjunctas di-  
vitias in turpibus & vituperatione dignis  
babendas. Vide ibi plura, & ejusdem li-  
bellum de Fortuna in fine. v. 87. pro  
τῷ ζεύδης MS. II., προτῷ ζεύδης.

v. 96. Εράξειτορα θύματον] Queruntur veteres Critici, valde ἀκεράτως dolium appellari h̄ic θύμον. Inde & Seleucus pro θύματοι scribebat πάθοις, ut Proclus notat. Seleucum, qui hunc locum sic emen-  
dandum judicavit, existimo fuisse Gram-  
maticum illum Alexandrinum, qui Ro-  
mæ docuit, & Homericus dicebatur. Hunc enim in omnes ferè Poëtas com-  
mentarios edidisse Suidas auctor est. Quæ à viris doctis afferuntur ad istam transla-  
tionem asperam molliendam, arguta qui-  
dem sunt & ingeniosa, sed quæ facilius  
rejici possunt quam probari. His equi-  
dem argutiis non est opus. θύμος enim  
quodvis receptaculum, & vas notat. Eu-  
ripides arcas cedrinas, in quibus vestes  
recondebantur, καθίπας θύμος vocat. Al-  
cest. v. 158.

*Ei δ' ἵλον καρπίων σέμων  
Εδῆται, κόσμος τὸν τιμόντας κοκκίνου.*

*Ex cedrinis domibus (hoc est, arcis) vestem sumens & mundum decentem paravit. Sic & Philoni vestes dicuntur οἰκίαι φρεγτοί, portatiles domus, quia homines tegunt ad instar domorum, ut eruditè notavit vir dignitate & doctrina præzellens Gisbertus Cuperus Observat.*  
III, 18.

v. 99. *Λιχέρχει βαλῆσιν]* Hunc versum inducendum esse rectè Aristarchus & D. Heinsius censuerunt.

v. 102. *Νῦνοι δέ ἀθρόποιν οὐκέτη μάρτυρις οὐδὲ νυκτί]* MS. I. *ἐφημέρην, lege ἐφημέρην.* Sic emendaveram, & rectè me emendasse postea ex Plutarcho cognovi, in cuius consolatione ad Apollonium sic legitur.

v. 105. *Οὐτοις ὃν τις δέδει πορεύεται]* MS. I, *ἢ τις.* Sic & Tzetzes. *τις* nonnunquam *τικεῖς* ταράχη ac *τις.* *Διὸς* *τις* est Jovis sententia, consilium, decreatum. Hesiodi sententiam Tacitus refert: *Quae fato manent, quamvis significata, non videntur.* Sequenti versu idem liber: *οὐδὲ δίλειται.*

v. 113. *Νέορις ἄπει το πόνον]* In utroque MS. abest *το.* Et sane abesse debet. Tzetzes. *πόνον* δέ το πο κοντά δι ουλαβόν. *τον* γέ το διατελέσθαι λειτουργεῖ. sic & superius v. 91. in manu exaratis libris legitur. *Νέορις ἄπει κακόν.* Ubi H. Stephanus perperam incuriae editores insimulat. Inferius v. 674. *Μὲν μέντοι οὐτοις δέ τοιούς οὐδέποτε οὐδέποτε.* Sic MS. I. Vossianus. vulgo *μηδὲ μέντοι.* versu precedente in nonnullis editionibus legitur *ζειτονος* pro *ζειτον.* Quod auribus meis magis arridet.

v. 115. *Τίποτος το δειληνον]* Suaviter tempus transigebant in conviviis, nimirum quæ instruxerant ex iis quæ sponte tum ferebat injusta tellus. pro quo statim:

— *οἱ δέ διδίλημοι*  
*Ηουχοὶ ἔργα νέμοντο σωδέωντο πολέοστον.*  
— *ipsoique ultro*  
*Tranquilli que collegerant dividebant cum multis bonis.*

hoc est, ut Virgilius exposuit, *in medium quarebant,* & iis in otio sine contentione & invidia fruebantur. Haec sunt illæ *δαίμονες.* de *ἀδαίροις* & *Deorum epulis* Hesiodus hinc non cogitavit, quod & ille versus luculententer ostendit: qui in nostris quidem editionibus nunc desideratur, sed olim non desiderabatur in iis, quibus usus fuit Diodorus Siculus. Is in libro V. bibliothecæ huic, quem nunc exponimus, istum subjicit:

*Ἄρειοι μήλοισι, φίλοι μαχέριοι θιοῖσι.*

*Abundantes pomis, cari beatissimis Diis.*

Dignus sanè est qui loco suo, de quo fuit injuria temporum & hominum turbatus, restituatur. Ceterum hunc versum male intellexit & interpretatus est vir Græcè doctissimus, Laurentius Rhodomannus. *Ἄρειοι μήλοισι* vertit: *felices gregibus.* μῆλα hinc non sunt greges. Nam quamvis pastoritia vita sit simplicissima, & aliis vitam tolerandi rationibus vetustior, ignorata tamen fuit antiquissimis illis hominibus, qui *τοῦ Σατύρου* dicuntur egisse. Hi enim iis solum se tuebantur, quæ terra sponte ad eorum viectum ferebat. Omitto Ovidium, aliosque Poetas. Varro II. de R. R. cap. I. *Et homines & pecua quum semper fuisse sic necesse, natura, (sive enim aliquod fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Milesius, & Zeno Citteus, sive contra borum principium existit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, & Aristotleles Stagirites) necesse est humanae vitae à summa memoria gradatim descendisse ad hanc etatem ut scribit Diocæarchus: & summum gradum fuisse naturalem, quum viventes homines ex iis rebus quas inviolata ultrò ferret terra: ex hac vita in secundam descendisse pastorissimam, è feris atque agrestibus, ut ex arboribus & virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque collegerant ad usum, sic ex animalibus, propter eamdem utilitatem, cum que possent silvestria depren-*

benderent, concluderent & mansuferent. Sic hic locus legendus & interpungendus videtur, in quo tamen emendando Gronovio τὸ πάντα debentur, colligerant, & mansuferent, quæ reposuit pro colligerent, & mansuferent. Tò cùm intellectu revocandum ad superiora; quasi scripsisset; pastoritiam: cùm, ut ex arboribus & virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque in usum colligere consueverant antehac, sic ex animalibus sylvestria quæ possent caperent, septo custodirent, mansueta redderent. Hic videtur supervacuum vel quod prius posuerat è feris & agrestibus, vel quod post dixit, ex animalibus silvestria. At hæc est illius repetitio propter τὸ ιδεῖν, sensui magis quam verbis conveniens. De quo genere Gronov. ad Senec. I. de ira, 3. Μῆλα autem hoc loco sunt omnes arbutei fructus, qui edules sunt, sicut apud Latinos poma. Nam & nuces, & ficus, & uvae τούται mala disuntur. Vid. leg. CV. de verb. signif. Varro cap. 59. lib. I. de R. R. profitetur se acturum de pomis condendis, & ibidem tradit, quomodo pira, rapa, nuces juglandes sint servandæ, quia rapa, pira, nuces in pomis numerabantur. Hesych. Μῆλα πεπτὸς θερινὴ καρπὸς, ἐξαρένος ζεῦ μηλέας, καὶ πάρτα τὰ θερινὰ. In hoc ipso verbo offendunt inferioris Latini Interpretes, sed ratione diversa v. 162.

Ωλεῖσθαι παραρθένες μήλων ἔρειν Οἰδηπόδου.

Perdidit pugnantes propter oves Oedipi.

sed non pugnabant propter oves, sed propter opes, regnum, facultates Oedipi. De quo Græci Magistri: Μῆλα, κτήσις, πεπτὸς, βασιλεῖα. Hos Latini debent sequi. Veterum enim divitiae in pecudibus, præcipue in ovibus. Varro dicto loco libri secundi: *In queis (nimis animalibus agrestibus, quæ comprehendebant & mansuferiebant) non sine causa putant oves assumtas, & pro-*

*pter utilitatem, & proper placiditatem.* Non longè post: *De antiquis illustrissimis quisquis pastor erat, ut ostendat Græca & Latina lingua, & veteres Poëtae, qui alios vocant πολύφρενος, alios πολύμηνος, alios πολύέτες, & quæ sequuntur. Sic apud Hesiodum inferius πολύμηνος est opulentus. Ceterum in hoc, quem repausimus, versu, φίλοι μακέρων θιόσι, idem est quod τιτάνων. Sic & intelligendum in disticho illo in Epicetum:*

Δῆμος Επίκτητος γνώμην, καὶ σοῦ πάρα πολὺ ἀράτησε.

Kαὶ πάντας Ιερούς, καὶ φίλος ἀδανάτοις.  
Servus Epicetus sum, & corpore mul-  
lus, & paupertate Irus, & tamen Deis  
carus, id est, felix. Terent. Solus es  
quem Dii diligunt. Vid. Meric. Casaub.  
præfationem in accuratissimam Epiceti  
editionem à se editam. Porro quod viri  
docti notant δῆμος κτείνων ἡ θύσιον  
esse in prima pueritia occidi, mori, id  
vero ex exemplis, quæ afferuntur, non  
potest intelligi. Nihil aliud verba, quæ  
Iliad. Ζ. leguntur, volunt, quād illos de-  
prehensos esse apud armenta & gregem,  
ibique occisos. Alioquin κτείνων ἡ τε  
οἰωνος eamdem haberet vim. Iliad. v. ve-  
rō Aeneas non ait se metuere Achilleum,  
quod aliquando cum eo esset congressus  
δῆμος, sed contra ea Aeneas ibi excu-  
sat certamen cum Achille ineundum,  
quia jam olim expertus sit vim Achil-  
lis, & robur ejus hastæ, quum salutem  
suis debuerit pedibus servatus αὐτὸς λαυρῆς  
γένεται,

Οὐδὲ βοῶν εἰπάλιθοι οὐκετίσονται.

quum armenta nostra invasisset, inquit  
Aeneas. Quod & ipsum Achilles ei post-  
ea exprobrat:

Ηδὲ δὲ σὺ γε (φημί) καὶ ἄλλο τοι δεῖται φέννα  
Η δὲ μέγινη ὅπε πέρ σε βοῶν ἄπο μένον εἴρηται  
Σύντα τετράδιον δέρεσθαι ταχέοις πόλεσι  
Κερπαλίμανος; τέττα δὲ τοι μεταποταίζεται  
φεύγων.

Jam enim te puto & alias hastæ terrui.  
An non recordaris quando te apud boves  
solum existentem repuli ab Idaïs monti-  
bus

*bus velocibus pedibus celeriter? Tunc  
verò non convertebaris fugiens. Vides  
nullam hic reconditæ notionis formulam  
latere, sensum esse simplicissimum & a-  
pertum.*

v. 122. *Tοὶ μὲν δέμαρτοι οὐδεὶς θηρίον τελέσκει  
Αγροί, ἀλλέξι γάρ οὐδεῖς δηλόν ἐν Σπάρτων.* [Aristides, Plutarchus de oraculorum defectu, Plato in Cratyllo, & V. de legibus hos versus sic legunt:

*Τοὶ μὲν δέμαρτοι οὐδεὶς θηρίον τελέσκει  
Αγροί, ἀλλέξι γάρ οὐδεῖς δηλόν ἐν Σπάρτων.  
Quam lectionem vulgatae præferendam  
existimо tot summorum virorum auctoritate munitam. Sed de his Geniis, cu-  
jus fuisse naturae credebantur olim, vide  
Plutarchum in laudato libro de oraculo-  
rum defectu, multis disputantem.*

v. 124. *Οἴ γὰ φυλάσσεσι πεδίοις]* MS. I. *φυλάσσεσιν.* Sic hic verius legitur inferius,

254, & 233.

*Τίττους δὲ γυναικεῖς ιονία τε τίττα.  
Hom. Il. a. Σπάρτιοι λαόις οὐρανίζεται μερ-  
μένεται. Infinita hujus paragoges exem-  
pla ex Græcis Poëtis facilè colligas.*

v. 125. *Ηῆρα ιασθεῖτοι]* Retinenda est antiquior versio: *aëre induit.* Virgil. *obscuro aëre septi,* hoc est, oculis subducti sunt ut à nemine possint videri. Versu sequente, *ἥρα βασιλίσσης* non est regale munus, sed regius honor. Hinc postea de argentei sæculi dæmonibus dicit, illos quidem his esse inferiores, nec regia maiestate illustres, *ἀλλ' ἔντος τῷ καὶ  
τῶν οὐρανῶν.* *Verum etiam bi honore sunt  
conspicui.* Cur autem dæmonibus tribuat-  
tur regius honor hanc rationem affert  
Plutarchus, libro de defectu oraculorum,  
quia *βασιλίσκη τὸ μὲν πατέειν.*

## C A P U T XI.

*Φύη. νόμιμα.* Hesiodus expositus. Muliebris educatio puerorum inter mala argenteæ ætatis. *Μέτρον ἡγετης, θελάσσης.* Elegans Græcorum Poëtarum periphrasis. Hesiodo vetus lectio restituta. Ejusdem vexatus locus expositus. Dæmones mori, exacta certa periodo. Dæmonum sunt diversi gradus. *Ἄθενας δέντροι.* Secundus. *Καλλιάδης.* *Ανθηγοι.* Eupolis dōmos αἰδες. *Κενερὸν.* Γερά. varii Interpretum errores ostensi.

v. 129. *Ο Την φύην εναλίγων τέτοια νόμιμα.]* Verte: *Negque corporis habi-  
bitu simile, negque ingenio. quā hīc non  
est sola statura & proceritas corporis  
sed conjuncta cum dignitate formæ, ut  
recte Græci magistri docent. Nόμιμα est  
ingenium.* Glossæ MS. Vossianæ: *νόμιμα  
φεννατις.* Homero op̄ris Iliad. a.

— ἐνελ δὲ ἔστι τέτοια χρείαν

*Οἱ δίμας, οὐδὲ φύη, οὐδὲ ἄρες οὐδὲ περιχώ.  
Quoniam illi non est inferior, neque cor-  
pore, neque forma, neque ingenio, nec  
operandi peritia.*

v. 130. *Αλλ' ἕργον μὲν πάτει]* In I. MS. μὲ desideratur. Viri doctissimi ἀλλὰ hic accipiunt pro ἀλλ' ὅμιλος, quasi Poëta dixerit inferiorem quidem hanc ætatem esse & deteriorem superiore, hoc tamēn habuisse bonum, quod pueri aliquamdiu simpliciter, sine malo, & εὐήδως apud matres fuerint educati, ut hanc longam ἐν γυναικωνίπδι ἀγρεσί habuerit inter notas & bona hujus ætatis, quibus sequentem antecellarat. Quod planè Poëtæ menti adversatur, qui maternam educationem depravationi hujus sæculi adscribit, ex

ex quo appareat longè deteriorem esse hanc *μέντην* priore aurea, cuius pueri diu in Gynæcis latitent, & in sinu matrum adolescent, & corroborentur; qua muliebri educatione redderentur molles, imperiti, effeminati. Inde ait pueros evadere *μάλα μῆτες* valde rudes. Quo nomine Plato quoque educationem filiorum Regum Persicæ reprehendit. Quid verbis opus, res loquitur. Nec Veteres umquam aliter hunc locum ceperunt.

v. 131. *Ηέντος μέντος ίκοι τῷ]* Interpp. *Рубертatis terminum attigisset.* Hesych. quidem μέντος dicit esse πέρας: sed Poëtis Ηέντος μέντος nihil aliud est quam ipsa Ηέντος. Sic inferius μέντα σαλασσης est σαλασσα. Hom. μέντα καλεῖται, καλεσθειται. In epitaphio Hesiodi, quod Pindaro ascribitur μέντος σορός est σοφία, ut ibi legendum inferius ostendemus.

v. 134. *Αλλα ἔχοντες Αργεδίαν]* MS. L. *ἀργεδίουν.*

v. 135. *Τέτειν δὲ ἀπέδωλον]* Hi sunt mollis istius maternæ educationis fructus. *Nil magis facilis iracundos,* inquit Seneca, *quam educatio mollis & blanda;* ideo unicis, quod plus indulgetur, pupillisque quod plus licet corruptior animas est.

v. 141. *Τοὶ δὲ ψυχήντοι]* MS. I. *Τοὶ μὲν τοὶ χάροι.* Nonnulli codices, quod Stephanus notat, δηχάροι, quam lectio nem Tzetzes tuerit. Nihil verius, quamvis alteram sequantur Proclus, Moschopulus, & omnes quas vidi editiones. Verum si argenteæ ætatis homines postquam mortem obierunt sunt ψυχήντοι δεύτεροι, quinam sunt οἳ τοι ψυχήντοι, quod Tzetzes merito urget. Vir magnus multus quidem est in asserenda lectio vulgata, præfatus δεύτερος δαιμονος hinc conjungendum, non δεύτερος ψυχήντος. ex illa enim lectio hanc absurditatem nasci, quod tum δεύτεροι etiam cum δυντὶ sit conjungendum: hinc verò confici primos etiam fuisse δυντὶς contra doctrinam Platonicam, non tamen est contra He-

siodi, qui dæmonas quoque exacta certa periodo mori cecinit. Plutarchus de oraculorum defectu: Ο Ήσιόδος οἶτεν γὰρ σεβδος ποὺ χερνει γενιδει τοὺς δαιμονοι τὰς ταλαντάς λέγει γένει τῷ τοῦ Ναΐδος αργούτῳ καὶ τὸν χερόν αἰτιζειντα.

*Ερνία τοι ζετει φύεις λαχερύζα κοράρην  
Αρδρόν ιερύτων ἔλαφος δὲ τη πιπελόφερος:  
Τρέψ δὲ ἔλαφος ὁ κόραξ γυράσκεται. αὐτὰρ  
ο φοῖνιξ*

*Ερνία τὸς κόρακος δίκα δὲ ὄμετος τὸς φοίνικας*

*Νύρφαι εὑπάλκεμοι, κῆραι Δίος αἰγιθέοι.*

Hesiodus certis temporum conversionibus mortem dæmones oppetere censet, & tempus etiam sub involucro proponit, hec sub Naidis persona loquens: *Νονεμηνον* hominum vegetorum ætates garacula cornix vivit, cervus autem quatuor cornicum, tres autem cervi corvus. Sed phœnix novem corvorum: *vos autem Nympæ formosæ, Jovis filiæ decem phœnicum.* Vide ibi plura. Sanè primos daimones ætatis aureæ fuisse quoque δυντὶς annon ista verba ostendunt? v. 116.

*Θυνον δ' οὐσιαν δεδυπλικει. Μοριεβαντον* vero tamquam somno obruti. & v. 121.

*Αὐταρτὶς ἐπει καὶ τοτε φύει καὶ γάρ τοι τολμεῖται.* Verum postquam & hoc genus terra sexit, hoc est θεραπευτῶν, ἀπιδαν, inquit Tzetzes MStus Vossii, in edito enim hæc desiderantur. Verborum autem Hesiodi hæc est οὐνέπεια. *Τοὶ δὲ μάργεις δυντὶ καλέονται δεύτεροι δηχάροι.* Hi beati mortales secundi sunt terrestres, scilicet dæmones: hoc est secundi gradus, inferiores illis dæmonibus, qui ex aurei sculi δυντὶς sunt orti. Qui quidem non regium honorem sunt adepti, αλλ' ἕμπειησιν γὰρ τοιον δηποτεῖ. *sunt tamen & bi in dignitate constituti.* Dæmones esse diversorum graduum nemo dubitat. Eiō δὲ οὐσιαν δεδυπλικει, inquit Plutarchus, καὶ δαιμονον ἀπετῆς διατροπαι. *sunt enim sicut inter homines, sic etiam inter dæmones diversi virtutum gradus.* Δαιμονος δυντὶς

en sunt inferioris loci & ordinis dæmones, ut Δύνατοι ἀδάνται. Dii inferiores, minorum gentium, apud Maximum Tyrium, dissertat. xxvi. Θός μὲν ἐν αὐτὸς καὶ χείρας ἴδρυματος, οἰκουμένη τὸ ιερὸν τοῦ πλοῦ ἐν ἡραρχῇ πάξιν. Εἰσὶ δὲ αὐτοὶ φύσεις, ἀδάνται δύνατοι, οἱ μαθεῖσιν γὰς καὶ ἡραρχαὶ φύσεων, τὰς μὲν ἀδύνατες, ἀρδόμενοι τὸ ιούστεον, &c. Deus quidem eodem in loco manens, cælum regit, omniaque in eo ordinat ac disponit. Immortales autem quasdam babet potentias, quas secundos immortales vocant. Hi sunt Deo infirmiores, hominibus vero potentiores. Senecæ dicuntur inferioris nota Dii, ep. 110. Unicuique nostrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed bunc inferioris nota, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe Deos. Sic & servi apum Florut. III, 20. secundum hominum genus, quasi sint viliores & inferiores aliis hominibus: *Enim vero servilium armorum dedecus feras. Nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi secundum genus hominum sunt.* Cic. III. de Off. quasi secunda quædam boneſta esse dicunt. Et tela secunda apud Ovid. Superi vocant illud fulmen cui dextra Cyclopum flammæ & iræ minus addidit. Senec. p. 92. Excedat ex hoc animalium pulcherrimo, ac Ditis secundo, mutis aggregetur animal pabulo lacrum. Idem IV. Nat. Quæst. 3. Ex his me testibus numera secunda nota, qui vidisse quidem se negant, sed audiſſe. Inde & illæ loquutiones apud Graecos δέσποτες ποτέ, πέπιδα, ἄγειρ, postponere. Lucian. Ei με δέσποτες ἔγεις Ερμιός, si Hermioni me postponis. Καλύπτων vero hic est εἴδος. Superius v. 122. dixit δέσποτες εἰσὶ δέσποτοι, hic dicit eodem sensu καλύπτων δέσποτοι. In sacrificiis litteris καλύπτων οὐδὲ Θεῖ, hoc est, εἴσονται. Apud nostrum inferius v. 1715.

Μηδὲ πολύζενος, μηδὲ ἀξεῖνος καλύπτων.  
Nec vero multorum hospes, neve  
nullius sis.

In Theogon. v. 410.

Ηγανῆς τε μήτρα δύρια φίλη καλέσθη ἀνοίτη.  
Duxit in amplam domum sua ut sit  
uxor.

De quo loquendi genere Sacris pariter & mis ἔξι Scriptoribus familiariter plura pridem precepertunt viri magni, Casaubonus ad Theocratum, & Grotius ad Novum Fœdus.

v. 149. Απάντη] Latinis sunt inconditi, qui moribus sunt inculti. Tzetzes ἀγειροι. Cic. uastī ἐγρεψε. v. 194. Utterque codex MS. σταθεῖσι μίκτων. Versus sequens in primo sic se habet: οὐδὲ δὲ θάλαττα τεύχα, χάλκοι δὲ τοι οἶκαι. Vers. vero 151. idem liber μίκτας pro μίκταις.

v. 153. Βῶνας οὐ πάντα δύναται χρηστὸν ἀποδεῖ] Εὐρέτες δύναται multis antiquis & recentioribus est πλατός, laxa, ampla domus. Et sic C. Barthius Adversat. XXX, 13. qui hoc loco utitur ad firmandam correctionem Horatii, in quo pro *domus exilis Plutonia* substituunt *domus exilii Plutonia*. Sed hanc emendationem merito rejecit Vir magnæ & diffusæ eruditiois Johannes Gerhardus Vossius, qui docuit sedem exilium Plutonium Horatio non esse amplum illud mortuorum receptaculum, sed sepulchrum. quod certissimum. οὐγένεις hinc est squalidus ab οὐράνῳ situs, squalor. ut Virgilius *locū senta sis* dicit: aut tenebriculus. Glossa MS. Vossii: οὐράντη, οὐρανήν. Suidas: οὐράντη, οὐρανή, ζεφάνη. Sic & Hesychis & Etymologicum Magnum. Sophocles Ajace Flagellifero v. 615. Λίθινος Άδης, Homerius & noster in Theogon. ζεφάνη, Ζεφανή, Έschylus Prometh. 432. Κτεναρὸς οὐδὲ μηχάνης. Latini sapè cæca tartara. Inferius in Theogonia v. 729.

Ἐνδια Στοὶ Τιτᾶνες νέστος ζέφω περέστη  
Κεκρύπτει, βιβλῆσι Διὸς πιφιληγέρτεω,  
Χάρης ίν περέστη.

Illi Dii Titanes sub caligine opaca  
Absconditi sunt, consilio Jovis nubes  
cognitis,  
Loco in squalido.

sic

sic & v. 739. Κρεος verd non est meo  
judicio frigidus, sed dirus, illætabilis,  
horrendus, ut in Theog. 657. ἀπὸ κρεος,  
grave damnum, & διδούσας κρέας,  
horrendum bellum. In Λαωνικοῖς Τάρ-  
πησος, eadem ratione dicitur, pro quo  
in eodem carmine: νυκτός ἐρμῆς οἰξία στε-  
νὰ, νοχτίς οβσκυρας δομος borrenda. He-  
sych. Κρεος, φεκτός, μωστίς, ἀραιός, φετ-  
ερός, ἀλένος, αὐτερός, στενός, χαλεπός, πορνεός,  
γεκάτος, δύσφερος.

v. 156. Αὐτῷ ἵπει τοῦ τόπου γένος] Quae  
viri docti de Λασπολais hic subtiliter dis-  
putant inter λέξεις diversarum ætatum,  
ego sanè ut ex Poëta verbis cogi possint  
nullus video. Tertiæ enim ætati illud  
ipsum Poëta θησαυροῦ, quod iis, quibus  
λέξιν adsignasse dicitur. Αὐτῷ ἵπει τοῦ τόπου  
γένος τοῦ γαντού γαντού.

v. 162. Πεντήν γένος] Verte: priori æ-  
tati, non generationi, ut vulgo. Qui  
error passim quoque obvius in sacrarum  
litterarum Interpretibus. Γνῶτι Latinis est  
ætas. quod Homerus dixit:

Tῷ δὲ ἡδὺ οὐ μὲν γένος μερέσπειρος  
τον  
Ερδιαῖς'

hoc Ovidius interpretatur XII. Metam.  
vixi Annos bis centum, nunc tertia vi-  
vitæ ætas. Horatio est ævum, cui Ne-  
stor perhibetur somex ter ævo funetus. Ante Olympiades Græci per γένη ratio-  
nes temporis colligebant, ut Porphyrius  
ostendit, qui γένη definit τῶν τέκτεν τοῦ  
γένους τοποίσιν. sicut & Plutarchus, qui  
quoniam dixisset Heraclitum ἐπὶ τελείων  
ποτέ τοῦ γένους, subjicit, ἐπὶ τοῦ χείρου γένους τοποί  
τοῦ τοποῦ γένους γένους τοῦ γένους. spa-  
tium quod à natali pertinet ad tempus  
generationi aptum, quod circumscribunt  
triginta annis. Alii tamen productiores,  
alii fecerunt angustiores γένη. Sunt e-  
nīm qui uno anno, sunt qui septem, de-  
cem, viginti, quinque & viginti, trigin-  
ta, sunt & qui centum annis definient  
γένη. Quid sunt antiquiores tandem sunt  
longiores, monentem eodem Porphy-  
rio.

## C A P U T XII.

Versus Hesiodi fugitivus ex MSC. & antiquis Interpretibus revoca-  
tus & suo loco repositus. Saturnus Rex Herorum in beatis Insu-  
lis. Hæ in Oceano locatae. Hesiodus bis restitutus, & aliquot  
locis expositus. παλιγνεσία. Elegans futurorum usus. Θεῶν ὅμοι.  
Hesychius correctus. Ομηροῦ ἔχειν. Οὐμοῖς. Εἰδεῖν. Hesiodo denuò me-  
dela. Φύλα Θεῶν. Trajectio versuum in Hesiodo observato. Ver-  
sio Latina saepius castigata.

v. 169. Τὴλε ἀπ' ἀδεράτων τοῦτο Κείρος  
[ιμεσσίλεντι] Hunc versum ex  
MSO II. hinc reposui, quem olim quoque  
in antiquis extitisse exemplaribus, sed à  
nonnullis fuisse ejectum cum sequente  
tamquam ineptum, & qui Hesiodo sit  
indignus, Proclus testatur. Quorum ju-  
dicio si statimus, proximus etiam versus

est expungendus. A Tzetze sanè non  
videtur agnitus esse, nisi credibilis sit  
alterum illum quem cum hoc prisci Cri-  
tici ἀσέλιοι etiam nunc desiderari, sicut  
quem nunc ex MS. reponimus, in edi-  
tionibus desideratur, propter illam cau-  
sam quam Proclus nobis ostendit. Eam  
tamen mihi non probant acerbi illi cen-  
sores,

sores, quorum obelis quam multi confoderentur, si ad hanc legem essent exigendi? Plures enim hoc longè detersores in Hesiodo reperiuntur. Quin hunc optimis non dubito accensere. Quid enim sive verba species, numerosius, sive sententiam, pulcrius? Imperium autem in heroes in beatis Insulis degentes Veteres Saturno tribuant. Inscriptio elegantissima monumenti Regillæ uxoris Herodis:

*Hoi περικεπτος την θεον γυναικας  
Αγκει, αντη τη μεθη πρόγρων είναισα  
Επι μαργαρηνον, ινα Κερόντος διαβασσον.  
Quibus (sc. Deabus) sacra baccha  
tua pulchra faeminae  
Dedicata est. Ipsa vero inter Her-  
roidas habitat  
In beatorum Insulis, ubi Saturnus  
regnat.*

Ultimus versus ex isto Hesiodi est expressus. Salmasius dubitat an usquam legatur beatas Insulas fuisse sub Saturni imperio. Sed præter Hesiódum Diodorus Siculus etiam lib. III. hoc tradit.

v. 171. Γιδε οὐκέτων βασιλίνν] Græci Magistri οὐκέτων h̄ic locant & exponunt in τῷ ἀέρι. poterant aliud agere. Poëtæ enim beatas Insulas statuebant in Oceano. Horat. libro IV. carm. 16.

*Nos manet oceanus circumvagans:  
arva beata*

*Petamus arva, divites & Insulas.*

v. 173. Τεις τῷ ἔτει] Restitui lectio nem veterem, quam MS. I. & Tzetzes nobis servavit: τεις ἔτει. Sic inferius τεις ὑπερ τηγάχην. Vedit & H. Stephanus.

v. 174. Μίκατ' ἔποντος ἀργειον] Ordo verborum quem in his binis versibus Tzetzes instituit tam ineptus, quam sensus quem ex iis conficit. Ait enim Hesiodei voti hunc esse sensum, se maluisse mori ante heroici seculi exitum, quam post illum nasci. Sed hoc ab Hesiodi mente alienum planè est, qui optat ἡ οὐρανὸς θεῶν quam quinta ætas inguerit, ἡ ἵκτη

χινδὺ, quam meliora scilicet tempora resurgent. Persuasum enim habebant Poëtæ & plerique Philosophi, præcipue Platonici, exacta hac misera ætate, τὰ νηγματά futuram, omnia redditura in suos ortus & pristinam felicitatem. Inde Probus ad illud Virgilii,

*Ultima Cumæi venit jam carminis  
ætas.*

notavit Cumæum carmen esse catmen Hesiodi, quod sic dicatur à patre Dio, qui Cumæus fuerit. Sed quid his immoratur? Nihil est in Poëtis decantius, qui tamen omnes videntur hanc opinionem ex isto Hesiodi loco hau sisse.

v. 178. Εὖ τὸν γενέθλιον τολμαχέτηρος τελέσων] Insulæ Interpretes Latini: Postquam facti circa tempora cani fuerint. Ae χινδὺ τολμαχέτηρος τελέσων est fieri canum? quid absurdius fingi potest? γενέθλιοι sunt τεχίτης. Sic autem verte: *Quam vix nati canescant, hoc est, senescant, quam vix postquam lucem adspicerunt senio conficiantur.* Hinc paullò pōst αἰχλα γενέθλιον τοῦτο appellat. Conqueritur de vita brevitate, cui quintæ hujus ætatis homines sunt obnoxii, quod celeriter tacitis consenescant annis. Hoc est de quo toties conqueruntur Poëtæ, meliores annos esse fugacissimos. Theocritus: Μὴ καυχᾶς τί-  
χα γάρ οὐ παρέχεται, οὐ ὄρα, οὐ. *Noli superbire, celeriter enim te relinquit, tan-  
quam somnium, adolescentia.* Sed hæc Anthologiarum Scriptoribus relinquamus.

v. 180. Οὐδὲ πατέρες παῖδεων ὁμοίοις] Non hæc referenda sunt ad iñias ὁμοιότητa, ut non nemo facit, sed ad γενέθλιos. Loquitur de discordia & dissensione animorum, quæ miseris mortales hujus ætatis sic exagitat, ut omnia sint ὑπερ, nusquam candor, fides, non fucatus amor, ne inter parentes quidem & liberos. Ovid.

*Filius ante diem patrios inquirit in  
annos.*

Glossæ MS. Vossii: ὁμοῖος, ὁμογενεῖς.  
Græci magistri, ὁμοῖος, ὁμοοπτικός, σύμ-  
ποιος. Alia ratio est inferius, v. 235.

Tίκτυσαν δὲ γυναικες ἐνκεφαλά τένεα γενεῖσαν.  
Pariunt vero mulieres similes pa-  
rentibus liberos.

Hic utique loquitur de ἑδὺς ὁμοιότητι. Li-  
beri enim qui parentum os referebant  
habebant pro nota & arguento ma-  
ternæ pudicitiæ. Horat. IV, 6.

Nullis polluitur casta domus stupris,  
Mos δὲ lex maculosum edomuit ne-  
fas,

Laudantur simili prole puerperæ:  
Culpam paena premit comes.

Cui non dictus Hylas?

v. 185. Απρίσσει] Barbaræ Interpre-  
tes: *Debonorabunti*. Απρίσσοι autem est  
ἀπρᾶς φιλοῖ. Sic & versu sequente μί-  
μογρα est μέμφεται φιλοῖ, & vers. 189.  
Ἱπρὸς δὲ ἔτη πόλις ἐξαπάτηται, est ἐξαπά-  
τηται solet expugnare. vers. 225. οἱ  
τε μη ἐξαπάτωσι, qui ipsam expellere so-  
lent, sic ex MSS. ibi legendum. & v.  
323.

— οἵα πε πολλὰ

Γίνεται, αὐτὸς ἀνὴρ κέρδος νοει τοῦ ἐξαπατήσοντος,  
id est, ἐξαπάτηται φιλοῖ. & mox v. 327.

Iov δὲ ὃς δὲ οὐδὲν οὐ τοῦ ἔνεινος καθόντος ἐργεῖ.  
hospitem malo afficiet, hoc est, afficere  
solet. Homerus Iliad. a. ὅπε χώσται ἀνδρὶ<sup>1</sup>  
χέρι, quando irasci solet viro inferiori,  
& sic sacer. Aristoph. Pluto:

Ο Πάμφιλος δὲ ἐχειρίζεται τοῖς ελαύσταις;  
Pamphilus nonne propter hunc plo-  
rare solet?

Sic & Scriptores Sacri, Marc. III, 27.  
ἡ τοῦ τινος αἰνίαν αὐτῷ επαρπάσσει. Εὖ τον δο-  
μαν ejus diripiēt, hoc est, diripere so-  
let. Joan. XV, 6. Εὰν μὲν τοις μοινήτις ιψοῖ,  
ἐλεύθερος τοῦ κλήματος, οὐκ ἐξαπάτηται. Si quis  
non in me manserit, ejici solet foras,  
& tamquam palmes erescere. Interpre-  
tes ibi hæsitant. vide Bezam. In hac  
notione legitur etiam imperfectum, ut  
ἔνεινος. Marc. XIV, 12. mactare solent. &  
XV, 6. ἀπίλυνται, dimittere solebat, ut bene  
hac vetus Interpres.

In Scuto Herculis, v. 402.

Ως δὲ λέοντες δύο ἀμφὶ κταμδίνες ἀλέφοι  
Αλλήλους κοτεύονται, δῆτι σφίσας ὄρμοσσοι.

Ut autem leones duo pro occiso cervo si-  
bi mutuo irati in se ipsum impetum fa-  
cere solent. In Theogon. v. 750.

Η δὲ παταχοῦται, η δὲ διάπλειτη ἔρχεται.

Hæc quidem intrabit, illa vero foras  
egreditur. h. e. intrare solet. In ἔργοις  
v. 523.

Νυχέν καπλέξει) ἔρδοις οἴκε.

Noctū cubare solet intra domum.

Et v. 370.

Πίσσες δὲ ἄρα ὁμῶς τοῦ ἀντίστοι ἀλεπούς ἀν-  
δρας.

Credulitas pariter ac diffidentia perdere  
solet homines. Et v. 443.

Ρῦν δὲ ἀρείτο φανομένην ἐδίλουται γε θυμῷ.  
Facile vero auferre solet apparentem vo-  
lens saltem animo. Interpretes Latini:  
abstulit. Et v. 284. Ζεὺς δὲ τοις ιεροῖς ἐμπρ-  
ησε. Jupiter tum Irim mittere solet.  
Theogo. v. 7.

Ἀκεστάτῳ Εὐκάρη γοεῖς ἐπεποίηστο Κα-  
λές.

Summo in Helicone choreas ducere  
solent pulcas.

Sic & Scriptores in oratione pedibus so-  
luta loquuntur frequenter, ut & Sacri  
Marc. XIV, 12. ὅπε τὸ Πάλατον, quo  
tempore Pascha mactare solent, & XV,  
6. ἀπίλυνται solebat dimittere. Sic & Latini  
hoc tempore utuntur, hinc in versione  
retinui. Horat.

Non hic cuiquam parcer amico.  
hoc est, parcere solet. Pers. Sat. 11.

At bona pars procerum tacita liba-  
bit acerra.

hoc est, libare solet, ut bene ibi πονο-  
ματίσσαται Casaubonus, quem vide, qui  
& Hebreos hoc genere loquendi usus  
esse docet. à quo nec Græcos abhorre-  
re, quod non à quoquam antehac ob-  
servatum esse memini, hi loci Hesiodi  
argumento sunt. Aoristis quidem hanc  
vitæ inesse tralaticium est, ut & apud  
nostrum 240.

Tot-

*Toῖον δὲ ἄριστον μήδ' ἐπίγειο τῆμα Κε-  
ρίων.*

*Illi autem cœlitus magnum impor-  
tare solet malum Jupiter.*

& sœpè aliás. Theogon. v. 87.

*Ἄλφα τε τῷ μέχε νέκερος δημιουρὸς κατί-  
παντος.*

*Statim etiam magnam contentionem  
scite dirimere solet.*

v. 187. Οὐδὲ διῶρ ὅπερ εἰδότες] Imperi-  
tè Interpretes: *Neque Deorum oculam  
veriti. Verte: neque Deorum iram ve-  
riti.* Inferius v. 252. Διῶρ ὅπερ ἐκ ἀλέγο-  
τος, *Deorum animadversionem non cu-  
rantes.* Ubi iterum Interpretes sine sen-  
su: *Nullam Deorum reverentiam cu-  
rantes.* Homerus Iliad. π.

*Oἱ βίη τοῦ ἀλέγοτος σπλαντάς κείμεναι,  
Ἐκ δύοτον ἔλασσον, διῶρ ὅπερ ἐκ ἀλέγο-  
τος.*

Hic Interpretes: *Deorum rationem nul-  
lam habentes, quod ferri posset, ut apud  
Herodotum Calliope: ἔπει δημιουρος, ἔπει  
διῶρ ὅπερ ἔχεται. Neque Genitorum, ne-  
que Deorum rationem habentes.* At O-  
dus. φ. v. 29.

*Σχέτλιοι δὲ διῶρ ὅπερ γένονται εἰδὲ τρά-  
ματα.*

Interpretes rursus inscītē vertunt: *Deo-  
rum providentiam reveritus.* In omni-  
bus his locis ὅπερ est ira, poena, vindicta,  
animadversio. Hesych. ὄντος, ἴπειρος,  
ἴρησον. Item: ὅπερ, φειρόφη, φωνή. Cor-  
ruptissimè lege: ἴπειρος, ποινή. Noster  
in Theogonia, 222. de Parcis:

*Οὐδὲποτε λίγοις διὰ δενδροῦ χόριοι,  
Πειρ γ' ὑπὸ τῷ δύοτον καλῶ ὅπερ, ὃς πε-  
μάρτη.*

*Non ante deponunt Deæ gravem  
iram,*

*Quām ab illo pœnas sumserint ma-  
gnas, qui peccavit.*

Unde & Nemesis ὅπερ, & Ionicè οὖτε  
dicitur in Inscriptione Herodis Attici:

*Ητ' ἡτι ἵρα βροτῶν ἔλαστα Ραμίσιας οὖτε.*

*Quæ facinora hominum punis Rha-  
mnusias Upi.*

Ut benè emendavit & exposuit maxi-  
mus Salmasius. Quam appellationem  
Nemesis quidem δημιούρη accepit, non  
tamen hoc nomine, quod ὅπερ seu curata  
gerat rerum humanarum, sed quod ani-  
madvertat & puniat mala & improba  
audacium & insolentium hominum fa-  
cinora. Quas Nemesis partes esse ne-  
mo ignorat. Eiδότες apud Hesiodum sunt  
Φοβέρμοι. Hesych. εἰδίται, ἴροσται. v. 190.  
pro ἐξαλεπίται MS. II. ἐξαλεπάται. Male.

v. 199. Αδαράται μῷ φύλοι ἵπποι] Φύλοι  
ἐγκῶν apud Græcos Scriptores in hac no-  
tione non legitur. Itaque hic locus mihi  
mendi dudum fuit suspectus, quod  
deterret MS. II. ex quo legendum ἀλ-  
τίπη. ἕπτον fuit etiam in codice Palatino  
& conspicitur in margine Stephanianæ  
editionis. Hinc & statim φευλιπότη non  
φευλιπότης. Αδαράται φύλα sunt Dii. & sic  
vertendum, non ut vulgè: *familia Deo-  
rum.* sic superius φύλα ἀνθρώπων sunt ho-  
mines, φύλα γυναικῶν mulieres.

v. 207. Δαιμοί τοι λέλαχες] MS. I. λέ-  
λαχες. probat Tzetzes.

v. 210. Αρρεν δὲ ὁ εἰδίται] Versum  
istum & sequentem obelis suis confudit  
Aristarchus, quia brutis non convenient  
γνῶμαι, sententiae. Et mihi videtur ab-  
surdum. Επιμέδια enim à λογοτεχνοῖς so-  
lent addi. Itaque jam olim persuasum  
mihi fuit accuratiū de hoc loco cogit-  
tanti ab antiquissimis temporibus hos  
versus laborare trajectione, qui sic resti-  
tuendi sint suo ordini:

*Δεῖπνον δὲ αὐτὸν διέλατο πεινόμενοι, οὐ μεδίον.*

*Ως ἤρετοι ἀκυπτίτης ἴρηξ πανούστητος ὄφης.*

*Αρρεν δὲ ὁ εἰδίται φεύλες κρίσιοντας ἀντι-  
φεύλον,*

*Νίκης τε στέρεται, πειθεὶς τὸν αὐτοχθόνον ἀλγες πάγεται.*

In hac opinione me confirmavit Manu-  
scriptus prior Vossianus, in quo idem  
ordo servatur, nisi quod sequens versus  
Ω πέρον, οὐ δὲ ὁ εἰδίται διέλει πολὺ πρæcedat  
δημιούρην. Sic enim ille liber, recens qui-  
dem, sed ex optimo exemplari descri-  
ptus hos versus digerit:

Ως ἔρετ' ὀκτωπέντες ἵρης πανούπλερος ὄργισ,  
Ω Πίρον, σὺ δὲ ἄκτις δίκιος μηδὲ ὕβειρ ἡ  
φελτ.

Ἄρρων δὲ τὸ καὶ ιδέας, &c.

Tzetzes totam hujus fabulæ, quæ eodem  
ordine in exemplaribus ejus tunc descri-  
pta erat, ut nunc in nostris, σώταξιν da-

mnat, non verborum, quasi aliquid σί-  
λοκος, aut σολοκοφαῖς h̄c sic commissum,  
ut viri docti ceperunt, sed sententiae &  
totius orationis, quæ non videtur com-  
modè cohærere. Hinc & ipse versus  
alio locat ordine, quām quem vulgo te-  
nent. Vide ejus commentarium.

### C A P U T XIII.

Εὐθὺς. Bonus. Δαιλὸς. Hesiodus ter explicatur. Ιδεῖας νέμεται. Εὔ-  
λάσσων. Ερρετός θελίνης. Hesiodus quater emendatus. Απαρτεῖ. Επα-  
ρεῖν Βασιλῆς, ἀνδρὸς, κακοφράφιας. Interpretum Homeri & Hesiodi  
aliquot errata. Κυδὸς. Ονομάζεται δίκιος. Πεπηρός. Hesiodi non in-  
tellecto loco lux. Δίκαια. Αληθεία. Βλάπτειν δίκιος. Versus Hesiodi  
supposititius indicatus.

v. 214. Τοιούτοις γὰρ τοιαῦται δειλῷ βεστῷ.  
ἰδίῳ μὲν ιδέας Ρηῖδιος φέρεται  
διώσαντος] Εὐθὺς, ut recte videt Plutarchus  
hoc loco est ὁ τῇ πάχῃ τῷ τῇ δικαιοι φέρ-  
γετο, potens, nobilis, dives, ut, apud La-  
tinos, bonus. Flor. I. 7. Ipse in senatum  
cædibus, in omnes superbia, que crude-  
litate gravior est bonis, grassatus. Plaut.  
Curc. IV, 1, 14. In foro infimo boni bo-  
mines atque divites ambulant. Cic. IX,  
ad Att. 12. Εὐθύνεις ludos parant? viri  
boni usuras perscribunt. Apud quem in-  
finita sunt ferè exempla. Δαιλὸς contra  
est tenuis, inops. Glossæ MSS. Vossii,  
& Græci magistri Δαιλός, ἀγαθή, ἀδικεστέρη.  
Hunc sensum esse hujus loci ex præce-  
dente fabula quoque intelligitur. In ver-  
su antecedente ἄκτις δίκιος est obtempera  
justitiae, sequere iustum. Inferius v. 273.  
ἴσακάτιον δίκιος.

v. 219. Αὐτίκα γδὲ τέχει] Hunc Versum  
optimè ὁ πάτερ interpretatur. Significat  
enim Hesiodus religionem jurisjurandi,  
qua se judges obstringunt, violari, si-  
mul ambitioni subscribunt aut gratiæ,  
aut largitionibus corrumpuntur; hanc

verd lœsam fidem sacramenti sequi pœ-  
nam perjuris debitam. Nam versu se-  
quente ἀλοχόδιον est ἀγοράντης βιαῖος, οὐκ  
βίᾳ, jus quod aut gratiâ inflectitur, aut  
potentiâ perfringitur, aut pecuniâ adul-  
teratur, & violenter opprimitur, ut Cic.  
inquit.

v. 222. Ηδῖα λαῶν] Stultissimè Inter-  
pretes: *mores populi*. Ηδῖα h̄c sunt άγ-  
ρεσσα, πότη, vici, domus, sedes populi qui  
tales injustos habent magistratus, v. 525.  
Ἐτ τὸ πότηρ οἶκον γέ τὸ ιδίον λευγάλεων.  
In frigida domo, & in cædibus tristi-  
bus.

Nihil tritus.

v. 224. Καὶ οὐκ ιδῖας ἔντειμα] Ridiculè  
Interpretes: neque recte distribuunt.  
Ιδῖας νέμεται Aristoteli V. Ethic. est δίκαια  
νέμεται, jus reddere, in sequente versu,  
δίκαια ιδίαι ιδίαι. rectam ferre senten-  
tiam. Optimè hunc locum interpreta-  
tur Eustathius ad Iliad. 4.

Εἰδούσι τοιούτοις αὐτοῖς δικίοις, καὶ μὲν οὐ πάντα  
τοιούτοις  
Άλλοι ιδιότερον δικαιόν· ιδῖα γδὲ ἔσται.  
Age ipse judicabo τοιούτοις οὐταντούτοις  
Repre-

*Reprobensurum Graecorum. rectum  
erit judicium.*

Ubi Eustathius notat ad idem subintelligi δίκη. Τὸ δὲ ἡδῖα ἐλεγόντων τῷ αὐτῷ ἔργοις: Εἰληφεις γὰρ κοινῶς τὸ δίκαιον ὄνομα λέγεται δημόσιον ἔργον. εἰς δὲ οὐρανίους τὸ τοιούτος λέξιος χρέωμα τὸ θεῖον ἔνομα, τὸν τοιοῦτον οὐρανόν δίκην. In hoc versu degitur in utroque MSto οἱ τοιούτου λέξιοι pro ἔργον. Optimè. Hom. Iliad. π.

Oἱ δὲ τοιούτου σκολιάς κείμενα δέμασι,  
Ἐκ δὲ δίκης ἐλέσθαι, δίκης ἔπει τὸ ἀλέγοντες.

v. 231. Θελίς δὲ μαμάληται ἦργα νέμονται]

Hic verò mirificè Interpretes: *In convivis autem partis opibus fruuntur.* Unde hanc versionem excusplerint, quid viderint, legerintque ego quidem expulare nullus possum. Quid enim à Poëta verbis comminisci poterant remotius? ubi partarum opum mentio? Hinc non immerito olim à viris doctis hæc versio fuit improbata. Sed nec hi, quod pace illorum dixerim, plus viderunt. Volunt θελίς μαμάληται per idiotismum Poëtis familiarem θελίς, legendumque θελίς μαμάληται ac vertendum fructus colligunt florentes. Hæc quidem eruditionis & acuminis specie blandiuntur, sed revera à Graecæ lingua indole abhorrent & mente Poëtae. Sensus est simplicissimus per θελίς μαμάληται ἦργα intelligi ipsa convivia, sicut ἦργα Αρεοῦ sunt σωματια, ἦργα Αρηοῦ bella: seu opera pertinentia ad convivia, quæ grata sunt convivis. θελίς μαμάληται ἦργα νέμονται, exercent opera grata convivis est id ipsum quod superius dixerat τέρποντι θελίς, convivia celebrant. Némidem θελίς ut apud Pindarum νέμεσις αἰώνα. Δέκχοντι νέμονται αἰώνα, hoc est, Αἴγυσθι, ut scholia antiqua exponunt. Superius apud nostrum v. 119. Oἱ δὲ θελίς Ησυχεις ἦργα νέμονται οὐδεὶς τούτοις. Illi verò pro arbitrio Tranquillires suas curabant cum bonis multis, siue vivebant sine curis. Ubi itidem malè Interpretes: *Ipsique ultro Quietis partis fruēbantur.* Nimirum, qui justitiam co-

lunt, illos Poëta affirmat, aureæ ætatis hominibus similem vitam agere, in perpetuo gaudio sine curis & moerore. Hinc & addit illos non currere per maria & undas, sed contentos cœnis terrestribus, & post quas non lavanda sunt manus, & quos humus fert fructibus pasci, æquè ut illi beati seculi mortales. Proclus sic hunc locum intellexit: homines justos vivere semper in conviviis, & in iis age-re opera ad agriculturam pertineantia. In MS. I. legitur θελίς. In 2. θελίς, in ca-su secundo. In praecedente versu liber I. ιδιόκηντος.

v. 233. Αχρι μή τοι φέρει βαλάνες, μάστιχας] MS. I. ἀχρη, μάστη. Videtur Tzetzes hanc lectionem agnoscisse, qui exponit τὸ ἀχρη, τὸ μάστη. Vulgata tamen lectione melior. v. 237. pro νέμονται MS. I. νέμονται.

v. 240. Πολλάκις καὶ ξύμπαντος πάλιος κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ] MS. I. ἀπίκη. Sic legit Aeschines oratione contra Cresiphontem, Tzetzes, antiquus Scholiastes Pindari ad Pythionic. 111. Eustathius ad Iliad. a. cuius verba sunt: ἵνα λέγην σωμάτων καὶ τοφίων, πάρτες ἐπαύρεται βασιλέας τέτες κακοῦ, κατὰ τὸ,

Πολλάκις καὶ ξύμπαντος πάλιος κακοῦ ἀνδρὸς ἀπίκη:

Ἔτα δέ οὐ πότε ἐπαυρεῖ τάντον ὃν τοῦ Ομηρικοῦ ἐπαυρεῖ, διὸ καλῶς ἡ αὐτῆν ἐρμανία. Apud Hesiódum, inquit, ἐπαυρεῖ eamdem vim habet quam apud Homerum ἐπαυρεῖ. Ecquis dubitet Hesiódum scripsiisse ἀπίκη, quod postea scioli moti vocis insolentia in hac notione mutaront? Επαυρεῖ enim pro λόγιοις poenas dare, damno affici frequenter apud Homerum aliosque legerant, sed ἐπαυρεῖ in hac significatione non nisi in hoc Hesiodi loco, nisi me fugit memoria, reperitur. Alioquin pro ἐπαυρεῖ & apud Homerum & apud nostrum sibiū legitur. Non dubitavi reddere suam lectionem Hesiodo fundatam tot antiquorum Scriptorum auctoritate, quamvis editi libri repugnant omnes.

Ceter-

Ceterum verba illa Homeri, ad quæ Eu-  
stathii scholion laudavimus, Iliad.  $\alpha$ ,  $\tau\alpha$   
 $\mu\alpha\tau\epsilon\tau\alpha\pi\sigma\tau\delta$   $\beta\alpha\sigma\tau\alpha\pi\sigma\tau$ , Latini Interpre-  
tes transtulerunt: *ut omnes fruantur re-  
ge.* poterantne insulsius?  $\beta\alpha\pi\alpha\pi\tau\alpha\pi\tau\alpha\pi\sigma\tau$   $\beta\alpha\sigma\tau\alpha\pi\sigma\tau$  est plectantur propter regem, luant  
regis stultitiam. Nec melius. Iliad.  $\zeta$ .

Tέτρῳ δ' ἔτι ἀπὸ τοῦ φράσεις ἐπιπλέοντος ἡδὸν  
ἀπόκατανον.

Εἰσοντος τῷ καὶ μητὶ ἐπαυγένοντα δίαι.

Huius enim neque animus constans  
est, neque in posterum

Erit; idcirco ipsum pœnas daturum  
puto.

Sic vertendi hi versus. Iliad.  $\sigma$ .

Οὐ μάτιον οἴδεν εἰ τε χρονοῖς αἰλυγεῖν  
Πράτη ἐπαύγενα.

Nescio an non infidiarum infelictum  
Prima pœnas luas.

Similiter peccarunt Latini Interpretes  
inferius apud Hesiodum v. 419. Πλεῖον γέ-  
νοντος ἐπαυρῆ, hoc est, *magis autem no-*  
*cte laborat*, subintelligitur hinc *χριμάτο-*  
*τῶν* καμάτων *ἐπαυρῆ* majores capit labo-  
res. Illi ineptè: *magis autem nocte*  
*fruitur.* Απαυρέν, & *ἐπαυρῆ* βασιλῆ, ἄν-  
δρος, ψυχοφρεπίας, sunt loquutiones concisæ,  
in quibus subintelligitur κακὸν & ἐκ, aut  
ἔντεκτον, ut integra sint *ἐπαυρῆ* κακὸν ἔντεκτον  
βασιλῆ, ἐκ ψυχοφρεπίας. sancè κακὸν additur  
Οὐνος. σ.

Μάτη τοι κακὸν μὲν γένος ἐπαυρῆς.

Ne majus malum capias. Sic & *ἐπαυρ-*  
*δαι* ἀγαδόν apud Andocidem. Similiter  
inferius Theog. v. 882. κείνοις πράσαν sc.  
ἔντεκτον certare de honoribus. Tales ellip-  
ses Græcis Scriptoribus tam qui soluta,  
quām qui pedibus constricta utuntur ora-  
tione, non sunt infrequentes.

v. 248. Καταφράξεις ἢ αὐτοὶ πλάνη δίκην]  
Est, *Considerate* & *ipse* hanc pœnam,  
quæ injustis magistratibus & iniquis in-  
fligitur hominibus. Respicit enim ad il-  
lam δίκην, de qua paucis abhinc versibus  
egerat:

Tois γέ δίκιοις Κερίδης τεκμαιρεται τερψόντα  
Zeus.

sancè quām inficeret Latini Interpretes  
hīc: *Considerate hanc justitiam.*

v. 256. Σκολιὸς ὄντος] Orotūσαν Eu-  
stathius exponit μεμβρινον. Hesych. *ι-*  
*καυκίζων*, *ικείσαντος*. Proclus *θεοχεράπεπλον*, ut  
apud Cic. adulterare pecunia jus. quod  
qui faciunt contumelia Deum afficiunt.  
Paulidante παρελάνειν δίκαιος Cic. est *infler-*  
*tere jus gratiā.*

v. 257. Κυδὺν τὸν αἰδοῖν] MS. II. κυδρή,  
& Proclus: Λότον κυδρός, inquit, γένεται  
κυδρός, τῇ κυδρῇ, ὃς λότος τὸν ἐχθρὸν ἐχεῖρός. Sic  
& Etymol. Magni auctor & Hesychius:  
κυδρή, ἔνθετος, σεμνή, πώμα, ὄντης. Hom.  
Δίας κυδρὴ παρέκοπτε. Κυδύδης nihil vox est.  
Restitui hanc vocem κυδρός inferius He-  
siode in Theogon. v. 318, & 442. Vide  
& Hom. Iliad. σ. v. 184, & Od. λ. v. 579.

v. 260. Απαδελίας βασιλέων] Uterque  
MS. Vossianus, Palatinus, editio Ilin-  
grini: βασιλίαν probante Tzetze, qui ait  
λα & αρ coalescere in unam longam.

v. 265. Pro οἱ αἰτίᾳ MS. I, οἱ Σ' αἰτίᾳ.

v. 267. Πάντα ίδειν Δίας ἄρθραμος] Hunc  
cum sequentibus sex versibus expungit  
Plutarchus. vide Proclum.

v. 273. Δία παρπλέγαμον] MS. I. Δία  
μποβεία. Glossa MS. βιλευκτικόν.

v. 277. Οἰανοῦς πτενοῦς] Uterque Co-  
dex Vossianus: πτενοῦς. Sic etiam Mo-  
schopuliani codices: πτενίων, inquit,  
πτενίκων, κοινῶν γέ πτενίων τῇ πτενεύτῃ. Apud  
Porphyrium de abstinentia, ubi hos ver-  
sus laudat, animalium, extat quoque  
πτενοῦς.

v. 280. Εἰ γάρ τοι καὶ δίκην τὰ δίκαια ἄγο-  
γετεν Γινδοχανον] Nec Græci nec Latini In-  
terpretes hunc locum ceperunt. δίκαια  
non sunt justa, quod omnes existimant,  
sed ἀληθή vera ut ex ἀριθμητοῖς patet. Ve-  
rum autem pro justo, & justum pro ve-  
ro in utraque lingua frequens esse in  
tanta litterarum luce multis docere put-  
tidum est. Priscianus lib. XVIII. *Justum*  
*pro vero* & *verum pro justo* frequen-  
ter tam nos quām Attici ponimus. In-  
ferius 768. ἀληθεία pro justitia:

*Εὐτὸν δὲ αὐτοῖς λαοὶ κείμενοι ἔγουσιν.*

*Cum in rebus agendis populus est occupatus. in jure dicendo. νέον ἀδίκησις est, res agere, jus dicere. Hinc & in sacris μαρτυρᾶς τῆς ἀδίκησις, & μαρτυρᾶς ἀδίκησις, sunt opes non veræ, fluxæ nimirum & hæ caducæ, quæ opponuntur μαρτυρᾶς ἀληθεῖα, opibus veris, divinis scilicet. Sanè ἀδίκησις in sacris litteris nonnumquam est mendacium. Joann. VII, 18. 1 Cor. XIII, 6. Sic & apud Latinos *veritas* pro *justitia*. Cic. XIII. ad Fam. 57. *Ut suum negotium babeat cum populo Sardiano, pro causa veritate, & pro sua dignitate conficiat.* Pro Cælio: *Evidem vos ducam à testibus, neque hujus veritatem judicii, quæ mutari nullo modo potest, in voluntate testimoniū collocari sinam.* Alia quamvis multa notarunt viri docti, præcipue Joan. Frid. Gronovius ad Senecam & Tacitum. Et in lingua Hebræa, Syra, & Arabica una eademque voce *justitiam* & *veritatem* denotari præclarè docuit vir insignis Ludovicus de Dieu.*

v. 283. *Ἐν δέ τοι βράχοις] Βλάπτειν δί-  
καιον est hīc justitiam impedire, falsum scilicet testimonium perhibendo; impedire ne judices possint secundum illum dare, à quo jus & fas stat. Sic βλάπτειν apud Homer. Odys. N.*

*Αὐτὸς ἡρός δέ μοι τούτοις ζυγίᾳ, μή ποτε ἵταπει  
βλάπτειν διανούστω, ὅπερες καρχηδόνας ἐπι-  
μοῖς.*

*Ipse ruit per navem sub transbris ne  
aliquem sociorum  
Impediret propellentium navem,  
quia properabant, remis.*

Utrobique Latini Interpretes male: *le-  
derent.* Apud Poëtam hunc, alibi quoque hujus significationis *βλάπτειν* occur-  
runt exempla.

v. 288. *Οὐλύν πέπεις] Plato II. de  
Rep. & Xenophon II. Απομνημ. legunt  
λαίην, optimè.*

v. 291. *Εἰς ἄκρην ἵκεται] Hunc locum  
miror inquinatum etiam nunc in omni-*

bus circumferri editionibus, quum pri-  
dem sit emaculatus ab Heinsio, Scalige-  
ro, Meursio, qui *τίκναι legendum esse præ-  
ceperunt*, ut omnes veteres Interpretes  
qui explicant *ἄληθην*. Sed jam olim Eras-  
mus in adagiorum farragine rectam le-  
ctionem proposuerat, & in versione se-  
cutoris erat. Lucianus in *τικνομαρτεῖα* ver-  
sus Hesiodi vocat *πάρδην εἰς* celebres &  
omnibus notos. Hunc locum pulcrè imi-  
tatur Silius Italicus, ubi Virtus sic allo-  
quitur Scipionem dubium animi, virtu-  
tine se dederet, an voluptati.

*Ardua saxo perducit semita clivo,  
Aspera principio, nec enim mibi fal-  
lere mos est,  
Prosequitur labor ad nitendum in-  
trare volenti.*

Vide quoque Catalecta Virgilii de litte-  
ra Pythagoræ.

v. 293. *Οτιδέ τοι μήτε νόοι] Hæc in-  
epta lectio omnes foedavit editos libros.  
Antiquam tamen & veram nobis serva-  
vit Aristoteles I. Ethic. ad Nicom. cap.  
4 Clemens Alexandrinus III. Pædagog.  
cap. 8. Aristides in *λόγῳ περὶ τῶν πατέρων*,  
Plutarchus aliquique, qui & hīc pro *ωτίῳ*  
legunt *ωτίς*, & v. 296. *Οτιδέ τοι μήτε ωτίς  
νόοι.* Et Zeno in sua imitatione:*

*Κοίνος δὲ παράδειγμας δε τοι διαφόρην πάθη,*  
*Εδάφος δ' αὐτοῖς κακήν τοι διαφέρει.*

Sic enim isti versus leguntur, apud Dio-  
genem Laertium. Hos tantos autores  
qui non sequitur, næ ille miser iratis  
Musis natus est. Et licet absque his es-  
set, ipsa tamen Græcæ linguae indoles  
facile non oscitantem lectorum deprava-  
tionis, quæ nostras editiones contami-  
nat, admoneret.

v. 294. *Φραστράθη τὰ κατητα] Non  
agnoscitur hic versus ab omnibus illis  
antiquissimis Scriptoribus, quos hoc lo-  
co uulos esse diximus, nisi ab Aristotele.  
In vetustis tamen codicibus fertur desi-  
derari. Sanè nec Eustратius qui reliquos  
exponit, hujus meminit, ut & alii prisci  
Aristotelis Interpretes. Nec Latinis fuit  
cogni-*

cognitus, qui hunc locum in sua trans-  
tulerunt scripta. Liv. 32. Sæpè ego au-  
divi milites cum primum esse virum,  
qui ipse consulat quid in rem sit: se-  
cundum eum qui bñè monenti obediat:  
qui nec ipse consulere nec alteri parere  
sciat. esse extremi ingenii. Cic. in Cluen-  
tiana: Sapientissimum esse dicunt eum,  
cui quod opus sit veniat in mensem:

*proximè accedere illum, qui alterius bēnē inventis obtemperet.* Hesiodi tamen Græci Interpretes in suis libris illum invenerunt, ut ipsorum declarant explicatiōnes. Hinc verò apparet non heri aut nudius tertius, sed ante multa sēcula hunc versum esse Hesiodo subiectum. Suppositiū enim esse & Poëtā indignum ego quidem nullus dubito.

C H A P. XIV.

Hesiodi insignis locus explicatus contra omnium Interpretum sententiam. Εν θυμῷ βάλλεισθαι. Ακέντ. Μέτρη ἔρχεται. Hesiodo & Theocrito lux. Μέτρης λίγενται. Μέτρης Θεοῦ. Commodus. Epitaphium Hesiodi, quod Pindaro tribuitur, emaculatur. Μέτρη σφίντης. Hesiodus sæpè expositus, aliquoties emendatus & ab Interpretum inscitia vindicatus. Οὐαῖς, καταπέπει. Tzetzes emendatus. Καὶ Εὔη. Αλιστρίνει. Γέρεος ψόδος.

v. 295. **M**ΗΤ ἄκεν τὸν θυμῷ βάλλω  
ται] Ex versione Latina &  
Interpretibus Græcis hujus loci sensum  
nemo eruat. **Quid enim est?** **Nēque al-**  
**lium audiens id in animum admittat.**  
Notissimus Hellenismus omnes fugit. Α-  
κέν τὸν θυμῷ βάλλω, est ἄκεν τὸν θυμῷ βά-  
λλω. **nēque alii parere in animum indu-**  
**cet.** Er θυμῷ βάλλως est in animum indu-  
cere, ut βελτιώτερος εἰς τὸν apud Chrysostomum  
qui in animum induxit, & ut face-  
ret consilium cepit, ut eleganter notavit  
vir magnus Gu. Budæus, quem tamen  
miror in eodem loco hunc Hesiodi ver-  
sum exponere: **nec cùm ab alio audiverit**  
**animadvertisit & in memoria versat.** Sed  
ἄκεν h̄c esse parere, obsequi, dicto au-  
dientem esse, ut sāpē, & ex sensu verbo-  
rum & interpretatione Livii, qui **alii pa-**  
**rere sciat** exposuit, facile erat animad-  
verttere. In eundem impegerunt lapidem  
Interpretes inferiū v. 299.

— Ein neuer Weg

*Hn̄ t̄nos c̄m̄s d̄ndūmor, n̄s x̄ īḡc̄s.  
Si autem c̄epris aut verbum aliquod dicere ingratum, aut facere. vulgo vertunt: h̄ c̄epris locutus, faciens.*

v. 300. Εὐσέπαρος Δημοσῆτηρ] Græci magistri nescio quas comminiscuntur ineptias cur Ceres iūstiparos dicatur, quas excutere non est opera. An hoc ulli Poëtæ Interpreti potest obscurum esse, Cereri dedicari coronas spiceas, & illis semper ornatam eam Divam conspici? Nummus aureus.



Vide & argenteum apud Fulv. Ursinum  
in familia Cassia. Ovid.

FeRa

*Festa pia Cereris celebrabant annue  
matres,  
Illa, quibus nivea velata corpore  
veste  
Primitias frugum dant spicæ ferta  
suarum.*

Idem in Amor.

*Flava Ceres tennes spicis redimic  
capillos.*

Tibullus:

*Flava Ceres tibi sit nostro de rara  
corona  
Spicæ, quæ templi pendas ante  
fores.*

Horat. carm. saeculari:

*Fertilis frugum pecorisque tellus  
Spicæ donet Cererem corona.*

v. 304. Ιεροὶ ὄρμην] Malui similis cupiditate, quam cum Interpretibus fludio. Tzetzes ἤγαντι exponit. Hesych. οὐρα, πύρα, ἀνθυπα. Κάρυπτη est vocula ψυχῆς, de cuius expositione varia vide Proclum. Hesych. Κάρυπτης, ἄργης, ἔκτηντης. Eadem Phavorinus, & addit: κάρυπτη η ἐκέπτης η ἐκτηντης.

v. 306. Σοὶ δὲ ἡρα φίλ' οἴστι μίτρα κορυφῆν] Verte: *Tibi vero curæ sit opera decentia curare.* ἡρα μίτρα sunt, ut benè Scholiastes Vossianus, ἡρα στένωτα, sive, ut Tzetzes, μὴ ἀπτεῖν. Monet fratrem ne otii ac ignavie blanditiis malis rebus & operibus animorum applicet, & cupiditate auferatur alieni laboris fructus intercipiendo, ut fuci illi qui miserorum sudore & laboribus pascentur, sed potius in talibus occupetur operibus quæ se virosque bonos decent. Hæc sunt μίτραι ἡρα quæ opponit ἡρησις ἀργαντη. Μήτραι esse μήτραι, ἡρησις in animum equidem ego inducere non possum, quum potius veteribus Criticis sit μηρός. Hesych. μίτραι, μηροί, μηροπαδίς, μηρά πάχον. Apud Platonem verò μήτραι λέγεται est convenienter loqui, commodè dicere & pro rei dignitate, quæ maximè ad rem faciunt, ut apud Thucydidem lib. 2. Χαλκητη γένος τι μήτραι εἰσίν, οὐ δέ μήτραι η μήτραι εἰσίν.

carmen apud Catonem: *Mars pater te precor, que soque uti tu fruges, frumenta, uirgulta, vineta grandire beneque evenire sis.* Accius Meleagro: *Fruges prohibet pergrandescere.* Hinc grandia frumenta apud Virgil. IV. En. v. 405.

— pars grandia trudunt

*Obnixa frumenta bumeris.*

& apud alium Poëtam *grandia farra.* Contra *vegrandia farra* apud Ovid. III. Fastor.

— *vegrandia farra coloni  
Que male creverunt, vescaque par-  
ue vocant.*

v. 468. Ορφανα βοῶν έτι νῦται ίκναι] Legendum puto: *ικναι.* *Temonem tergis boum immittas, ferias temone terga.*

### C A P U T XVIII.

Hesiodus ter emendatur, semel Proclus. Μίσασον, μίσασαν. Pollux emaculatus. Εὐθυμοσιή, κακοθυμοσιή. Βίότιο αἰρέμαθος. Εύοχθέων. Ηελία τροπαὶ bruma. Hesiodi locus non intellectus adhuc exponitur. Ημέρων ἀμάν. Κάτεδρη. Sedere. Desidere. Ούχιδος. Χαλκίος Θάνατος. Λέσχα. Stationes. Atheniensium Garrulitas & nimium novarum rerum studium. Λερῶν multitudo Athenis. περιστρέψει κακά. Δεινόντα. Ostendere. Μεμική γαῖα. Orpheus emendatus. Καλιά.

v. 469. ΕΝδρος ἐλκόττας μεσάνῳ] Lege ex utroque MS. μεσάνων. Jam olim de lectione hujus loci incertos animi fuisse viros eruditos, qui in hoc Scriptore non negligenter sunt versati, Proclus ostendit, qui utramque lectio nem affert & exponit. Vulgatam ut tueatur ibi vide. De hoc nostra sic dis putat: Ελκόττας μεσάνῳ] (sic lege ex MS. Gudii, vulgo malè μεσάνῳ) τὰ μέσασα μεσάνων, λέγονται οὐ αἱ τῷ ζυγῷ γλυφαῖ. Καὶ οἱ Καλλίμαχος μέσασα βέσσανον. Ελκόττας οὐ βοῶν τὸ ἔρδρον οὐ μεσάνων, τῷ ζυγῷ εἰς τῷ

αἱ γλυφαῖ, εἴδει οἱ αὐχένες οὐ βοῶν Νίκηται. Sed melior hoc loco Tzetzes: Εὔχει τῷ χθονίῳ ειμαρμένη ὅταν ἄρξῃ ἀργεστεῖς, καὶ οἱ λάβει τοῦ ζυγοῦ ἔλκων τῷ ζυγῷ μελοτόν οὐ βοῶν πινεύματον. *Precare terrefrem Providentiam cum inceperis arare, δῷ lora jugi traxerint temonem, bobus scilicet motventibus.* Est enim μέσασον & μέσασα lororum quo boves alligantur temoni. Pollux I, 13: Ο πλατύς ιμάς ο τῷ ζυγῷ περιπατητήθυντος ἐχέσοντο, καὶ μέσασα, καὶ μέσασον (sic lege ex MS.) καλέσται. καταπαυσάντος οὐ αὐτον οὐτας πηγειλῶντο εἰς τῷ ζυγῷ τείνομα,

ταρπίδες ξυλίνην ἵκελαντες ἡ καλοῖται ἔμβρον ἢ ἴσθρον. *Lorum latum jugo adnatum vocatur ἵξελον, & μάστον, & μάστον, quo utuntur cum in jugi foremen immis- tunt paxillum lignum, quem ἔμβρον aut ἴσθρον vocant.* Valde appositè ad hunc locum. Sanè ἴσθρον Proclus quoque spūrōν παταλίονον quernum paxillum exponit, qui infigitur foramini jugorum ne lora, quae temonem trahunt & boves illi alligant, excidant. Plerisque tamen est ipse ἴσθρος, seu ἔμβρος. Sed, puto, σωτισθήσθαι, ut postea temo pro ipso arato.

v. 472. Εὐθημούσιν γένεσιν ] Uterque codex ἀνημοσιή, sicut & sequente versu ταρπίδημοσιή, qui tamen non sunt sequendi. Nec Latini Interpretes, qui imperitissimè vertunt *industria*, & *ignavia*. Diu est quodd non solum Proclus, sed viri etiam nostræ ætatis doctissimi clamatint, ἀνημοσιή esse concessionam rerum dispositionem, cum omnia rectè & ordine geruntur & collocantur; ταρπίδημοσιή verò ordinem confusum, cum res male digeruntur, nihil via & ratione agitur, nihil loco sit. ἀνημοσιή, qui omnia bene & ordine disponunt. *Æschylus Choëphoris:*

*Δημοσίη γυναικες δωρίσσονται ταρπίδημοσιή.*

*Ancilla domum ordinantes.*

Scholiastes antiquus: Τέτ' οὖτις ιαρπίδημοσιή τῇ πόσιον τῷ καὶ τῷ οἴκῳ. Vide viri sine dubitatione doctissimi P. Leopardi E-mendat. lib. V. cap. 2. In eodem versu in MS. I. legitur *ταρπίδημοσιή καταχρίσθων*.

v. 476. Βάθυνο ἐρυθρόν ] Si Moschopuli interpretatio accipienda legendum ἐρυθρόν. Tradit enim Hesiodo positum esse pro ἐρυθρόν. Idque esse abundanter, ab ἵρη γοδ significet copiam dicitarum, per translationem à stomacho petitatam, qui non ructet nisi cibo sit repletus. Sed hæc perquam dura est translatio & inconcinna. MS. Vossianus legit *βάθυνο αἰρυθρόν, νικηνον frumentum.* Quæ quia vera Hesiodi lectio sit nullus dubi-

to. Est construcio Attica, ut ἵρη τῷ ἄρτῃ, qua lectionem vulgatam etiam tueretur Moschopulus. Videtur confirmare Proclus, qui ἡ πόση ἕξες καρπὸς, sicut & Tzetzes, qui μεταλαμβάνοντα τὸ βίβλον τῷ ἄρτῳ exponit, quamvis apud hos etiam legatur ἐρυθρόν.

v. 477. Εὐοχής ] Repone ex Proclo, Moschopulo, Eustathio, & antiquioribus nonnullis editionibus, ἀνωχθέν, bene instructus cibis. Vedit & D. Heinlius & Isaacus Casaubonus ad Athenæum.

v. 479. Εἰ Ν καν ἀνέσιο τροπᾶς ἀρέψ ] Per ἀνέσιο τροπᾶς hic intelligi χριστεῖς liquid constat. Vertendum ego: *si brumis araveris.* Cic. II. de Nat. Deorum c. 7. *Solis accessus discessusque solsticiis brumisque cognosci.* Veteres solsticium æstivum κατ' ἑρχήλα solsticium dicunt: quod verò vulgo hibernum solsticium appellatur, melioris ætatis Scriptores appellant *brumam*.

v. 480. Ημένος ἀμῆτος ] Ημένος ἀμῆτος non est, quod omnes Græci Latinique volunt, sedere in metendo propter culmorum raritatem & brevitatem. Non vidi Interpretem, qui hunc locum intellexerit. Ημένος ἀμῆτος est tempore mesfisi, cum alii occupantur & exercentur in demetendis & congerendis frugibus, otiosum esse, nihil habere quod agas, quia ager nulos tulit fructus ob serotinam arationem. Græcis enim & Latinis sedere est otiosum esse. Demost. Philipp. II. πολὺ γένεσις ἀπορεῖται τῷ τοῦ θεοῦ τῷ Θεῷ τοῦτον ἔχει οὐκέτι ἰστορίαν ἀλλ' οἷμα κατιζεῖται ἀπὸ ποιεῖται. Plures occasiones rei bene gerendæ se nobis offerunt quam Philippo, quæ sunt significationes benevolentiae Deorum erga nos. sed sedemus, ut video, nihil molientes. Non longè post: Τέτ' μὲν ἀλλὰς συνάντητε πολλάκις πάτηται, τοῦτο οὐκέτι μόνον, τὰ δὲ ὅμοια πάτηται πολλάκις καταλαβότες καθηδεῖ. Alios plerunque universos ac singulos conservasti, nunc amissis vestris sedetis. Bacchylides: οἱ δέ περι τὴν εἶδον ἀγαθῶν. Non est seden-

*sedendi tempus & cunctandi. pro quo Homerus ἔχει εἰδε, non est sedendi tempus.* Iliad. 6.

— Hōdēr γένος

Θέσσαλος τοῦ οἴκου μάχην ἐλίκωτες Αχαιοί·  
Αχαλέων δὲ οἴκη καθημόντοι, οὐδὲ σύντοι.  
Ιχθυς ἐπορθήτες πολέμου βασιλεὺς Αχαιῶν.

*Mane autem committent pugnare circa urbem nigris oculis Græci. Hi enim indignantur sedentes, neque possunt continere cupidos pugnandi Græcorum reges.* Cic. pro Rosc. *Cum jam proscriptionis mentio nulla fieret, cum etiam si qui antea proscripti erant, sedent, nomen referatur in tabulas S. Rosci. Id. in Pison. An potest ulla esse excusatio non dicam male sententi, sed sedenti, dormienti in maximo reipublicæ metu consuli?* In Verr. *Quid sedes Verres? quid spectas?* Lib. XVI. epist. ad Fam. 3. *Iis enim ventis istib[us]c navigatur, qui si essent, nos Corcyrae non sedemus.* Sic & desidere, & residere: hunc deses, reses, desidia. Terent. *Frustra ubi totum desedi diem.* Sueton. Jul. *A quo ad arcessendam classem in Bythiniam missus, desedit apud Nicomedem.*

v. 485. Εἰ δὲ καὶ δι' αἰγῶν] MS. I. δρόσεις.

v. 490. Οὐτοι καὶ διφύτης φευγεῖται ιονοφείζοι] MS. I. φευγεῖται ιονοφείζοι. MS. II. ιονοφείζει. Scribendum, ιονοφείζοι quod & Guietus monuit.

v. 493. Πλὴ δὲ ιδιούχον δῶκον] Interpretes: *Præteri autem anciam sedem. sed vertendum: officinam ærarium, seu ferrariam quæ omnibus patebant, in quibus solebant pauperes confabulari, quin & dormire.* Homerus Odyss. 6. vocat χαλκῖον σ্বον, ubi Melantho ad Ulyssem, quem pro mendico habebat:

Οὐδὲ ιδεῖεις εὑδεῖς χαλκῖον οὐ σ্বον ἴνδον  
Ηέ τοι τοι λέγειν.

*Non vis cubitum ire in fabri ferrarii officinam, aut aliquam tabernam. Vide ibi Eustath. Θῶκος enim hīc idem est*

quod θῶκος, officina, taberna, locus ubi commoraruntur. Noster alibi:

Ἐλγεῖν ἢ αἰτεῖν δώκεις οὐτὸν καῖτον.

*Fuge opacas domos & matusinum somnum.* Hinc δῶκειν est commorari in aliquo loco. Hesych. δῶκει, καίντια, θμαλῆ. Λέχει sunt porticus, basilicæ, tabernæ, aliaque loca publica in quibus otiosi confabulandi causâ conveniebant.

Lati[ni] vocant stationes. Plin. II, ep. 9. *Prenso amicos, supplico, ambo domos, stationesque circumeo.* Sueton. Neron. 37. *Salvidieno Orfito objectum est quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasset.* Posterioribus temporibus scholas dixerunt, ut multis docet Vir summus, Thomas Reinesius ep. 36. ad Rupertum. Tales λέχας & stationes Athenis trecentas & sexaginta fuisse Proclus ad hunc locum testatur. Quod nemo mirabitur qui me-minerit Atticos fuisse valde garrulos, novaque audiendi præcipue de aliorum vita & rebus percupidos. Dicæarchus in βίῳ Ιανδού. Οἱ δὲ Αθηναὶ λέχειοι οὐ λανάτε, υπελοι, συνορατάτε, οὐδεποταμοί οὐδὲ ξενικῶν ποιον. Albenenses sunt valde dediti inanibus confabulationibus, occulti, sycophantæ, exploratores vitaæ aliorum.

quod confirmant egregiæ verba Lucæ in Actibus Apostolorum. Αδηναῖοι δὲ πάρτες οὐ οἱ ηπιομάρτιοι οὐδὲ ιππομάρτιοι τούτοις λέγεται οὐ οἱ άκετοι καρβύτεοι. Albenenses autem omnes & inquilini peregrini nulli alii rei vacabant, nisi aut dicendis aut audiendis rebus novis. Probo verò hīc lectionem, quam ex antiquo codice primus prodidit G. Canterus, ιππεῖα λέγεται. Eam agnoscit quoque codex Vossianus primus cum interpretatione θερμῆ φuerit.

v. 499. Κακὸς φεολέγατο θυμῷ] Latini Interpretes in recentioribus editionibus: *animum suum increpat. perabsurdè. quantd rectius antiquiores: mala versat in animo.* Περολέγειν κακὸν est κακὸν ἐνοτίν ή ταῦτα φυχῆς, ut rectè Græci magistri. nimi-

nimitum cogitare de furtis, latrociniis, sacrilegiis aliisque malis vitam tuendi artibus, ad quas compellit paupertas, que crimina suaderet ingenii, ut Claudianus ait. Sicut autem λύγος, λέγω, λέγεται, φρέσκος, φρέσκη, sic & οὐρανός, non solum de oratione, sed & ratione & cogitatione dicuntur.

v. 502. Δεῖνος ἢ διάβολος] Praeclarè D. Heinlius docuit διάβολον h̄c esse dicere. Sic & Latinis offendere. Cic. V. ad Fam. 12. Cum mibi s̄pē offendoris te accoratissime nostrorum temporum consilia & eventus litteris mandaturum. hoc est, dixeris, declaraveris. lib. IV. ep. 1. Eadem omnia que à te de pace & Hispaniis dicta sunt offendendi me esse dicturum. Lib. I. ep. 9. In eo ipso quod te offendis esse facturum, h. e. dicas, scribis. Sallust. Jugurtha. 30. Multa superba & crudelia facinora nobilitatis offendere. commemorare. C. Nepos Epaminond. Micythus Epaminondam convenit, & causam adventus Diomedontis offendit. pro Σέπιο MS. I. Σέπιο.

v. 508. Μέμφις ή γῆ] Hunc locum optimè exposuit vetus Scholiastes Nicandri ad Theriacān v. 626. qui contendit μέμφις h̄c esse clauditur, constringitur gelu terra, ἐπειδὴ πάντα ī χειμῶνι ουσταλθήνα τοῖς καὶ ισχραλούμενα. quod omnia hyemis tempore clausa & constricta frigore rigeant. Vide Proclum quoque ad hunc locum. Orpheus in descriptione hyemis, quam Hesiodum h̄c aiunt esse imitatum:

Πελλαὶ ἔργαδειν καὶ ἐπερτίνειν τὸν τριπλάσιον  
Τῆμος ἐπέργυται φρύοις καὶ δίνεταιν ἄλλοις  
Οὔρεσι τοι, σπονδίοις τοι, τοι καὶ ἀνδρόποις κει-  
θύμωσις

Πηγαλίδεις, καὶ ἵστηται ἀμενίς. εἰ η δὲ  
σύγκρισις

Τρύχωσιν καὶ θύρας ἐν τριποι, ἐδὲ τοι ἀγρόποι  
Περσέλοδουται μεγάρων μάκαται καὶ γῆς με-  
μαδεῖς

Φύγει λευκαλέψη πάχην δὲ τὸν γῆν με-  
μφίκη.

Multa de caelo & crebra & nubibus tunc incidit fagis & aliis arboribus montibusque & rupibus & hominibus mæstis glacies, & erunt adspectu tristes. Illa enim affigit & animalia in montibus neque mortales prodire ex cedibus possunt, quia membra strantur frigore acris, geluque membra constringuntur. In tertio versu scriptus ἀμενίς, sicut apud Poëtam ἀμενίτην νότος, tristes noctes. Latinis, tristis hyems. vulgo legitur sine sensu: ἀμενίς. Sed hoc vi-  
tium D. Heinsum quoque deprehendisse postea cognovi.

v. 503. Πλαῖδοι τραγίδαι] Est exstruite ædes, ruguria. τραγίδαι enim & τραγίδαι sunt scindiculae, casæ. sic & supra v. 305.

Ως καὶ τοι ὥσπερ βίβη τὰ διάδωτα τραγίδαι.  
Ut tibi æstate collecto virtutu impletantur ruguria. Quamvis propriè ibi dici de horreis Veteres notent. Hesych. Καλοὶ ταῦτα οὐδέποτε. Idem: οἱ μηχαὶ οἵκαι τραγίδαι ταῦτα τραγίδαι. Vulgo nidos componite vertunt. Novi apud Latinos interdum etiam nidos dici tenuiores ædes, & quosvis secessus, sed in versione præstat propriis uti vocabulis.

v. 510. Πλαγῆ] MS. I. πλαγῆ, II. Codex: πτῆ. quod non improbem. Hinc πτῆς apud Homerum, teste Eustathio, est οὐρανός. Et πτήσις. Hesych. πτῆς, πτήσις.

v. 513. Αλλά τοι καὶ τοῖς φυγεῖσι τὸν πλάνον] Non intellexerunt hujus loci sensum Interpretetes, cum vertunt: quas nibilominus frigidus existens perflat. Verte: sed & has frigidus valde perflat. Tār h̄c ut s̄pē apud Poëtas pro τέταν. Quod & Moschopulus monuit & auctor glosarum ineditarum codicis Vossiani. Δι-  
στέρα & πτήσις vulgo interpretantur birsuta. Sed Latinis non dicuntur birsuta que villosas habent cutes, sed que fetosas, ut porcorum, aprorum, echinorum. Cic. de Nat. Deorum: Quarum animalium aliae coriis testæ sunt, aliae villis vestita, aliae spinis birsuta.

## C A P U T X I X.

*Ἐπιτεταῦρον. Αὐόσεος. Κυάνεος niger. πανέλλευς. Μυλιᾶν, Μαλκιᾶν. Cratis correctio in Hesiode probata. Proclus correctus. Crates Mallothes. Νίψ. Hesiodus leviter emendatus. χλαινα, læna. πίλοι. Αργακίδες. Pollux emendatur. πέλωπες. Πίδια. Αράζυειδες. Σκελέα. Rursus Polluci duo loca restituta. Διφθέρα.*

v. 517. **O** Tric' ἐπιταῖαι τέχεις αὐτῶν] E-  
πιταῖαι τέχεις Latinis Inter-  
pretibus sunt anni illi. Sed Græci  
erant audiendi qui bene explicant στοῖαι,  
& ἀγλαίτικαι, σωιχῆς, villi denſi,  
ſpissi, quibus opponuntur rari. Επιταῖος  
ſapè est affluens, copiosus. Hesych.  
Επιταῖος, σωιχῆς, ἀγλαίτικος, παρεπιταῖμον  
ἀφ' πάντος τὸς χεόντος, διψήλεις. Homer. O-  
dys. 8.

Αλλ' αἰτι περέχυντον ἐπιταῖον γάλα θηλᾶς.  
Sed semper præbente copiosum lac-  
mulendum.

Οδυσ. 9.

— λίτω γδ̄ ἀεικελίος Ιδαμάδης  
Κύμασιν τὸν πολλοῖς, ἔπει τὸ κομιδὴν καὶ τὰ  
Ηει ἐπιταῖοι.

*Miserrime vexatus in fluctibus immen-  
ſis, quoniam commotus abundans non  
erat in navibus. Vide ad utrumque lo-  
cum Eustathium.*

v. 520. Εγπεδε φίλη παρὰ μιττεῖς μίμην] MS. primus : ἔγπεδες μίμητες οὐδὲ μιττεῖς καδυῆ.

v. 523. Νυχίν καταλέξεται ἔρδεις οἴκη] MS. I. Μυχίν καταλέξεται ἔρδεις οἴκη, quod non improbum. Μυχίν MS. glossæ ejus-  
dem libri exponunt ἔρδεις. Nimirum μυχίν est quæ in μυχῷ δόμῳ, ut Homerus loquitur, in interiore ædium parte ver-  
ſatur, quæ Græcis dicitur θαλάμος παρθε-  
νῶν & Gynaeconitis. Hinc in θαλάμῳ παρ-  
θενῶν Theocrito est virgo, quæ in tha-  
lamo versatur, innupta puella. Stat. I.  
Theb.

*Nec mora præceptis cum protinus  
altraque virgo*

*Arcano egressæ thalamo.*

quid nemo accedit nisi propinqua cognatione conjunctus, ut C. Nepos ait. Sic & Proclus legisse videtur, qui exponit εἶσα μυχῷ τὸ οἴκη παρθενευομένην.

v. 524. Οτ' ἀντεῖος ὁ πόδα τέρπι] Antigonus Carystius in οὐδεῖσθαι σωματογῆ, cap. 25. legit τέρπι. Ο τὸ πολύπος, inquit, εἰ τῷ χειρῶν τὰς πλεκτάρας αὐτῷ καπιδεῖ τὸτε δότηρ

*Ηματι χειραεῖο ὅτ' ἀντεῖος ὁ πόδα τέρπι.*  
*Polypus bycme suos comedit cirros. Hoc significat : Tempore biberno quando ex-offis Polypus suum pedem arrodit. Quod Hesiodus πόδα πολύποδε, hoc Antigonus πλεκτάρα nominat, Philes verd & Elia-nus πλούσιμος. Inde proverbium cuius Hesychius meminit : Πολύποδε δίκαιοι αὐτὸς ιουτός καταφεγάν. Observatu verd dignum est quod notavit Moschopulus ἀντεῖος esse Lacedæmoniorum vocem, sicutque eos appellaſſe πολύποδα.*

v. 527. Κυάνεος ἄνθρωπος] Kuánēos quidem proprie est cæruleus, ἀραιοτεΐς χρῶμα. Κύανος enim est color cæruleus : sed ſapè etiam ponitur pro nigro. Hesych. Κυάνεος μίλα. Κυάνη μίλανα, γαστ. Dionysius Characenus v. 586.

*Μέσορ' οὖτι κυάνεος νοτίον ὅδην αὔτη ἐλασση.  
Donec ad nigros (Æthiopes) auſtralem  
viam rursus conſeccerit. De India v.  
1112.*

Τῷ γάρ τε πᾶν χρέα κατίσιον  
Θεωρίον οὐκέπειται.

*Quare terrae habitatores quidem corpore  
sunt nigro mire pingues.*

v. 528. Πανίλιλιον] Non vertendum universis Græcis, ut vulgè; sed simpli- citer Græcis. Πανίλιλιον enim tempore Hesiodi, Homeri, Archilochi appella- bantur Græci ad differentiam Ελλήνων propriè sic dictorum. Hellenes autem tum temporis dicebantur Phthiotidis in- colæ, quod nomen acceperunt ab Hel- lene Deucalionis filio, qui illius partis Thessalia Rex fuit. Ante hunc nomina- bantur Γράιοι, quod Latini retinuerunt. Hinc Homerus Achillis populares & sub- iectos vocat Myrmidones & Hellenes. Achilles autem imperabat Phthiotidi. Hi itaque cum propriè dicerentur Ελ- λινοί, reliqui Græciæ populi dicti sunt Πανίλιλιοι. Vide Thucydidis proœcium, Strabonem lib. VIII. Apollodor. lib. I. Biblioth.

v. 530. Λιγχὸς μαλακτεῖον] Suidas: μα- λακτεῖον, δηλινέτος. Proclus: Μητραμόνοι καὶ αγκυρίστοις τὸν Φρίπον. Ut apud Phæ- drum: *Musca contracta frigore.* Alii tamen omnes μαλιὰ putant esse καῦν καὶ αγκύρειν ὁδόντας τὸν τῆς λιγχέτην, quod Matthæo est θρυμός ὁδόντων. Tertulliano frendor dentium. Sed frigus ferarum sèquè ut hominum dentes collidere quis vedit, quis tradit? Malleum itaque cum Crate legere μαλακτεῖον. Μαλιὰ, μα- λιά, μαλάτιον est frigore rigore, αἱ φύξει μὲν ἔχειν σύντητη διάθεμα χρίσαιται. Ut Etymologici magni auctor exponit. A- ratus:

— Τόποι δὲ κρίος εἰς Διός δέ.

Ναύτη μαλακτεῖον τεκάστερον.

Vertit Cæsar Germanicus:

*Tunc rigor, ut rapidus ponto tunc  
incubat Aufter,  
Tarda ministeria. & nautis tremor  
alligat artus.*

Ad hanc quoque lectionem puto perti- nere Procli expositionem illam, Μητρα-

μόνοι τῷ συγκρίτεται. Sic lege, non συ- κρίτεται. Apud eundem corruptè quo- que legitur Ιουκάτης, pro Κράτης. Cratis enim Mallotæ Grammatici Pergameni celeberrimi, qui Aristarchi æmulus fuit & perpetuus adversarius, hæc est lectio, non Isocratis. Etymologici Magni au- tor: Μαλικτεῖος. Ήσαΐος τῷ χρίλι πατέτης, τὸν τῆς φυχέτητος ἡ σωάγονται, ἡ τὰς μίλας συγκρέονται. Κράτης γέρανος μαλικτεῖος. Εἰ δὲ τὸ φύξει μὲν ἔχειν σύντητη διάθεμα χρίσαιται.

v. 535. Νίφε λευκεῖον] Omnes tradunt νίφη dici per λευκοτήν pro νεφάδα, quod mibi nulla ratione probatur. Non dubi- to esse accusativum verum obsoleti no- minativi νίφη, νίφης, unde Latinum nix. Hoc quidem nomen interit ut infinitæ aliae omnium ferè linguarum origines, de quibus vide eruditam diatriben doctissimi Christiani Daumii nostri. Ab hoc antiquato νίφη est νίφη, & νιφελήντης λάτης in Antholog. Alpes nive consper- se.

v. 537. Χλαιναί τε μαλακτεῖον] MS. II. χλαιναί πὲ μαλακτεῖον. Sic metro consulitur. Glossæ MS. exponunt ιμάτιον παχύ. recte. Latinis dicitur læna non chlæna, ut He- siodi Interpretes. Erat vestimentum cras- sius quo utebantur ad arcendos imbræ & frigus. Varro IV. de L. L. *Læna quod de lana multa.* Duarum enim to- garum instar: ut antiquissimum muler- rum ryciniam: sic hoc duplex virorum. Sed in veriverbio labitur Romanorum doctissimus. Est enim læna à Græco. χλαινα, sine dubio, abjecto χ, sicut ab antiquo γλαξί γλακτή est lac.

v. 541. Βοὸς ἱμετημόνοιο] Omnes Græ- ci rectè exponunt bovis nec senio nec morbis confecti, sed qui in ipso robore & flore ætatis vi occidunt, cujus corium calceis, qui non facile deteruntur, & contra frigus maximè muniunt, sit aptissimum. Sic apud Homerum ιππος βοὸς ἱμε- τημόνοιο, lorum bovis vi occisi. Ratio- nem reddit Plutarchus II. Sympol. nimis- rum.

rum pelles animalium ferro jugulatorum esse tenaciores, nec tam flaccidos ac tam facilè rumpi, quam pelles animalium quibus morbus aut senectus mortem attulit. Veteres ex crudo corio calceos conficiebant, Latinis perones dicuntur.

v. 542. Πίλιος ἔρπει πυργάς] Quis non miretur stuporem Interpretum, qui reddunt: *pilos intus condensans*. Quis umquam fando audivit πῆλος Latinis significare pilum? πῆλοι sunt lanei calcei, qui sub peronibus inducebantur ad accendum frigus. Latinis dicuntur *udones*. Ulpianus II. de auro & argento legato: *Alia causa est udonum, quia usum calcamentorum praestant*. Domini nimurum cum non prodirent; sicut & soleæ. Alioquin calcei cum prodirent in publicum semper superinducebantur à Romanis, ut ostendit Salmasius ὁ πέτρος ad Lampridum. Sunt etiam laneæ fasciæ pedales, ut inferiùs ostendemus. Quicquid enim ex lana coactili conficiebatur dicebatur πῆλος. Tam capitum tegumentum, ut statim v. 546. quod hinc Latinis etiam pileus dicitur, quam pedum. De pedulibus Lucian. Ρητόρων διδασκάλων, ἡ εὐθάδες Σικυωνία πῖλοι ποὺς λευκοῖς διπέπεσσα. *Sicyonius calceus albis decorus foccis*. Pollux VII, c. 33, sect. 4. Οὐ μένον ὁ δῆλος τῆς κυφαλῶν δημιούργος πῆλος ἐπελεῖτο, ἀλλὰ ἦν ὁ φειδῶν πούρος, ὃς οὐδοῦ Κρατῆρος ἐν Μαλακοῖς λέγεται. Λακεῖς ωστὸν πούρον ἔχειν πῖλος. Ο τε Πλάτων ἐν συμποσίῳ. Καὶ ἀργακίδας ποὺς πῖλοι φεγγίδησσι, ἐπελγυμένοις πόδες εἰς πῖλος τε καὶ ἀργακίδας. Non solum quod capiti imponitur πῆλος dicitur, sed & quod pedibus inducitur, ut Cratinus ostendit in μαλακοῖς. Albos sub pedibus calceos laneos habens. Sed & Plato in symposio etiam ἀργακίδας cum πῖλοι conjugit: *Involutum pedes in calceos laneos & agninas pellcs*. Sic lege. Argakides erant calcei ex pellibus agninae (ἀργακίς enim est agnina pellis cum ipsa lana) quibus hyeme utebantur, sicut πῆλοι ex lana coactili. Udones apud Mar-

tiale lib. XIV. ex hircinis pilis conficiuntur:

*Non bos lana dedit, sed oientis barba mariti,*

*Cinypbio poseris planta latere sinu.*

Cinypbius sinus est calceus ex caprinis pilis contextus. Πίλιος Άeschylus & Sophocles dixerunt πέλιασσα, Critias πέλια. Pollux VII, 22. Αὕτη πόδια Κερνίας καλεῖται, τοιτα πίλιος οιντός, οἵτε ἐπελήματα ποδῶν, τοιτα πέλιασσα καλεῖται Φονίσας Αἴγυλος.

Πέλιασσ' ἔχουσι κάδεροις ἐν ἀρσίναις, Ταῦτα πέλιασσα τίθεται καταβίματος, οὐταρ τὰ πόδια, ἀ ταῦτα ἢ ταῖς ἀράξεισι, ἀσ σκιλέταις ἕποις ὄνομαζεται. Κράτης γέται ισοπτής ἐρών. Καὶ δὴ πόδια τεμίπτα. Sic hunc locum partim ex MStis, partim ex conjectura restitui, qui corruptus est in editis libris. Confundit Pollux hoc loco crurales fascias cum pedulibus. ἀράξεισις & σκιλέταις sunt propriæ crurales fasciæ, πῆλοι verd, πέλιασσα, πόδια, pedules. Idem Pollux lib. X, cap. II. Αὕτη ζετίναι δὲ πόδια, πῆλοι, πέλιασσα. Ἐπειδὴ Σφραλῆται πόδια καλεῖται γένεται τοῖς ποτὶ πῖλος & Πλάτων μόνος ἐν συμποσίῳ φησας, ἐπελγυμένοις τοὺς πόδες εἰς πῖλος τε καὶ ἀργακίδας, ἀλλὰ καὶ Κρατῆρος ἐν Μαλακοῖς. Λακεῖς ωστὸν πούρον πῖλος. ἔξειται γένεται πίλετος πῖλος. καὶ δὴ τὸ ὄνομαζομένων πίλετος τεμίπτας, Λυσίππης εἰπεπτορος ἐν Βάκχοις. ἀλλὰ τεμίπτας δὲ πίλετός τε. Sic istum locum ex suo optimo Codice legendum esse; qui gravissimis mendis & lacunis miserè foedatus est in editis libris, ostendit mihi nuper Vir Maximus & undique eruditissimus Isaacus Vossius. Verum postquam hæc fuerunt edita, de his Pollucis locis eruditissimam ad me scripsit epistolam, quæ cum multa doceat exquisita, non possum non eam tecum communicare. Cūm utrumque locum in optimo suo Codice sic legi ostendisset, ut à me editus est, nisi quod in priore pro εἴτε πῖλος οιντός scribatur εἴτε οιντός οιντός. & pro ἀ ταῦτα ἢ, ταῦτα ἢ. & pro πίλιασσα, πέλιασσα, subjicit: Cudones vel udones apud Veteres pro eadem re

re actipi recte notat Salmasius, verum non recte à cudoendo hoc vocabulum arcessit, cum sit Graecum, & Graecam habeat originem. Ab αὐτῷ est οὐαὶ vel φῶνα vel οὐαὶ pellis ovina, & pro οὐαὶ verò addito ut σεπὲ καὶ, dicitur etiam καῖνα, vel καῖνος, vel καῖνος. A καῖνος verò est diminutivum καῖνος, καῖνα, & καῖνος, & amplificatum καῖνος vel καῖνος, pro quo etiam καῖνος, & καῖνος reperitur, unde Latinum cudos, uodones, seu odones dixerunt, idque promiscue; cum καὶ aut καὶ initiale non in barbaris tantum, sed etiam in multis Graecis Latinisque modò adsit, modò verò abjiciatur, quemadmodum etiam agnoscit Salmasius. De πλάνησιν vocabulo sic sentio, esse id ejusdem naturæ ac originis ac sit ἄνυπτος. In multis enim solet πότερον loco τοῦ δίχαμψι affigi, ut ἄνυπτος πλάνησιν, ἄνυπτος πλάνησιν, ἄλλοις πλάνησιν, & infinita istiusmodi. Est autem ἄνυπτος integumentum, involucrum, στέπασμα &c. ab ἐλύω seu εἰλύω involvo. Eodem referri debent πλάνησιν & πλάνησιν, licet Hesychius habeat πλάνησιν, quæ sunt talaria seu fasciæ cursorum, quibus ad compescendam talorum extorsionem pedes muniebant. Ut enim ἄνυπτος & ἄνυπτος dicitur, ita quoque πλάνησιν & πλάνησιν dicuntur ab εἰλύω & εἰλύω. Reddi debet hoc vocabulum Aristoteli in Problematis sect. XVI. quæst. 4. ubi quæritur non tantum rotunda, sed & quæcumque rectilinea in terram cadentia ad æquales unumque resiliant angulos. Dicit enim id fieri ταῦτα τὰς τὸν ἔγραμμον τὰ σκέλη συβάσσους οὐ τὰς κολυθρὰς ὑπαρτίζουν. Quæ vulgo sic vertunt, ut bis accidit quibus aut pars inferior raditur, aut colos violantur. Unde nullum nisi ridiculum efficias sensum. Omnino sic erat scribendum, ταῦτα τὰς τὸν ἔγραμμον τὰ σκέλη συβάσσους οὐ τὰς κολυθρὰς ὑπαρτίζουν. Quemadmodum contingit loripectibus, & illis quibus (inter lavandum) talaria surripiuntur. Vide locum integrum & fateberis omnia plana fieri si sic legamus,

frustraque se hic torquere Interpretes & mathematicos. Οἱ συβάσσους τὰ σκέλη αλλιτεράς dicuntur στέπασμα non τὸν τοῦ σκέλους τὸν περιττόν, ut habet Diogenes Laërtius in Pittaco, neque τὸν τοῦ στέπασματος τοτήτον διάστημα ἔχον τὸν τοῦ σκέλους μετόπους, ut putat Galenus, sed τὸν τοῦ σκέλους ποδῶν pedibus enim tamquam scopis verrunt pavimentum quidam loripedes. Tales præcipue multi reperiebantur inter Æthiopes & Ægyptios, non propter nervorum imbecillitatem, neque etiam propter eam causam, quam memorat Aristoteles eodem scripto sectione XIV. quæst. 4. sed propterea quod illis vel tali, vel genuum patella incidebantur, ut nempe fugæ spes præipereretur illis qui malling pedibus quam manibus operati. De talis conjicio, de genuum patella testem do Origenem qui in Philocalia scribit, morem fuisse quibusdam Æthiopibus τὰς κόχχας τὴν γενάταν σφεατεῖσαι. Commodo hinc intelligi possunt verba Petronii de Æthiopibus: *Age numquid & crura in orbem pandere possumus, numquid & talos ad terram deducere.* Ita nempe Æthiopica mancipia, quibus genuum conchæ erant ablatae, poterant crura in utramque partem in circulum mouere, iisque non nates modò, sed & ventrem pulsare. Quod si illis tali incidentur jam quoque poterant plantas pedum similiter in orbem mouere, & sursum ad crura adducere, & supinatis plantis supra solos ambulare talos. Firmandis autem & continendis talis maxime conducebat talarium genus quod draco dicebatur. De his & aliis talarium generibus multa haec tenus ignota possim tibi scribere, verum iis colligendis & digerendis oportunius forsitan fese offeret tempus. Hæc vir ille summus. Vides etiam Sophocli hic tribui πλάνησιν, quæ superiùs tribuit Æschylo. Apud Hesiodum nostrum πόδες sunt ἴμπνια, fasciæ pedules ex lana coactili, quibus etiam Romani usi sunt, sed sord. Varro enim affirmat cal-

calceamenta sine fasciis sumi solita se puer. Latinis etiam dicuntur *empilia*. Ulpianus I. 25. D. de auro & argento leg. §. 4. *Fascia crurales pedulesque & impilia vestimenta sunt, quia partem corporis vestiunt.* Πλεῖ & ἡμίπλεῖ est condensare, cogere, coactilia facere; unde μῆραι & *impilia*, quam vocem malè juris Interpretes notant dici, quasi sine pilis. Hinc & *pilare*. Festus: *pilare & compilare sunt Græca originis. Græci enim fures pileas dicunt.* Hinc & *compilare* non est congerere, ut vulgo dicunt, & putant, sed furari. *Compilare ædes*, furto ex ædibus aliquid auferre, quod nobis est *befieelen*. Πλεῖ etiam dicuntur tegumenta ex lana coacta, sub quibus hyeme habitant Scythæ justi Herod. IV. 23. malè ibi Interpretes vertunt *pilei*. Sic & impegerunt qui Strabonem verteunt. Nam ubi lib. XVI. legitur ἐλαστὸς πλεῖs ridiculè exponunt *virgatis pilis*, cùm legendum sit ἐλαστὸς πλεῖs *virgatis maculis*, ut monuit Salmasius ad Vopiscum. De πλεῖs capitis tegumento loquitur statim v. 546. Πλεῖs ἔχειν ἀστεῖον, *pileum babere bene factum*. Fuisse tales proprios Thessalos ad arcendum solis fervorem docet Eustath. ad Iliad. x. Antiquissimis temporibus μῆραι non aliud usum capiti præstabat, quām μῆραι, qui calceis inferebantur. Galeæ enim interiores his muniebantur, qualis ille erat galeæ Ulyssis, quem acceperat à Merione, Iliad. x. v. 265.

*Mērōn d' ēis μῆραι ἀπένει.*

*Medice autem inerat pileus aptatus, ubi recte antiqua scholia τὸ τεῖλον τιμληθόν, coacta lana.* Eustathius verò ad illum locum docet omnes olim galeas lana coactili fuisse munitas, inde posteriores, cùm quævis capitum tegumenta πλεῖs dicerent, Ulyssi adscriperunt pileum, quali tum utebantur. Sic enim semper exprimitur. Et sicut clava Herculis est insigne, sic pileus Ulyssis, ut constat ex nummis, monumentis & testimoniois Ve-

terum. de quo Ulyssis pileo vide Albertum Rubenium, virum politissimum, de Re vestiaria lib. II, cap. 15. Primus autem Apollodorus sic pinxit Ulyssem testante Eustathio ad Iliad. x. p. 723. edit. Basil. Eustathius ad Iliad. i. apud Veteres κύριον appellari capitis tegumentum, quod nunc communiter dicatur πλεῖs, & quod ab Hesiodo dicatur μῆραι ἀστεῖον. Tradunt plerique capitis tegumenta veteribus Græcis usitata non fuisse. Eustathius ad Odys. i. ait Latinos nudi capitis consuetudinem à priscis Græcis accepisse. Romanos enim Saturnalibus pileum gessisse, aliis diebus nudo capite incessisse, aut caput ueste velasse. Apud Homerum pileum & causiam ne semel nominari. Quod verum est si pileum accipias hujus generis, quali postea utebantur, non tamen olim apud Græcos aut Latinos, nisi cùm iter facerent in magno æstu, aut frigore, aut tempore pluvio. Quod pileos Romani vocabant petasos, qualis conspicitur in Mercurii simulacris. Hinc tamquam singulare notatur à Suetonio in Julio Cæfare, illum semper incessisse nudo capite cùm iter faceret, seu sol, seu imber esset. Alioquin in Urbe lacinia togæ caput velabant. A μῆραι est μῆτης, *fur, deceptor*, superius v. 373. quod Æolicè dicitur pro μῆτης. Vide Etymol. magnum de hujus vocis origine, quæ inepta sunt. Sed credo antiquissima voce esse μῆτης, sicut Æolica dialectus est vetustissima, pro quo leniore postea sono usi alii Græci μῆτης dixerunt. Fures autem & impostores dictos esse μῆτης, quod pilo sive capitis tegumento se velarent, ne facile possent agnosciri. Sic Æoles dixerunt ἀμῆτης communiter ἀμῆτης; μῆτης, alii φαῖτης, lampas, lychnuchus. Latina lingua tota formata est ex Æolia, cuius dialecti qui peritus est, facile plerarumque omnium Latinarum vocum origines inventire potest. Sæpiissime pro communi Græcorum & utitur Æolico π. Latinis apud,

*apua*, Græcis ἀριν. Φοῦρις, Poenus, & plura hujus generis, quod dudum observavit Catinius in Hellenismo.

v. 543. Πεπτεύθαντος] Simylus in Moreto:

— *cinctus villosæ tergere capræ*. Hoc vestimenti rustici genus, quod ex pellibus hædinis conficiebatur, Græcis dicitur Δρέπα, unde Δρεπαι pastores & Attici rustici talibus vestimentis amicti. Theocrito Idyll. III, 25. & v. 15. dicitur βάτη, ubi Scholia fest docet alio nomine

appellari μαλιτίων, qui prophetarum vestitus fuit, ut ex sacris voluminibus constat. Latinis hic habitus rusticus nominatur rheo. Ovidio *pastoritia pellis*. Glossæ: Segestre Δρέπα. Segestre teges erat ex segetibus primo facta, sed postea ex pellibus, quibus milites in castris, nautæ & pauperiores utebantur, ut Varro docet, & ad Varromem Josephus Scaliger. Δρέπα nimis est omne vestimenti genus ex pellibus rudibus factum.

## C H A P. XX.

Hesiodus quinques emendatus. Αλεή. Duo epigrammata in catalectis veterum Poëtarum correcta. Μάναρις. Beati. Χαλεπης. Gravis. In Virgilio lectio Servii probata. Oceanus cur facer. Theocrito lux. Alæci fragmentum elegans correctum. Περεάνη ονιά. Πέρηξ antrum in rupe. Μᾶζα αμολυμη. Υπερμάζαν. Θάλλο boum pabulum. Ακερῆς ζιφερος. Επιμιδύθο βιος. Ποιεῖσθαι θῆτα. Facere populum. Floro lux. Facere pro gignere. Ημερόνοιστος.

v. 544. Ο φέ δη νότη] Moschopulus:  
Ο δη σημ. quod rectum est.  
Quæ enim induuntur dicuntur humeris  
injici non tergo. Exemplorum ubique  
magna messis. Sequentia verò: ίτη αγ-  
ράλη ἀλίν. pessimè interpretantur, plu-  
viae arceas temporē. cùm sit, pluviae ar-  
cendæ, sive præsidium, munimentum  
injicias adversus pluviam. Quod à no-  
bis defendat pluviam. ἀλλα enim est ἀλι-  
πη, συγκοτη, καπαργη, ut benè magistri, ἀλλα  
verò tempor.

v. 546. Ιτη μα καπαργη] Est per  
synecdochen dictum, ne caput tibi ma-  
defaciat. Teros ιτη καπαργη imber per-  
pluens caput in memoriam mihi revocat  
elegantissimum epigramma ex catalectis  
veterum Poëtarum de Priapo, sed quod  
aliquot mendis deformatum suo nitor  
restituemus.

Parum est, miser quod hic fixi se-  
dem

Agente terra per caniculam rimas,  
Siculosa sustinet die astatem.

Parum quod imos perfluent sinus  
imbres,  
Et in capillos grandines cadunt no-  
stros

Rigetque duro barba vincita crystallo.  
Sic scribendi hi versus. In tertio vulgo  
legitur: diu astatem. In quarto: Pa-  
rum quod imi perfluent sinus imbræ.  
In sexto: juncta crystallo. ineptissimè.  
Sed & qui duobus interpositis sequuntur  
ex veteribus editionibus sic sunt refun-  
gendi:

Huc adde quod me fusse de rudi  
vilem  
Manus sine arte rusticæ dolave-  
runt,

T t

Inter-

*Interque canctos ultimum Deos nunc men*

*Cucurbitarum ligneus vocor custos.*  
sed hæc præter institutum & pensum nostrum, ad quod nos revocamus.

v. 549. Αἱρε πνεύματος τίτανος] MS. I.  
πνεύματος ἵτανος, cum interpretatione,  
πνεύματος ὅτικόν. Seleucus verò legit ἀν  
δικεψήλος observante Proclo. Maximus hīc,  
ut apud Latinos, *beati*, *fortunati* sunt  
homines copiosi, opulentii. Catullus: *O*  
*quantum est hominum beatiorum?* Di-  
cuntur & Græcis ὁδηγοί. Versu se-  
quente uterque Codex & Tzetzes: ἀρο-  
τάρχος. Ibidem liber primus πνεύμων αὐτὸν  
ἴσταντο. secundus autem αἰνάρυτον. quod  
verius. Sic quoque Tzetzes. Isingrini  
editio proximè verum: αὐτὸν γένοντα. Sic  
& apud Hotm. Odys. N. v. 109. οὐδὲ  
αἰνάρυτον, ubi quoque vulgati αἰνάρυτον.

v. 554. Τὸν φάρμακον ἡρα τελίας] Ut  
versus constet, repone lectionem veterem ex utroque codice: Τὸν φάρμακον ἡρα  
τελίας. Extat & apud Moschopu-  
lum.

v. 558. χαλεπὸς σεγέδετος] Noxius ovi-  
bus, ut Latinis *gravis*. Virg III. Georg.  
415.

*Galbanoque agitare gravi nidore che-  
lydros.*

Sic legit Servius & exponit, *serpentibus*  
*noxiis*. Ovid. IV. Metam. v. 497.

*Inspirantque graves animas.*  
Lib. VII, 6. *Grave tempus & forte an-  
nus pestilens erat.* Versu sequente uter-  
que codex: οὐ πλεῖον εἴη.

v. 561. Ταῦτα φυλακούμενος] Hunc &  
sequentes duos versus pro subdititiis ex-  
pungendos esse censuit olim Plutarchus.  
Nec illos videtur agnovisse Moschopu-  
lus. Rectius sanè absent.

v. 566. Ιτεγν οκτανοί] Omnes ιτεγν hīc  
esse magnum, immensum interpretantur.  
Non nego sic posse accipi. Verum tam-  
en est ιτεγν hīc propriam notionem non  
migrare. Oceanus enim sacer erat, quia  
erat Deorum domicilium, Neptuni, The-

tyos, Solis, astrorum, quæ credebantur  
mare subire. Fabianus apud Senec. I.  
controvers. *Sacrum quidem terris natu-  
ra circumfudit Oceanum.* Hinc & diuum  
appellatur, Plautus apud Varrom ex  
emendatione Scaligeri:

— *conferta rate inerataque pe-  
ritē*

*Qui diam mare eunt sudantes at-  
que sedentes.*

Sic sàpè apud nostrum & alios εἰς ἄλλα  
diua. *In mare diuum.* Quin & Oceanus  
pro Deo habebatur, Cæli & Telluris filio,  
patre verò Saturni & Opis. Hinc  
Alexander M. ei fecit tamquam Deo.  
Justinus: *Expugnata deinde urbe, re-  
versus in naves Oceano libamenta de-  
dit, prosperum in patriam redditum pre-  
catuſ.*

v. 568. Ορθροὺς Πανδούρι] MS. II. Pro-  
clus, Tzetzes: ἀρτρών. Sic & Hesychius  
& Etymologici magni auctor, Suidas ta-  
men & MS. I. stat à vulgata. v. 570.  
MS. I, σεπτημένη. v. 574. MS. II. κο-  
ταῖς.

v. 582. Ημέρας δὲ σκέλυμας τὸν ἀρδεῖ] Hoc  
tempus significat Theocritus Idyll. VI,  
15.

Αἱ δὲ αὐτὸν τὰ μέσηρά πεποιησαν, οἵ δὲ  
ἀκρίδες

Ταὶ καπνοὶ χάται, τὰ καλὸν δίποτες ἀνίνα  
φύσσει.

Quæ sic reddenda sunt: *Illa vero sue  
sponte lascivit, sicut cardui flores sunt  
languidi, cum pultra astas ardet.* Versionibus  
vulgatis nullus sensus. Χάται κα-  
πνοὶ ἀπὸ ἀκρίδων, sunt *pappi volantes*  
Lucretii. Pappi enim sunt flores car-  
duorum. *φύσσει* quia fervore solis flac-  
cidæ decidunt & per aërem feruntur.  
Elegans fragmentum Alcæi de hoc ipso  
tempore nobis servavit Proclus: *Οὐρ  
πολύμωρα τίττη.* (Sic MS. Gudii) Τὸ δὲ ἄ-  
σπρο φετινότελον. Η δὲ φύση χαλεπή. Αχεῖ δὲ  
ποτάλιον τάλιον δι τίττης. ἀνδεῖ καὶ σκέλυματο.  
Corrupta D. Heinsius sic emendat, ἀχεῖ  
δὲ τὸ ποτάλιον ἀχεῖται τίττης. Sed videtur po-  
tius

tiūs scripsisse: ἀχεῖ δὲ τοπάλιν ἀλαῖς  
τέρπε. *Suave caris.* ut exprimat illud  
Hesiodi, ληρὸν καταχόεσθ' ἀλαῖς. ubi ta-  
men MS. II. θέλειται.

v. 584. *Καματόδοτος*] MS. uterque κα-  
ματόδοτος, ut & vers. 664.

v. 585. *Εἰν περγάν τι σκά*] Mirifice In-  
terpretes Latini, ut solent *Petrosaque  
umbra.* Περγάν σκά est σκά in σκαλίῃ,  
umbra in antro. ut supra v. 532. γλάρ  
περγάν, est antrum in petra. Ubi rursus  
Interpretes, *caverna petrosa.* Πέργα Ho-  
mero aliisque Græcis Poëtis sacerd est an-  
trum in rupe excavatum. Iliad. 8.

*Ηὗτι ἸΩνια τοῖσι μελοδῶν ἀστύνοι*  
Πέργαν ἐκ γλαφύρης εἰσὶ τοῖς ἔρχομένοις.  
*Quemadmodum populi evulane apium*  
*confertim ex cavo rupis antro novo excavine*  
*excuntiam.* Idem Iliad. 8. Πέργα  
ικαίνοντα διδυμόν τοις περγάνοις. *Ex ru-*  
*pis antro excavente excipiens insidiis.*

v. 590. *Μᾶζα τὸν ἀμαλκάνα*] Est polenta  
pastoritiae, ποιησαν, ut Athenæus expli-  
cat. Μᾶζα est polenta farina conspersa  
& subacta aqua & oleo. Hesych. Μᾶζα,  
ἄλφιτα περιρρήνα ὑδατα τοῖς ἀλαῖς. A μᾶζα  
perelegans vocabulum ζεψάνη apud Si-  
mocattam ep. 77. & Alciphronem ep.  
18. legitur. quod est è nimia alimento-  
rum copia lascivire. Id ipsum quod Bel-  
gæ eadem ratione pervenustè dicunt: *broot-droncken zijn.* Hesych. ζεψάνη,  
ζεψάνη. Nugatur Tzetzes, qui μᾶζα  
dici putat quasi τὸ μὲν ἄλφα. Μᾶζα est à  
μάζα, subigo. Est enim farina subacta  
aqua. hinc Latinis massa. Siculi ζ & ος  
invicem mutant. Pro μᾶζα dixerunt  
μᾶζα. pro ἄρδαν ἄρδα, ζάριν Sagun-  
tus.

v. 591. *Βόες ὑλοράγοι*] Interpretes: *bo-*  
*vis que pascitur frondibus.* Ex enim pa-  
balum boum. Hesych. θελλὰς βόες τροφή, ὁ  
ἰδίων οἱ βόες. Phædrus:

*Hac inter ipse dominus à cena re-*  
*dit*  
*Et quia corruptos viderat nuper*  
*boves*

*Accedit ad præspe: Cur frondis  
parum est?*

In eadem fabula: *Frondeum bubalcus af-*  
*fert.* Ovid. III. Metam. v. 730. Res tri-  
ta est.

v. 594. *Αρτοὶ ἀράρει ἀνίκητοι*] Revoca-  
vi lectionem veterem, quam servavit  
MS. I. & omnes Græci Interpretes præ-  
ster Tzetzem, qui hunc versum non ex-  
ponit. Legunt autem omnes ἀράρει ζ-  
ητηρ. Homer. Odys. 8.

*Τοῖσι δὲ ἵκιδην οὔσην τοῖς γλαυκάσις Αἴτιοι*  
*Ἀράρει, πελάδοιστοι δὲ οὐνοια περ-*  
*νν.*

*His vero ferentem ventum immisit ca-*  
*suis oculis Minerva purum Zephyrum,*  
*resonantem per obscurum pontum.* Sic  
exponunt Græci magistri ἀράρει purum,  
nullis aliis ventis permixtum. Alii δρίμα  
πέντε, leniter spirantem, quod non pro-  
bo. Nam & Boreas tribuit Homerus  
Odys. 8.

*Εὐδημάτη δὲ ἀναβάττες ἡποὶ Κρήτης τοπίους*  
*Επλιόνεις Βορεὶς ἀνέμοις ἀράρει παλῇ.*  
*Septimo vero conscedentes à lata Creta*  
*navigavimus Borei vento puro bono.* Vi-  
de ibi Eustath. Sed ad priorem locum  
Odys. 8. Scholiorum brevium auctor, qui  
pro Didymo venditatur: ἀράρει Ζέψειον ]  
διπλίδειον ἀράρει, πίοντα τοῖς πλεύ χρίας, ἦτο  
τάσσοντα τοῖς ἀνττοῖς, ή τὰ μὲν κακραρέοντος Ζέψειον.  
Ἀράρει Ζέψειον, *commodum, spirantem*  
*quantum opus est, neque nimis vebe-*  
*menter, neque nimis remissē.* Aut non  
mixtum, sed purum Zephyrum. In MS.  
II. est ἀράρει Ζέψη, sicut & apud Ho-  
merum nonnullos legisse ἀράρει Ζέψειον  
Eustathius & Scholiares observant. Sed  
prætuli consensum libri antiqui cum In-  
terpretibus, ut & ἀράρει in Homero re-  
tinetur.

v. 596. *Τεῖς δὲ ὕδατα περγάνοι*] Latinè  
redditur imperitissime: *Tertiam aquæ*  
*partem infunde, quartam vero misce vi-*  
*no.* Estne qui intelligat? Hoc verò di-  
cit Hesiodus: *Tres partes aquæ prius*  
*infunde, quartam vero vini admisce.*

T i 2 Tri-

Tribus partibus aquæ unam vini admiscendam esse præcipit.

v. 601. Επερμόν διον] Latini Interpretes: *victum sufficientem, cùm sit conditum, repositum.* Superius v. 407.

Χρήματα δ' εἰς οἷς πάντα ἄρδην ποίησον. *Instrumenta vero omnia domi disposita para.* v. 627.

Οὐδὲ δὲ ἐπερμόν πάντα τῷ ίσχυρῷ οἷς. *Armamenta vero disposita omnia domi reponere.* v. 617.

Πλεῖστον δὲ καὶ χθονὸς ἄρδην εἴη. *annus vero in opere sic recte dispositus sit.* Si hæc feceris, omnia gerentur suo tempore, totum annum recte dispensaveris in opere faciendo. Vulgo inficere vertitur: *ita annus in opere rusticō absolutus sit.*

v. 602. Ποιῶνται Σύντα] Est querere, comparare sibi servum, ut alio loco ποιῶνται γυναικας invenire uxorem. Marc. III, 14. ητινοις δύστρα ινα διαστέλλει. *Et elegit duodecim quos mitteret.* ἀργεντον ποιῶν. Demosth. comparare argentum. ποιῶν πίντη ταλάντα. Matth. XXV. 16. quinque talenta lucrari, facere. Ubi male Interpretes hoc loquendi genus incusat Latinismi, à quo abhorreat Græca Lingua. Latinos sic loqui verum est, Cic. I. divinat. *Etiam Philosophum, si commodum ei esset, pecuniam facere posse.* Sic rem facere. Sed Græci etiam ac Hebrei hoc loquendi genere usi sunt, ut Drusus & Grotius ad Matthæum ostenderunt. Nec alienum est à nostra vernacula, in qua dicimus *groot geld maecken.* Hinc facere est κατὰς comparare, colligere. Florus lib. I, cap. I. ubi aqua hæret viris

dœctis: *Ex variis clementis congregavit corpus, populumque Romanum ipse fecit.* Ipse collegit, ut apud Sallust. *exercitum argento facere,* est colligere, comparare. Herodotus I. II. Κερσονος ή αμφὶ τοῦ χεροῦ ἴνοιστο σπανίν εἰς Καρπαθίουν. Cræsus autem oraculo elusus adversus Cappadociam conscribebat exercitum. Nihil certius. Non spero futuros imposterum quibus hic locus Flori mendī sit suspectus, qui que fateantur se ignorare quid faciat hoc loco fecit. Posset quidem etiam exponere *populum Romanum ipse fecit,* hoc est, genuit quasi populum Romanum, est pater populi Romani. Nam facere nonnumquam est gignere. Varro III. de R. R. 22. plerumque pullos similes sui faciunt. Sic νεαρος παιδειν apud Lucam XIII. 9. quod non ineptè vetus vertit Interpretes, *fructus facere,* pro ferre, gignere. Romulus dicitur etiam Romani populi sator. Ennius:

— O Romule, Romule dic ô  
Qualem te patriæ custodem Di ge-  
nuerunt.

Tu produxisti nos eundo luminis au-  
ras

O pater! ô genitor! ô sanguen dis-  
oriundum.

sed verius est, quod prius dixi.

v. 605. Ημερώντος] Latinis dormitor, Glossæ Vet. ημερώντος dormitor, fur nocturnus. Plautus: *Ni illic homo est aut dormitor aut sceler zonarius.* Huic opponitur interdiarius. Eadem glossæ: *Interdiarius ημερώντης.*

C A P U T XXI.

Theocriti epigramma duobus distichis ineditis ex MS. auctum.  
Idem emendatum. Hesiodi locus novè expositus. Idem bis re-  
stitutus. Μίτρα φυλάσσει. Elegans epigramma in Anthologia  
emendatum & expositum, repudiata magnorum virorum inter-  
pretatione. Nemesis homines pro meritis accipit. Infesta est su-  
perbis & ostentatoribus, & niniæ felicitati. Επεικαῖς. Καιρός.  
Tempus.

v. 619. Εγένετο πλιάδεις δένθει] Quādū  
periculosi sint tum cursus  
maritimi insigni exemplo ostendit Theo-  
critus in epigrammate in Cleonicum,  
qui circa occasum Pleiadum in mari pe-  
nit. Hujus epigrammatis quatuor versus  
nunc primi edimus ex codice Palatino  
veterrimo; quem Fridericus Sylburgius  
contulit cum Anthologia. In qua ut &  
in Theocriti editionibus prius solum di-  
stichon extat.

Αὐδρόπτη, ζῶντος σφερόπτοιο, μηδὲ περ' ἄρτον  
Ναυτίλος ἴδη, ὃς εἰς τὸν πόλιν ἀνδρὶ βίος.  
Δικλαῖτε Κλεόνικε, οὐ δέ τοι λιπαρή Θάσου  
ἴλισση  
Ηπείρης κοίλης ἔμπτορει τε Συβίν.  
Εριπόπτης, ὡς Κλεόνικος, δίστον δέ τον πλιάδην  
Ἄρτον αὐτὴν

Ποντοπότερος γαύτη πλιάδη συγχετόεσσι.  
lege: ποντοπότερος γαύτη.

*Homo parce vita, neque tempore alieno Naviga, quia vita hominis est brevis.*  
*Miser Cleonice, tu in optimam Tibasum*  
*venire properasti mercator ex Cœlesyria.*  
*Mercator Cleonice, sub ipsum Pleiadis*  
*occasum Mare transiens nauta cum*  
*Pleiade simul occidisti.*

v. 643. Νῦ ἀλύγων αἴρειν] Tricantur  
Græci Magistri, qui contendunt αἴρειν ei-  
grius esse χαίρειν ἑστην, quamvis iis adsti-  
puletur Plutarchus libello de audiendis  
Poëtis. Qui, cum hunc locum produ-

xisset, ait: τοῦ μὲν γὰρ αἴρειν σημαίνει τὸ ἵππον  
τοῦ, αἴρειν δὲ ἵππον ἀγνή τοι παρατεῖδε τὸν  
χέλευτα, πεδάπιε ἐν τῷ σωκρατίᾳ καλῶς φαμίν  
ἔχειν, οὐ χαίρειν καλέσομεν, ὅταν μὴ διδύμη  
μηδὲ λαμπάνωμεν. Επει τοῦ δὲ ἵππον Περσεφό-  
νης ἦτορας φασὶν τὸν παρατεῖδεν οἱ πόντοι. Αἵρειν  
bic ἵππον significat, id est, laudare.  
Laudare autem pro recusare ponitur hoc  
loco. Sicut usitatum nobis est dicere be-  
nē babet & valeat, cùm aliquid nolumus  
& non accipimus. Atque sic quidem  
aiunt Proserpinam vocari ἵππον quasi  
aspernandam. Vide Euostath. ad Iliad. x.  
p. 720. edit. Basil. Sed non erat ut aliena-  
nam τοῦ αἵρειν significationem hīc affin-  
gerent. Dictum enim est ab Hesiodo eo  
senso quo à Virgilio: laudato ingentia  
rura, Exiguum colito.

v. 647. Βάλημεν δὲ χείρα] MS. I. & II. βέ-  
λια. In secundo præterea ἀπτρία λιμόν.

v. 655. Τὰ δὲ πεντηράδια πολλὰ] La-  
tini Interpretes: prædeliberata verò mul-  
ta. Incitè. πεντηράδια sunt πεντη-  
γρυθία. Per prætones indicata, prædi-  
cta. Sed πολλὰ δὲ δια hīc est præmia  
proponere, non certamina, ut male. In-  
terpretes, monente Amplissimo Cupero  
in Observat. lib. III. c. 20. Vide & quæ  
notavi ad Luciani Solœcistam. Sic &  
πολλὰ ἀγόνα in fragmento Pindari apud  
Plutarchum de animalium follertia:

Τιθερόντων ἀγώνας περίφρασις ἀριστάς  
Εἰς αἴτην τὸν τέλος.

*Propositorum præmiorum certaminis declaratio Virtutem in altas conjectit tenebras.*

v. 657. Τυρψ γινόμενα πάπιν τετραδ' ἀνάρτα] Monet Proclus quosdam scribere Τυρψ γινόμενον εἰς Χαλκίδην Στύον Ουνερ. qui non sunt audiendi. Decisum enim iam est & constitutum ab iis, qui temporum rationes descripserunt, Heliodium minorem esse Homero centum quasi annis, nec potuisse cum eo de palma certare.

v. 667. Εἰ μὴ δὲ τούτοις] MS. I. Εἰ δὲ μὴ τούτοις. v. 669. τίαρος est imperium, potestas, magistratus. Hinc οἱ τίαροι qui sunt curia imperio, magistratus.

v. 679. Ηὔρη δὲ τούτοις] Sic omnes editiones, quas vidi; cùm scribendum τίαρον cum MSS. Hoc mendum & in aliis locis sàpè sustulimus.

v. 688. Οὐσία ἀγοραῖς] MS. II. οὐσία ἀγοραῖς. Sic & in quadam libro se reperisse testatur Commelinus.

v. 691. Μέτρα κύρια τίμιατα κύριοι] MS. I. τίμιαται. non invenusta paranomasia, ut τιμίαται μαδίμαται, & infinita talia. Ver su sequente scribe: Δεῖνος γ' εἰς τὸν ἄμεικαν cum libro primo & Græcis Interpretibus omnibus.

v. 694. Μέτρα πολαρεῖαι] Non video cur viri doctissimi μέτρα h̄ic velint expōni tempus. Quis μέτρα accepit pro ταῦτα. Μέτρα πολαρεῖαι est modum tenere. Luciano μέτρα πολαρεῖαι. Epigramma de Nemesis in Antholog.

H Nέμεσις πᾶχιν κατέχει. πῶς ἔντει; Λέξει.

Πάσαις ἀπεγγέλλω. μαδίν ὑπὲρ τὰ μέτρα. Nemesis cubitum teneo? quamobrem? queris. Omnibus præcipio: nequid supra modum. Extat de eadem Dea in iisdem Floridis Græcorum Poëtarum aliud epigramma ejusdem argumenti, sed turpissima macula foedatum, quam mirum tot viros doctos, qui in illo vertendo elaborarunt, non animadvertisse.

Ελπίδα νοῦ Νέμεσιν Εὐρος παρθε βασιλ. ι-  
τευξι.

Tū ποὺ εἶ τὸν Καπίτον, η δὲ οὐρα μαδίν εἶχεν.  
Vertit magnus Politianus:

*Spem simul & Nemesis posita dicat Eunus in ara,  
Scilicet ut spes orania, nil habebas.*

Sic & Henricus Stephanus, & plurimi alii. Rem prorsus admirabilem Eunum Spem & Nemesis in eadem ara consecrasse, ut sperare quidem liceret, sed numquam potiri! Ad illam aram mortuos arbitrio fecisse, quibus omnis vita rerumque jucundarum spes delicuit, non miseros, quos bona illa Dea fovet, & melius cras forcè semper ait. Deinde quis umquam audivit Nemesis tam crudelē esse, quæ omnium desideriis intercedat, neminemque votorum compotem fieri sinat? Quin contra Nemesis credebat esse Dea, quæ omnes pro meritis accipiebat, ab improbis & insolentibus exigebat supplicia, bonos & modestos augebat præmiis, sic dicta Ήρα η τὰ τοιαν εἶχεν, quod suum cuique tribuat. Artemidorus lib. II. Οὐρεγενετικ. Nέμεσος ἀτὶ τῶν καὶ τριπλούς ζῶντας, τῷ μετρίοις ἀρθροῖς, τῷ φιλολογίοις, τῷ τοῦ φιλοτιμίου πάτε, τῷ τοῦ μεγάλων ἀρχαιοτήτων περγυμάτων ἀντίτια καρδιστας, τῷ λυπόδιῳ τῷ διηχειριδίῳ. Nemesis semper propitia est viventibus secundum legem, & moderatis hominibus, & philologis. At verò contra leges delinquentibus, & his qui aliquibus infidias struunt, & magnas res moliuntur, aduersatur, eorumque conatus impedit. Amm. Marcell. lib. XIV. Hæc & hujusmodi innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix aliquoties operatur Adrastia, atque ultimam semper, quam vocabulo duplice etiam Nemesis appellamus. propterea & paulo post addit veteres Theologos finxisse Nemesis esse Justitiæ filiam. Vides ergo non solum acumen & venustatem huic

hic epigrammati detractione descriptores aut corruptores; sed & ipsum sanum sensum. Omnia restitues, si mecum scribes ut Poëtam scriptisse planè decrevi & pro compertissimo habeo:

Ελπίδα την Νέμεων Εύνοις οὐδὲ βαρύν οὐκεῖ.

Tὸν δὲ οὐδὲ λαπίζεις, τὸ δὲ ιρα μηδὲ ἄγαρ.  
Spem simul & Nemeis in Eunus in eadem  
ara posuit, illam quidem ut spes,  
hanc ut ne quid nimis. Eunus Nemesis  
& Spem in eadem ara dedicarat,  
ne improbas spes concipiamus, & im-  
modica desideremus, ut simul θεοὺς,  
neque ultra sortem nostram effe-  
ramur. Sic enim dicebantur qui sic se comparabant,  
ut semper in omni vita ratione  
tenerent illud μηδὲ ἄγαρ. Galenus III. in  
πρότερον Hippocratis: Αὐθόποτοι θεοὶ κα-  
λούμενοι & μέτεοροι, οἱ μηδὲ ἄγαρ φερόμενοι κατὰ  
τὸν Βίον. Hominem ἴντενον vocamus mo-  
destum, cui ne quid nimis in omni vita  
curæ est. Has esse præcipuas Nemeseos  
partes, præter id quod superius attulimus,  
aliud ejusdem sententia epigramma antiquum testatur:

Η Νέμεων περιέγει τῷ πάχει τῷ τι χαλινῷ  
Μήτ' ἀμετέρη τε πατεῖν, μήτ' ἀχέλαια  
λέγειν.

Nemesis monet hoc cubito & hoc freno  
ne immoderatè quid agas, nec effrenatè  
loguaris. Αχέλαια λέγειν, ut apud Euripid.  
ἀχέλαιον σώμα. Tacito, procaecus lingua. Tu-  
midis verò, vanis ostentatoribus, & im-  
proba spe magna affectantibus Nemesis  
est infestissima. Claud.

Sed Dea que nimis obstat Rham-  
nusia votis

Ingenuit flexitque rotam.

Lucanus:

Et tumidis infesta colit que numi-  
na Rhamnus.

Ovidius ad superbū & suā felicitā-  
tem jactantēm:

Non metuis dubie fortunæ flantis  
in orbe

Numen, & exosa verba superba  
Deæ.

Nec ista Diva valde magna patiebatur  
esse diurna. Inde & si quid excellens  
peribat, adsignabatur Nemesi. Statius  
II. Sylvarum mortem formosissimi pueri  
adscribit Nemesi, quia nimiam ejus pul-  
critudinem ferre non potuerit:

Nectere tentabat juvenum pulcerri-  
mus ille

Cum tribus Eleis unam trieterida  
lustris:

Attendit torvo tristis Rhamnusia  
vultu,

Ac primum implevitque toros, oculis  
isque nitorem

Addidit, & solito sublimius ora le-  
vavit.

Heu misero letale favens, sequente  
videndo

Torsit, & Invidiam Mortemque  
amplexa jacenti

Injectis nexus, raptisque immitis  
adunca

Ora verenda manu.

Vide & Epicedium in Glauciam. Hoc  
caput ex Animadversionum Variarum li-  
bellis libuit hīc interserere. Redeamus  
nunc ex diverticulo in viam & ad He-  
siodium. Mīra hīc nihil aliud esse quam  
modum, non tempus, ut viri Græcè do-  
ctissimi notarunt, etiam ex præcedentib-  
us apparet. Præcipit enim Poëta, ut  
modum servemus in omnibus rebus, neque  
nimium credamus navibus, neque  
nimium onus imponamus curribus, utque  
singula agamus suo tempore, neque hy-  
eme, neque vere mare tentemus, sed ex-  
state, quod ille tempus navigandi optimum  
ducit. Hinc & statim sequitur  
præceptum de legitimo tempore uxorem  
ducendi. Kœch est tempus justum, op-  
portunum, ut etiam apud Latinos. Te-  
rent. in tempore venire quod rerum om-  
nium est primum. Apud eundem: per  
tempus advenis. Donatus: oportet.  
Sic igitur videtur hic versus interpun-  
gendas:

*Mίντη πυράνθη. Κακεῖς δ' ὅτι τοῦτο ἀ-  
εισγένεται.*

*Modum tene. Tempus vero in ora-  
nibus est optimum.*

v. 696. *Μίντη τεκνότητας ἐτίσιαν*] In MS.  
II. pro varia lectione notatum erat : *τεκ-  
νότητα*, quam lectionem Tzetzes probat  
invitis Musis.

v. 698. *Τίσιος ἡδην*] MS. II. *ἡδαῖος*. Pro-

clus, Tzetzes, Moschopulus, Pollux, do-  
cent omnes h̄c omisum esse *ἥδη*, &  
Poëtaræ sententiam esse, puellam quatuor-  
decim annorum esse nubilem. Sed &  
h̄c Latini Interpretes maluerunt errare,  
quād eruditorum magistrorum sententiæ  
subscribere.

v. 702. *Οὐ μή γά τι*] MS. I. *οὐτί γά τι*.

## C A P U T XXII.

Hesiodus emendatus. Γῆραις θύμε. Γλώσσης χάσειν. Gellius ex conjectu-  
ra emendatur. Καπὶ μέσογον τίσια. Hesiodus interpunctione restitu-  
tus. Noctes cur dicantur esse Deorum. Noctu in terris versari  
Deos Veterum opinio. Quintilianus in declamationibus emen-  
datus. Αὔλη. Αχεαυλοι ποιωμένες. Concubitum polluere Veteres cre-  
debant. Τάφος coena funebris. Χυτρόποδες. Ανθεράκια. Hesychius  
emendatus. Δάσκαλα. Mos Veterum in novis vasis lustrandis. Im-  
buere. Ακίνητα. Multi & graves aliquot Interpretum lapsus.

v. 705. *Ω Μῆ γῆραις δύκειν*] In secundo  
MSCto alia manus : *ωμῆ γῆραις δύκειν*. Et sic Stobæus legit cum Pro-  
clo & Tzeteze. Ille enim exponit : *πό-  
λιμνος τὸ γῆρας τὸ ἀρδηπονθέσιον*. Hic : *καὶ πας  
ἀλικίας ποθέσιος γηραῖος καὶ ἀρδηπονθέσιος*. In cru-  
dam senectutem ponit, facit ut ante tem-  
pus senescat. *γῆραις δύκειν* per ellipsis pro  
*ἐν γῆραις δύκειν*, hoc est, *ποθέσιον δύκειν*. Vul-  
gata lectio non potest ferri.

v. 709. *Γλώσσης χάσειν*] Et quod aliter  
dicitur *τίμες χάσειν, dicas gratia*. Glossæ  
Latino-Graecæ : *dicas causa τίμες χάσειν.*  
*Dicas gratia τίμες χάσειν* oī πατέρα Γαῖαν τῷ  
τομηρῷ. Interpretes sine sensu : *linguis  
gratia*. Sequentia lege ex MS. I.

— εἰ δέ καὶ ἀρχή

*Ηπ τὸν τὸν εἰπών.* Vertunt perperam :  
*Si autem cœperis aut verbum aliquod lo-  
cutus in seſſum, aut facias. Vide quæ  
notavimus ad vers. 294.*

v. 712. *Ηγῆτ' οὐ φιλόποτα*] MSS. ambo  
ιηστέ. v. 714. *Σὲ δὲ μή ποτε τεκνάγχεται  
τίσιος, οὐ τεκνός, πρὸ σὲ τεκνός.* Quæ arringtonis  
Homero familiaris. Quod non more-  
rem, nisi tantillæ rei ignorationem fra-  
udi fuisse Interpretibus, ut ineptissime  
hunc versum redderent, deprehendissem.

v. 716. *Νεκασῆπα*] Uterque codex :  
τεκνάπτηρα. Secundus pro *ἴπασην* εἴπασην. Vul-  
gata tueretur Eustathius ad Iliad. 2, p.  
713. *Εκ τῶν τεκνῶν, τεκνίων, τοῦ οὐ πατέρα Ησεΐδη  
τεκνασηπτηρά.*

v. 719. *Γλώσσης τοι θυσιωρέης*] Hunc lo-  
cum Latinè fecit Gellius lib. I. Noct.  
Att. 15. *Hesiodus Poëtarum prudentissimus* linguanam non vulgandam, sed re-  
condendam esse dicit, perinde ut *tbesau-  
rum*; *cujusque esse in promendo gratiam* plurimum, *si modesta, & parca, & mo-  
dulata sit*. Sed aut Gellius non intelle-  
xit quid sit *καὶ μήτερν* θυσια, quod non est  
mo-

modulata, sed modum tenens, quæ co-  
ercent & reprimunt effrenem loquacitatem,  
ἀχείρες ἀλύτοις, inanem futilitatem, quæ  
μέτρα φύλανται in loquendo: aut forsitan  
scripsit: *& parca & moderata sit.*

v. 721. Εἰ δὲ καὶ τοῖς] Affert hinc  
Proclus similem Alcæi sententiam: *οὐκ*  
*δημοσία τὰ δίκαια, αὐτόν τοι εἰ δίκαια.* Quam  
quasi de verbo ad verbum Latinè expres-  
sit Terentius: *si mibi pergit quæ vult*  
*dicere: ea quæ non vult audiet.*

v. 722. Μηδὲ πολυζήτε διατίπειρας  
ἢ δι καρπού] Hujus loci hic est sensus:  
*Ne in convivio quod multi instruunt*  
*amicis sis morosus de symbolis.* Διάς ω.  
Διῆσθε δι καρπού est convivium quod de  
symbolis instruitur à multis amicis. Ta-  
lia convivia dicebantur ἔπαντα. Hesych.  
ἔπαντα τὸ πολλὰ μορία. Terentio *de sym-*  
*bolis esse.* Convivæ ἔπαντα, νοστροῦ. Sed  
hæc obvia sunt & à viris doctis pridem  
observata.

v. 726. Οὐ γάρ πάγια καίνεται] MS. & γάρ δ'  
οὐγά.

v. 727. Ορδὺς ὄμώχειν] MS. I. ὥρδης. ma-  
lè. Veteres qui vestibus longis uteban-  
turi, exoneraturi vesicam non erecti sta-  
bant, sed procumbebant in terram, ut  
pedes vestibus tegeantur. Hinc pedes  
vestibus tegenteruntur. Hinc pedes tegere  
sacris Scriptoribus est ventris aut vesicæ  
excrementa ejicere. Græcis ἐργάταντο  
ἰδίντες. Ad idem vestitus genus pertinet  
istud præceptum, quo statim Hesiodus  
vetat nudari αἰδία meientum.

v. 728. Αὐτῷς ἵπτεια δύν] Uterque co-  
dex: Αὐτῷς ἵπτεια καὶ δύν. Primus postea:  
μεμνηθέος εἰς ἀγρίους. post ἀγροντα delen-  
da distinctio. Sic autem vertendi sunt  
hic & sequens versus. *Sed etiam post-*  
*quam occidit, memor ejus rei, adversus*  
*orientem, neque in via, neque inter eun-*  
*dum extra viam meias.* In vulgata ver-  
sione nihil sani.

v. 730. Μαρκόπον τοι μέτρης ἴσων] MS. I.  
ἴσων. Quæ hinc Moschopulus & alii tra-  
dunt de sententia Hesiodi, cur noctes

dicat esse Deorum, non sunt nauci. Ne-  
mo Poëtam interpretaturus tam hospes  
esse debebat in lectio Poëtarum, ut  
ignoraret illorum sententiam fuisse, no-  
natum Deos versari in terra & hoc orbe no-  
stro inter homines, interdiu sedes supe-  
ras colere. Stat. I. Sylv. I.

— *Huc sub nocte silenti*  
*Cum superis terrena placent, tua*  
*turba relicto*  
*Labetur calo.*

Quintil. declamat. X. *Quotiescumque*  
*domus fuerat grato sopore prostrata, ad-*  
*erat ille, quales humanis se offerunt oculi*  
*propitiū Dii, quale letissimum nu-*  
*men est cum se patitur videre. Sicut*  
*omnis religio templorum, omnis religio*  
*lucorum, cum tacuere mortalia, & pro-*  
*fani procul, errare sedibus totis, solitu-*  
*dine frui, & de suis dicitur exire si-*  
*mularis: ita juvenis meus noctibus*  
*totis agebat filium, & paterna domo ac*  
*penatibus suis fruebatur placidus & mi-*  
*ritis, & matri propitius, ut numen &*  
*Deus delabi syderibus, & venire de li-*  
*quido puroque aère videbatur. Sic le-*  
*gendus hic locus, & distinguendus. Vul-*  
*gò malè habet. Hinc pleraque Ἀπάρτεια*  
*non solum apud gentiles, sed etiam in*  
*sacris libris noctu dicuntur factæ.*

v. 732. Εὐρύκειος αὐλῆς] Αὐλὴ non est  
atrium, ut Interpretes existimant; sed  
caula. ut serè semper antiquissimis Scriptoribus  
αὐλαὶ sunt mansiones ὄντων, in  
quibus oves, capræ & alia animalia mi-  
nora stabulabantur. Pollux lib. I. & οἱ οἰ-  
βοι ἵστροι βέσσαμα, βεσσάμα, βεσσάμες. & Ν  
αὶ οὐς τῇ αἴγα, αὐλὴ καὶ οὐκός. Apollon. Ar-  
gon. I. 575. & 1173. ac ſcapè apud Homerum.  
Quoniam vero sub dio erant, inde αὐλίζειν & ἀχειρεῖν est sub dio agere.  
In Theog. v. 26. τοιμήτες ἀχειρεῖς, sunt  
pastores *sub dio agentes*, non, ut Interpretes, *in agris pernoctantes*. Quem er-  
torem quoque B. Lucæ Interpretes erra-  
runt, in capite secundo: sed quem du-  
dum castigavit If. Casaubonus.

v. 733. Μηδ' αἰδία γένη μεταγενέσθιος] Immerito Proclus hic Hesiodum exagitat, quasi in nimis exilibus tradendis versetur, & de rebus levibus præcepta præscribat, dum verba in propria notione accipit. Sed Hesiodi verba sunt μεταγένεσθια. Hoc autem vult à concubitu etiam legitimo non rem sacram esse faciendam, ne domi quidem, nedum in publico, ni ante lauto & lustrato corpore. Tibullus:

— discedat ab aris  
Cui tulit besterna gaudia nocte Venus.

Hinc solebant se purificare. Suet. Aug. 94. de Attia Augusti matre, quæ cum dracone in templo visa sibi est voltari: *expergefacta quasi ex concubitu mariti sc̄e purificavit.* Quin & alia negotia suscipere non licebat iis qui propter dōmierant, nisi antea essent lustrati. Columell. XII, 4. de pistoribus, cocis, celariis: *His omnibus placuit eum qui rerum barum officium suscepit, castum esse continentemque oportere, quoniam satum in eo sit, ne contrectarentur pocula, vel cibi, nisi aut ab impube, aut certè abstinentissimo rebus Veneris: quibus si fuerit operatus, vel vir vel fœmina, debere eos flamine aut perenni aqua priusquam penora contingant ablui.* Propter quod bis necessarium est pueri vel virginis ministerium, per quos promanatur, quæ usus postulat. Nec Christianis olim licebat statim sacris operari, si cum uxoribus consueverant. Gregorius M. respons. ad Quæst. X. Aug. Episco. Ang. *Vir cum propria conjugi dormiens intrare Ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet.* Paulld p̄st: *Et quamvis de hac re diversæ hominum nationes diversa sentiant atque custodiare videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem propriæ conjugis & lavacri purificationem ab ingressu Ecclesiac pau latim reverenter abstinere.* Sed quando

rectius sapiens illa foemina, cum consuleretur, quando post concubitum licet mysteriis interesset, respondit; si cum tua uxore rem habuisti, statim, si cum aliena numquam.

v. 735. Μηδ' ἦπι δυορίων τάχει] Tāp̄ος h̄c non est bustum, sepulcrum, ut rursus malè Interpretes, sed στόλον, sūlernum, coena funebris, quæ opponitur dñi dñv, hoc est convivio quod celebratur die festo, aut post-sollemne sacrificium. Nullum enim sacrificium sine epulis. Hesych. Tāp̄ος τὸ μεταγένεσθιον δῆι τὴν τροχοβόλην τημῆν. Tāp̄ος est convivium quod celebratur in mortuorum honorem. Homer. Iliad. 4. v. 29.

Ἄντηρ εἴ τοι τάχει περινέα δύειν.  
sed ille bis funebres epulas lautas instraxit. Ab hac ferali coena redeentes vetat Poëta liberis operam dare mali ominis causā, quia, ut puto, vana superstitione capti credebant minimè vitales futuros, qui ex hac μέσῃ procrearentur. Hinc vocat δυορίους, & quia Græci & Romani statuebant omnia feralia pollere propterea purgabantur ab exequiis redeentes. Festus: *Funus prosecuti redeentes ignem supergrediebantur adspersi: quod purgationis genus vocabant suffitionem.*

v. 748. Αὐτὸς χρεοπόδας ἀντεργένετος] Ab ollis nondum dedicatis. Sic verte. Χρεοπόδες enim χίραι, ut Proclus aliique monent. Alioqui sunt ἐξαρτὰς τῆς μαζευτοῦ, foculi sive sint fixi, sive mobiles, qui carbonibus implebantur & quibus imponebantur ollæ, quæ & λάσσα dicuntur & ἀνδράκια. Hesych. Ανδράκιον τὸ μακρὸν τετράδον, οὐ λίθος τίκτων οὐ διαπλάσιφ, καὶ χρησοπόδας, οὐ τῶν μακρὰ κόμιτος. Sic scribendus hic locus, sine sensu vulgo legitur & laudatur à viris Græcè doctissimis χρησοπόδαις. Pollux X, 24. Χρεόποδας ἐστὶ τῷ τῷ λάσσα κεκαμένοις εὑρεῖν, ὡς Διοσκοὺς οἱ Μήναιοις. Απὸ λασσάνων θερμῶν ἀφαιρήσων. Ετ δὲ τῷ φερότῷ τῆς Ιππόνακτος ιάμβον εἴρεται χρεοπόδας. οὐσιών οὐ παξ' Ησιόδῳ.

Μὴ δὲ χρηστόνεσσιν ἀντιτίθεται ἀνάλ-

τα.  
Αλλὰ σέτο μὲν ἔπειρον τὸ θυμόν. οὐτοὶ δὲ Διόφλο-  
ῖον ἐπιτίθενται λέγον, Χύτεον μίγαν παρεῖ τὸ μαζεῖον.  
Δηλοῦται τὸν χύτεον λέγον, ἀλλ᾽ εἰ τὸ χυτεῖον τοῦτο.  
Paucis interjectis: Χυτεῖοδε τούτο τὸ ή ἀν-  
δράκιον εἶπεν, Αλέξανδρος εἰπώντας τὸ Αντικόν. Καὶ  
μήτιν περὶ μὲν ἀνδράκιον τὸ μίγαν πάντα τὰ κυ-  
κλινα μεστόν. Καὶ γὰρ οὐκέτι οὐραῖον φέγγαντα,  
ἀλλὰ τὸ παντού τέλεορον. Καὶ μήτιν θράψας εἴ-  
πεις εἷς τὸ ἀνδράκιον σέτο τὸ ή θράψεον. Λεισθέ-  
νες οὐ ταχινίστες εἰπόντες θράψαν. οὗτος Σεπτεμβρίος  
τὸ Φυγατός. Πλέον δὲ κομιστοὶ ματίς θυμαλάπινον  
μετέντεντο θράψαν. Apposui plurimula verba,  
quia ex illis discimus quid fuisse χυτεῖον,  
λέσσαν, ἀνδράκιον, quod video ignorari.  
Plerique enim putant esse trullæ,  
ut P. Septimius Florens, vir elegantissimus,  
in Aristophanis οἰράνη, qui hos  
versus

— θράψαν γένεται

Περὶ τὸν τοῦ λέσσαν τῷ βαλῆ τοτὲ οὐ.  
sic interpretatur:

— ante bellum hic scilicet  
*Trullæ* petere in gratiam Senatus.  
Cūm non sint trullæ, sed foci ad quos  
carnes coquebantur Senatui post sacrificia.  
Vide ibi antiqua scholia. χυτεῖοδε  
autem sunt ipse χύτεον ουραλάπινον, ut  
templa lapidata apud Sueton. Calig. 6.  
non sunt grandine icta, ut exponit vir  
plurimæ lectionis C. Barthius in Adver-  
sariis, sed Dii lapidibus impediti. Ve-  
teres autem nullis vasis solebant antè uti  
ad cibum potumque capiendum, nisi

antè lustrata essent libatione ex iis Diis  
facta. Proclus ad hunc locum τὸ χύ-  
τεον μὴ θερόν φάγεται πεινάεις εἰς αὐτὸν  
τοὺς θεούς. Ex ollis non antè cibum ca-  
pias, quām ex iis Diis libaueris. Sic  
patinam dedicat Vitellius apud Suetoniū:  
Hanc quoque (canam) superera-  
vit ipse dedicatione patina, quam ob  
immensam magnitudinem clipeam Mi-  
neruam Aixida πανύχιον dictabat. Hoc  
Latinis propriè est imbuere, quia tum  
vasa illa imbuebant vino quod Diis li-  
babant. Inde postea imbuere de omni-  
bus rebus, quæ primo usui nostro ac-  
commodantur. Catullus de Argo nave:  
Illa rudem cursu prima imbiuit Am-  
phitriten. Etiam de ipsis hominibus di-  
citur: Florns II, 3. Corridiani & do-  
mestici hostes tyrocinia militum imbu-  
ebant. Tacit. I. ann. 26. Imbuereque  
præda rauca in direptionem Galliarum  
erupturas. Id. III. Hist. 15. Ut civili  
præda miles imbuerebetur.

v. 750. Mod' ἵνα ἀκρίτους τρέψεν] Re-  
ctè αὔτη Veteres exposuerunt τάπας.  
In bustis enim stare, sedere, immo busta  
videre habebatur pro diro & infasto  
omine. Quam superstitionem gentilium  
derider Theodoretus sermone VII. Si-  
gnificans εἶλον. Μόνον ιανθαλάπινον τὸ ει-  
λέσσεται τάπας. Nefas habetis accede-  
re ad sepulcra. De his multa viri do-  
ctissimi notarunt ad Theophrasti chara-  
cteres.

## C A P U T XXIII.

Vulgatus index Ημέραι expunctus. Fausti dies & infausti, sicut & horæ in fastis notatae. Commoda sydera. A Jove omnes dies. Hesiodus emendatus ter. πεπηκασμόν. Antiqua lectio Poëtæ vindicata. Τιτλογράφη ήμερα. Quaternarii numeri sanctitas. Φύσις αἰώλα, Παναίωλος. Nicomachus Gerasenus & Anonymus antiquus Scrip-  
tor correctus & explicatus. Hesiodo lux. Orcus. Ὀρφεός sepul-  
crum. Menandro medicina. Orcus perjurii vindex. Virgilius  
defensus. Hesiodus denuo correctus. Μετάδιγμα.

**H**ΣΙΟΔΟΤ ΤΟΤ ΑΣΚΡΑΙΟΤ  
ΗΜΕΡΑΙ] Nec hic index in  
Vossii codicibus, nec in Gudii Proclo  
est. Quin nec ullum distinctionis vesti-  
gium appetet. In nonnullis tamén libris  
recentioribus titulum istum extare viri  
docti monuerunt, in Veteribus verò non  
conspici, à quorum auctoritate nobis dis-  
cedere religio est.

v. 765. Ήμέραι δὲ τὰ Δεῖδεν] Veteres,  
ut etiam nunc superstitioni homines, a-  
lios dies faustos, alios infaustos ac inau-  
spicatos ad aliquod opus inchoandum  
ducebant, quos vocabant ἀρχέδειοι, ἀπο-  
ύσιοι Latini *Egyptios*; *ominales*, *religio-*  
*sos*, *incommodes* (sicut contrà ea com-  
moda sydera sunt fausta. Propert. II, el.  
26. *Queritis & calo Phoenicum inven-*  
*ta sereno Quae sit stella bomini commo-*  
*da, quæque mala.* Eodem modo Græ-  
cis οὐρανοῖς ἀπίδειοι, & ἀριστίδειοι) qui in  
veterum fastis erant notati ut semper  
cognosci possent ab aliquid aggressuris,  
felix ne esset ille dies, nec ne. Petronius  
narrat in triclinio Trimalcionis duas  
tabulas fuisse in utroque poste defixas,  
quarum altera *luna cursum*, *stellarum*-  
*que septem imagines pictas*, (sc. habe-  
bat) & qui dies boni, quique *incommo-*  
*di effent*, *distinguente bullâ* notabantur.  
Non verò dies tantum sed & horæ fau-

stæ habebantur, aliæ infaustæ. Quod &  
Proclus observavit addens Diis dicatum  
esse meridiem, Heroibus verò tempus  
pomeridianum, ideoque esse inauspicatu-  
mum: auspiciatissimum verò matutinum  
& vespertinum. Hinc superstitioni nihil  
auspicabantur, nulli se accingebant ope-  
ri, nisi inspectis ephemericibus, ex qui-  
bus capiebatur dies & hora fausta. Ju-  
ven. Sat. VI. v. 576.

*Ad primum lapidem victari cum  
placet, bora  
Sumitur ex libro: si prurit frictus  
ocelli  
Angulus, inspecta genesi collyria po-  
scit. &c.*

Hæc superstitione primùm ab *Egyptiis*  
profecta, unde dies *Egyptiaci* dicun-  
tur. Augustinus in epistolam ad Gala-  
tas: *Jam vero ne aliquid inchoëtur aut*  
*adifiorum, aut ejusmodi quorundam libet*  
*operum diebus, quos Egyptiacos vo-*  
*cant, saepè etiam nos monere non dubi-*  
*tant.* Damnati sunt à Conciliis & Pa-  
tribus primæ Ecclesiæ. Meritè. Nec ta-  
men nostrorum fastorum auctores ab hac  
ridicula gentilium opinione possunt de-  
duci. Tam difficulter inveteratæ opinio-  
nes & errores eradicantur. Hesiodus au-  
tem felicitatis dierum & infelicitatis cau-  
fas tribuit Jovi.

Ημέτερ δὲ διάδει παραγόμενος τὸν κατὰ μηῆραν.

Dies vero ex Jove observans ut decet.  
Et paullò post:

Ἄλλος γάρ ἡμέραν εἰσὶ Διὸς παρὰ μηῆρας.

Dies enim sunt à Jove sapiente. Ubi malè Interpretes: *hōrē enim dies*. Omnes dies sunt à Jove. Noster iterum:

Οὐρανοῦ γάρ τοι τὴν ἡμέραν ἐν Δίᾳ εἰσι.

Quosquid noctes ac dies à Jove sunt. Ut mirer doctos viros hīc tricari. Superius in ἕρμοις v. 563.

Εὖτ' αὐτὸς δὲ ἀπίκεται μὲν τροπής μελέτου  
Χείρους ἐπιτάσσει Ζεὺς ἡμέραν.

Cum autem sexaginta post brumam hybernos dies Jupiter exegerit. Homerus;

Ταῦτα γάρ τοι τὸν θηραριῶν ἀνθρώπων  
Οὐρανοῦ δὲ μηῆρας ἔγινε πατέρας τοι Θεῶν

πτ.

Talis est hominum terrestrium mens  
Qualem diem inducit pater deorum  
& hominum.

Sic enim antiquissimos accepisse hos versus testantur Eustathius & Sextus Empiricus lib. V. aduersus Mathematicos, qui Chaldaeorum opiniones expludit. Vide & viri praestantissimi & magnæ eruditio-  
nis Merici Calauboni, magni parentis dignissimi filii dissertationem de hoc Homeri loco, eternum monumentum amicitiae, quæ inter nos intercedit.

v. 765. Τερτιάρη πλωτὸς] Tertiāris est ultima dies, sive trigesima cujusvis mensis. Veteres olim singulos menses crede-  
bant esse triginta dierum, quamvis id, si calculos ponas accurate, verum non sit. Solon, teste Plutarcho, hunc trigesimum diem vocavit τριήμην τριανταριανον, veterem & novam, quia pars ejus diei pertinebat ad lunam veterem, pars ad novam. Vide quæ hīc notant Proclus, Moschopulus, Tzetzes, & in primis Petavius in variis dissertationibus ad Uranologiam, Lib. IV, cap. 13.

v. 781. Σπέρματος ἄρξανται] MS. I. αντι-  
μετα δέσμαται, quod & in secundo habe-  
tur pro varia lectione. Metri causa le-

gendum δέσμαται. Sed vulgatam non damno.

v. 783. Κέρη δὲ σύμφορος οὔτε] MS. I.  
ἀσύμφορος.

v. 785. Κέρη τοι γνίσται] Nullus dubito quin omnes probatari sint MS. I. lectio-  
nem: κέρητος γνίσται. Sic quoque legendum  
versu 794. κέρητος δὲ τοι τηράται. Vulgo in-  
epit: κέρη δὲ τοι τηράται. In recentissimis  
editionibus cum jactura metri, κέρη δὲ  
τηράται.

v. 793. Ισόρα φῶτα Γίνεται. μήτη γάρ τοι πατρυριώδης οὔτε] MS. I. γένεται. MS.  
II. μήτη. Sic & Palatinos codices legi-  
se testatur Commelinus, quibus adstipu-  
lantur editiones Basileenses Isingrini &  
Oporini, quas sequor. Ibidem malè non-  
nulli scribunt πατρυριώδης. πατρυριώδης  
enim Græcis dicitur homo prudens, &  
versutus eadem ratione qua Latinis cal-  
lidus, cuius scilicet animus ita rerum  
usu occalluit, ut falli facile non posset.  
Phædro retorridi dicuntur. Hoc verò  
sine præclaris ingenii dotibus consequi  
nemo potest, etiā à primis annis in luce  
fieri & hominum fuerit versatus.

v. 797. Περιπλάνητος δὲ θυμῷ πηγάδας ἀλεύ-  
σαται] Hos tres versus ineptissime & im-  
peritissime verterunt Interpretes: *cau-  
tus verò estο animo ut quartum vites  
desinentis & inclinati mensis, doloribus  
conficiendo animo, valdè bac accommoda-  
est dies*. Nihil potest fangi imperitius,  
nihil insulsius. Miror viros eruditissi-  
mos, qui hunc Poëtam ediderunt, istam  
inscitiam non castigasse. Hesiodi vero  
hīc mens est: *Teneto verò memoria  
quarto die ut vites finientis & inclo-  
antis mensis doloribus confidere animum;  
valdè bac sacra est*. Vides sententiam  
Poëtae rectè aduersari Interpretum La-  
tinorum versioni. περιπλάνητος θυμῷ, ut supe-  
riùs: *τοι θυμῷ δὲ τὸν πάντα φυλάσσει, animo  
autem βασιοσε omnia custodi*. Τεττακοτि-  
τον θυμῷ est ἡμέρα, ut apud Gregor. πλεῖον  
ἡμέραι est festum celebrare. ἡρτη δὲ Χεισῶ  
τελευτή, festus dies Christo dicatus, qui  
cele-

celebratur in honorem Christi. Quis ignorat *πλετάς*? Quarta verò finientis mensis est quarta & vicesima mensis dies: quarta verò inchoantis est quarta à kalendis. Apud Græcos enim in quolibet mense tres erant quartæ dies, *πεντηρά πεντηρά μεσήντος, πεντηρά φεγγίντος.* Prima quarta, *πεντηρά ισαμέντος*, est quarta à kalendis: secunda quarta *πεντηρά μεσήντος* est quarta post decimam: tertia quarta *πεντηρά φεγγίντος* est quarta post vicesimam. Sic etiam sunt tres tertiae, quintæ, sextæ, septimæ, octavæ, nonæ in singulo mense. Paullò ante *μέσην τητάρτου, media quartæ* meminit, quæ est quarta decima, *πεντηρά μεσήντος.* Versu 812. & sequentibus tres nonæ, *τετάρτες* commemorantur. Et hæc satis obvia, quæ non notassem, nisi viderem esse qui nesciant qui per *τητάρτα φεγγίντος ἡ ισαμένη μῆνος* dies sint intelligendi. Ceterum numerus quaternarius quādā sanctus fuerit antiquis, præcipue Pythagoreis, & quam vim ei tribuerint neminem paullò humaniorem fugit. Inter varia cognomina dictus etiam fuit *Φίλος Αἰολός.* Nicomachus Gerasenus in *Αεριθυπτικῶν θεολογικῶν* libris: *Η δὲ τητάρτη πάλιν αὐτοῖς θεῖμα μέγιστον, ἄλλη διὸς, &c. ἐστὶ γὰρ αὐτοῖς τὴ φυσικὴ δύναται ποιῆσαι καὶ ελεύθερος τὸ φύεται, &c. ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸς φίλος τοῦ Αἰολοῦ.* Vertit A. Schottus: *Quaternarius item magno ipsis est miraculo, novus Deus &c. Fons ipsis est naturalium effectuum, atque naturæ claviger, &c. In toto natura ipsa est & varietas.* Sed num *Αἰολα* est varietas? Meursius in denario Pythagorico legit: *Αἴολε φίλος ex Anonymo in Theolog. Arithmeticis: Αἴολε φίλος καπανθράστης τῷ πεντηρά ποικίλῳ ἐμφάνιστες τὸ οἰκοδότης καὶ ὅπερ ἐπὶ ἄγρῳ ταῦτα ἔχειν οὐδεκοσμοῦσις.* Μᾶλλον καὶ ελεύθερος πατέας παταχῆ ἐπινομάζον. *Æoli naturam appellabant quaternarium, varietatem proprietatis indicantes: & quod absque eo non sit universalis constitutio, unde etiam clavigerum naturæ quemdam*

*ipsum undique cognominabant.* Sed quid est *Æoli natura?* Æolus Vulcaniarum Insularum Rex fuisse traditur, & cœlestium motuum peritus, ideoque ventorum dominus. Quid verò ille ad naturam rerum omnium parentem? Rechè se habet lectio Nicomachi, nisi quodd copula sit exterenda, legendumque: *ἄλλα τοῦτο φίλος αἰολα.* Dorica Dialecto, qua utebantur Pythagorei & omnes magnæ Græciæ incolæ pro *αἴλων.* Sic vice versa emendandus Anonymus ex Nicomacho, non contrà. *Αἰολός, & Παραίολος* sunt *φίλοις* propria epitheta. Ratio nemini potest esse obscura. Inscriptio antiqua apud Gruterum:

Φ Τ Σ Ι Σ Π Α Ν Α Ι Ο Λ Ο Ζ

Π Α Ν Τ. Μ Η Τ.

Fuit, qui me reprehendit, quodd Nicomachum Gergasenum dixerim, uti vocatur apud Photium, præfatus nullos umquam fuisse Gergasenos, sed eos dici Gerasenos. Verum si Photio non credit, credat Matthæo, qui eos vocat, Cap. VIII. 28. *Gergeſenos.* Nimirum eadem urbs vocabatur *Γέρεσσα,* & *Γέρεσσα,* incolæ Geraseni, Gergaseni, & Gergeſeni, quos etiam hoc nomine appellat Josephus II. de Bello Judaico 20.

v. 804. *Ορκοὶ πινακίδαι.*] Interpp. *Perjurium vindicantes.* Quis audivit ὄρκον esse perjurium? ὄρκος *Ἄγειραιν* est jurisjurandi fidem violare, perjurum fieri. Sed ὄρκος numquam simpliciter est perjurium. Ceterum in MS. I. legitur: *ὄρκος γενεθλίου. Orcum natum.* Sanè sic legisse videtur Virgilii: *quintam fugere pallidus Orcus Eumenidesque satæ.* Ubis Servius: *Hesiodus Orcum quintā lunā dicit natum.* Ex Celso quoque tradit Orcum esse jurisjurandi Deum, pallidum dictum quia jurantes trepidatione palestcant. Apud Orcum enim defunctas animas jurare, ne quid suos, quos in vita reliquerunt, contra fas adjuvent. Or-

## LECTIONES IN OPERA ET DIES. 343

Orcus Latinis est Pluto, summus inferorum Deus. Cic. in Verr. *Ut alter Orcus venisse Etnam, & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videtur, hoc est, alter Pluto.* Plaut. Poen. I, 130.

*Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit.*

Et sic Latini frequenter. Nonnullis tamen non Pluto, sed Charon Orcus est. Glossæ Philoxeni: Orcus οὐρανός. Quin & Silius Italicus Cerberum dicit Orcum.

*Illatrat jejunis faucibus Orcus  
Armenti quondam custos immanis  
Iberi.*

Ut Veteres videantur omnibus inferis tribuisse nomen Orci, quod à Græcis illos accepisse certum est, quod ὄχος vocarunt sepulchrum, ut bene observat Maximus Scaliger ad Varrorem ex Menandro:

Οὐ πάπιτ' ἀλλοι τολμεῖν τοκεῖν.

Εἰς δὲ ιων ὄχος τῷ σφέδερπ' ἔρχεται ὑπὸλιν.

*Numquam in video mortuo opulentio, in simile sepulcram venit etiam valde tenais. Sic hic locus legitur; pro quo male substituit vir summus ὄχος recte tamen scriptis ὑπὸλισ, cùm aliter legeretur ὑπὸλιν. Οχος sanè fuisse Deum inferorum, patet ex hoc loco Hesiodi, qui illum conjungit cum Furiis, & natum dicit ab Erine in perjurorum poenam. Vide & in Theog. v. 231. Sicut autem οὖσ, hoc est, Pluto, sic & ὄχος inferorum Deus pro sepulchro ponitur. Ex lectione autem nostri codicis appetet Virgilium non esse hallucinatum, quod Salmasius in libro de annis climactericis*

contendit, cùm scripsit Orcum natum esse quinto die. Sic enim invenit in suis exemplaribus, ut legitur in primo Vossiano. In hoc tamen abit à sententia Hesiodi, quod illo die Erinnidas quoque natas canat: cùm Hesiodus tantum dicat illas versari apud superos, ad vindicanda scelera flagitiosorum hominum. Sed forsitan hoc secutus est Orpheum, & Melampodem; qui & ipsi commodorum & incommodorum dierum ephemerides ediderunt cum illorum causis, ut Græci Interpretes, qui illorum testimoniis sèpè utuntur, ostendunt.

v. 812. Εσθὶ μὲν τὸ τὸν φυτεύμενον] MS. I. Εσθὶ μὲν τὸ τὸν φυτεύμενον. Bona siquidem est hæc ad plantandum.

v. 818. Παῦει δὲ τὸν ἀνθεῖα καλόντα] *Pauci veracem dicunt.* Inde Virgilius ait illum diem esse contrarium furtis. *Nona fugæ melior contraria furtis.* Furtibus enim fraudi est veritas. Hic est hujus loci sensus, quem & Salmasius διτρον vidit.

v. 820. Μίστη παῦει δὲ αὔτη μετ' εἰρήνην] MS. I. μετάπομπη παῦει δὲ μετ' εἰρήνην quod placet. Subintelligendum autem hinc iouon. Paulò autem rīna πανακτίδη perperam vertunt *bene elevatam*, cùm sit πανακτίδη in qua multa sunt sedilia remigum. Κλιῆς enim sunt transtra. v. 823. Μηδόνται sunt μετέχοντες, dies intercedentes, qui inter faustos & infaufostos voluntur. Vulgo *incerti* vertunt. Μηδόνια est παῖδες. Unde Catadupa Ciceroni Nili cataractes dicitur, quod de altissima rupe præceps cadat.

Δόξα τῷ Θεῷ.



VARIORUM NOTÆ

I N

H E S I O D U M.

X x



# VARIORUM NOTÆ IN THEOGONIAM.

V. I. **M**ουσαὶ Εὐκαινίδεις ἀρχέ-  
μεδέδινοι] Priorē cen-  
tūm quindecim versū  
sunt suppositi. Theogonia incipit versū  
116. H̄tu μὲν αράντα χρεῖ θύτ' &c. Ga-  
tus.

1. Εὐκαινίδεις] Rectè vetus Scholia-  
stes patrias Musas à Boeoto vate invoca-  
ri obseruat. *Helicon* mons fuit Boeotia,   
ita dictus à Phœnicio *bhalik* בְּהַלִּיק aut  
*בְּהַלִּיקון*, que vox montem al-  
ium sonat. Vide Sam. Bochartus Lib.  
I. Chanaanis, Cap. xvi. ubi ostendit  
plena fuisse Boeotiam & colonis & no-  
minibus Phœnicis. *Clericus.*

2. Τάσιν τῇ] *Divinissimum* montem  
vocat, propter numerum Deorum, qui  
in eo versabantur; quales Musæ, Orea-  
des, Dryades, Naiades &c. Infra v. 129.  
vocat

— ἡρά μαρὰ θῶν χαείντες θράλλες  
Νυμφάν.

*Longas montes Deorum grata habitacula*  
*Nympharum.* *Clericus.*

3. Ιωνίᾳ] Malim μαράνδηροι interpre-  
tari. οὐ τὸν ἐν ferragine, quia eo epithet-  
o significatur copia aquæ; que non est  
ἰωνίς, nisi sit profunda, ac proinde copio-  
sa, & perennis, que laus est fontis.  
Ided Homerus, & post eum *Hesiodus*  
vocant ιωνία πότα, id est, profundum.  
Ided Poëtæ Latini *cæruleos* fontes vo-  
cant, ut *cærulea Liriope* dicitur *Ovidio*  
*Metam.* III. Confirmatur hæc interpre-  
tatio, ipsa significatione propriâ vocis,

que significat quod habet *īas*, seu spe-  
ciam. Non potest autem dici fons  
speciem habere *floris*, licet sit floribus  
cinctus; sed rectè dicitur habere *speciem*  
*ferraginosam*, ad colorem quod attinet.  
*Clericus.*

4. קָדְשֵׁי בָּאָתִים קְרִיבֵי.] Non  
modò in' altaribus sacra faciebant, in  
honorem Deorum, sed & circa illa cho-  
reas agitabant. Vide not. ad Exod. C.  
XXXII, 6. *Clericus.*

5. פְּרִמְנוֹס] Intellige *ādūs*, *aqna*,  
quod in versione exprimendum fuit. Per-  
meffus est Phœnicie בָּאָתִים phe-  
metso, hoc est, *patus* aut *fons parus*,  
nam Radix יְצֵא hanc significationem  
obtinet, apud Arabas. Commodior hæc  
visa derivatio quam Bocharti בָּאָתִים-פְּרִמְנוֹס  
beer-metso, fons processus, nempe,  
quaerans. Fons est, aut fluvius ex He-  
licone profluens, & qui cum Olmio  
confluit in Copaidem lacum. Vide Stra-  
bonem Lib. IX. *Clericus.*

6. Ἀπαντήσις] Phœnicie dixeris, ut  
rectè Bochartus, eodem loco, בָּאָתִים-בָּהָבִיגָן  
bappigran, quod *fons* erumpentem  
sonat, & corruptum in Hippocrenem,  
ortum fecit fabulus, quasi esset *xplūn* in-  
re *fons equi*, seu ab equo excitatus.  
*Clericus.*

חַוְלָה] Phœnicia voce, נִזְנִית  
*bhal-majo*, dulcis aquis, eodem conje-  
ctore. *Divinus* dicitur, propter memo-  
ratam rationem, cum de Hélicone ser-  
mo esset, ad v. 2. *Clericus.*

8. Ἐπεξόστρον] Firmiter saltabant. Ita vero, cùm aliæ editiones habeant verbemēter tripudiabant. Vox Græca vim & stabilitatem denotat. Hesychius Ράμνης οὐ ιχνεύει τὸν λαόν. Et firmiter saltare decorum habetur. Sic. Schol. Antiq. Εὔφορος οὐ σωτήρας ὀρχύει, οὐ δημοψήρας ιχέντων. Rob.

9. Ήσεις πολλαῖ] Pleraque Editiones habent πολλαῖ. Sed MSS. Gresh. & Bodl. scribunt πολλῷ, quam quidem lectionem præfero; àc enim frequentius masculino genere usurpatur. Rob.

10. Οαῖς] Τὰς θεῖας φωνὴν, οὐ τὰς θεῖας κλαυθρά, οὐ περ Ομίλου. Η δακτυλοῦ — Ex Διὸς. Schol. Ant. In sacris Scripturis majestas quædam terrifica, & vis fatalis θεοῦ vox attribuitur. Vide Deuteronom. 4. 33. [5. 25.] | Psal. 18. 13. | 46. 6. | 68. 38. Credebant etiam Ethnici longè diversam esse deorum vocem ac hominum. Sic Virgil. Aen. I. r. *Nec vox hominem sonat; O dea certe!* Ova verò non adē strictè pro divina voce usurpatur, quin sèpè cuiusvis animalis vocem significet. Vide infra v. 831. Quod ipse etiam Scholiastes postea agnoscit — πάσαις τὰς φωνὰς οἱ Ήσιόδος οὐταν καλοῦ. Rob.

16. Ελικοβλέρασση] Volubilibus palpebris, id est, rotatam, ut Venerem vocabant Latini. Lasciviae est indicium nitare frequenter, & signum amantiuum. Clericus.

16. Ελικοβλέρασση] Vetus Schol. exponit arcuatis, vel orbiculatis palpebris — τιὸς ἐλικοεσθῆ, οὐ τροχών, καὶ σφεριῶν, καὶ ἀραικλασμάτη τὸν βλέφαρα ἔχοντα, οὐ μεταφράσεις οὐδὲ ἀμπτίλη ἐλίκων. Quæ quidem interpretatione bene convenit significationi vocis ἐλίκων, torquere, volvere. Interpretes autem Homericī, & Lexicographi penè omnes exponunt, nigrum. Et Hesychius. Ελικὼν, ωντας. Rob.

30. Καὶ μοι σκῆπτρον ἔδει, δέρνεις τειδιλέος ὄζον] Edor pro ἔδοσι. Rhapsodi ramum lauri tenebant recitantes. Vide Lucianum in Dialogo cum Hesiodo p. 659. Guictus.

30. Καὶ μοι σκῆπτρον ἔδει δέρνεις τειδιλέος ὄζον] Scholiastes postquam dixit *Hesiodem τούτῳ αὔτοις* esse, & laurum æquè potuisse esse donum Apollinis, ac Musarum, quæ ad rem non multum faciunt, verato ejus rationem reddit hisce verbis: πατέσσον οὐ δέρνει ἐπεργάτης τὸν ἴδεσσασμένον. Σοφοκλῆς ἢ Κασσάνδρα: δέρνει φαγάς οὐδὲν την τρίτην στοματικὴν ὄπην. καὶ τὰ ποιήματα οὐ μηδὲν εἰπονόστοις εἴρηται: *quia laurus efficax est ad afflatus creandos.* Sophocles in Cassandra: Cùm comedisset laurum, dentes instar ferræ in ore concutiebat. Et *Lycopron*: cùm laurum comedisset, vaticinabatur emittens vocem è gutture. *Certe Poëmata Dei afflatus sunt effusa.* Sequentia verba rem dubiam esse non patiuntur. Cùm ergo Laurum sibi traditam dicit *Hesiodus* à Musis seque ab iis afflatum, perinde est ac si facultatem poëticam sibi ab illis concessam diceret. Quam in tem, paucula ex *Claud. Salmasio* hīc apponemus. Sic ille in *Soloni Polyhistora* p. 609. ubi postquam multis ostendit ἑαράδης dictos fuisse τὰ τὸ ἐπέπλον τὰς ὁδοὺς, quodd veluti consuerent varias partes Poëtarum, quas canebant, non ἐπὶ τὸ ἐπέπλον, addit: “Antequāmos ille “τὸ ἑαράδης aliena carmina natus ac no-“tus esset, auctores ipsi ac Poëtæ hym-“nos & alia carmina in honorem Deo-“rum à se composita sic pronunciare “consueverant, cum virga è lauru in “manibus. Dicebantur δὲ ἐπέπλον ἑαράδης. “Pausanias pag. 586. Lib. IX. seu Boeo-“ticas de *Hesiodo*, qui cum cithara pi-“ctus erat: ἑαράδης οὐδὲν φόρμα. “Σίλλα γάρ δὲ οὐταν οὐδὲν ἐπέπλον ἑα-“ράδης: nequaquam fuit proprium *Hesiodo* gestamen; manifestum enim est, etiam ex ipsis ejus verbis, cum ad lauri ramum cecinisse. “Intel-“ligit hos versus ex *Theogonia*, Καὶ μοι “σκῆπτρον &c. Traditum sibi à Musis ex “lauri ramo baculum dicit. Tamquam “vati futurorum praescio, nonta inquam Poë-

“ Poëtæ, datum possumus interpretari,  
“ propter illa, ὅτε κλύομε τάτ' ἐνόμθησα ἡ  
“ τ' ἔργα. Sed Poëtica erat conjuncta  
cum afflato, non minus ac vaticinandi  
facultas; immo non erat sine vaticinatio-  
ne, cum non posset scire Poëtæ gesta  
apud Deos, aut clam apud homines, aut  
ante omnem hominum memoriam; vel  
potius fingere se ea scire, nisi simul af-  
flatum simularent. Pergit *Salmasius*:  
“ Laurum gestabant & admirabant,  
“ qui vaticinandi scientia callero vole-  
“ bant, unde θρηνόγοι vates. *Asclepia-*  
“ *des*, in statuam *Homeri*:

“ Καὶ οὐ καλλιπότηλον ἐρυθρόμηνα φέν πᾶ-  
“ σι

“ Ορέχαν δέρπες ἱερὸν ἀκρίμων.

Fallitur, ut sèpè Critici, qui non signi-  
fificant unde depromserint quæ dicunt.  
Epigramma est in statuam *Hesiodi*, quod  
legitur Lib. IV. Anthologiaz, p. 368. Ed.  
H. Stephani. Integrum ita habet:

Αὐτὰς τοιμαίνοντα μαστιχεῖνα μῆνες οι  
Μύσαι

Εδρανοὺς ἐν κράνοσις ὕρισαν, Ησίοδος.  
Καὶ οὐ καλλιπότηλον ἐρυθρόμηνα φέν πᾶσι  
Ορέχαν δέρπες ἱερὸν ἀκρίμων.  
Δῶκεν τὸν κράνον Ελικάρνασσον θεοῖσιν ὑδερόν.  
Τὸ πτυχήν πάλιν τεράστιον ἵκοντες ὄντες.  
Οὐ σὺ κοριστάμενος μακράπεν γένος, ἔργα το  
μολπῶν,

Καὶ γένος ἀρχαῖον ἔγραψις ἱδίαν.

*Ipse pascentem meridie oves Musæ vi-  
derunt te in asperis montibus, Hesiode;*  
& tibi pulchra folia babentem decerpentes  
omnes porreverunt lauri sacrum ra-  
mum. Dederunt verò fontis *Heliconis*  
divinam aquam, quam volucris equi  
prius erupit ungula. Quà tu satiatus  
beatorum genus, & res gestas cantibus,  
& genus priscorum descripsisti juve-  
num. Sed audiamus *Salmasium*: “Pan-  
“ sanias de virga laurea accepit, cum  
“ qua Veteres Poëtæ carmina sua reci-  
“ tabant. Quem morem etiam postea  
“ ἑαρόδοι imitati sunt, qui aliena pro-  
“ nunciarunt. Nam & hi virgam è lau-

“ ru tenebant, cùm carmina recitarent  
“ ex aliquo Poëta. Cetera apud ipsum  
legentur. Clericus.

32. *Td τ' ἐνόμθησα ἡρέ τ' ἔργα*] Poëtice,  
nempe, est μαντίκαιον genus, unde Poëtæ  
Latinis *Vates*. Utinam exstaret integer  
Liber VII. *Strabonis*! Aliquid hac de  
re haberemus, in descriptione Pieriz,  
cùm legamus in excerptis, quo loco de  
hac regione egerat, ἐπ τῷ πλανώ, οἱ μαν-  
τίκαιοι μαντίκαιοι οἵτε: *olim vates exer-  
cuisse & musicari*. Clericus.

32. *Ως κλέοιμι*] Vulgo legitur ὡς κλύ-  
ομι. Sed ex fide MSS. restitui κλέοιμι.  
Dixerat poëta ιτικονος οἱ μαντίκαιοι οἵτε.  
Non autem necesse erat ut Musæ ei vo-  
cem inspirarent ὡς κλέοιμι, ut intelligeret,  
sed ὡς κλέοιμι, ut caneret. Rob.

34. *Σφᾶς δὲ αὐτὸς τερπτός τοι γένεσις αὐτὸς*  
*αἴδειν]* Imitatus *Horatius* Lib. I. Ep. I.  
Primā dicit mibi, summā dicendē  
Camænā,

*Mæcenas &c.* Clericus.

35. *Αλλὰ τὸν μοι ταῦτα φέν δῆμον οὐ εἰδει*  
*πίστην]* Hoc est, φέν ταῦτα σκοτῖ, subin-  
tellige λέγωται. *Gaietus.*

35. *Αλλὰ τὸν μοι ταῦτα φέν δῆμον οὐ εἰδει*  
*πίστην]* Hoc est, quid hæc ad rem, quam  
aggressus sum? ut rectè Scholiastes. *Ho-  
merus* paullò aliter hanc Paroëniam pro-  
fert *Iliad.* X. v. 126. ubi Hector de in-  
anibus sermonibus, quos Achillem latu-  
rum non fuisse, si ad eum adisset, sus-  
picatur:

Οὐ μάρ πας ρῦν δεῖτις καὶ δρῦς, οὐδὲν καὶ  
τρῖνη,

Τῷ δαελίμηναι, ἀπε ταρσέρος καὶ δῆμος τι,

Παρθίνος καὶ δῆμος το δαελίτος ἀλλοιον.

Non quidem ullo modo nunc licet, à  
quercu, neque à petrâ cum hoc confa-  
bulari, ut virgo & adolescens, virgo, in-  
quam, & adolescens, confabulantur. Vo-  
lunt Scholiastæ ortam loquutionem ex  
veteri fabula, quà homines ex lapidibus  
aut quercubus nati ferebantur, & qnæ  
pueris sermones præbebat, adeoque ina-  
nes sermones signari. At non video qui  
jo-

locus *Hesiodi* hinc possit explicari, cuius sensus est is quem diximus. Crediderim potius petitum adagionem ex iis, qui aggressi montem, aut sylvam describere, ad alia divagarentur, quæ à scopo aberrant. Est tamen alias locus *Homeri*, ex quo sententia sua confirmationem petere posse primo intuitu videntur. *Odyssæ* T. v. 163. cùm rogasset Penelope Ulysscm, quem non agnoscebat, unde esset, addit:

Οὐ δέ τις οὐδὲν παλαιότερον, εἰδούσις.

*Nom es enim à vetero queru, aus à petra.* Quibus in verbis, *Homerus* alludit ad memoratam fabulam; sed is sensus neque alteri loco *Homeri*, neque versui *Hesiodi* aptari potest. *Clericus.*

36. *Tuū Moxiān ἀρχάμενα*] Tò tuū hlc age, agedum significare videtur. Sed hic omnino scriendum videtur, πίνυν *Moxiān ἀρχάμενα*. hoc est, οὐδὲ τὸν *Moxiān ἀρχάμενα*. Hesych. πίνυν οὐδὲ τὸν. Hunc locum respixisse videtur. *Guictus.*

38. *Εἰρῶνει τὰ τ' ἔντα*] Iisdem utitur verbis *Homerus* Il. e. v. 70. de Calchante Græcorum vase,

Οὐδὲν τὰ τ' ἔντα, τὰ τ' ἴωμα, φερε τ' ἔντα.

Plurimi præterea versus apud utrumque poëtam iudicem occurunt, quorum non nullos suis locis infrà notabimus, ex quibus placuit aliquibus inferre *Homerum* *Hesiodo* antiquiorem fuisse. Perperam omnino; nisi aliis argumentis probari possit *Hesiodum* potius *Homero*, quam hunc illum imitatum esse. Porro dehinc videre est à priscis etiam temporibus vaticinandi artem poëtis attributam fuisse; unde etiam à Latinis *Vates* appellantur. Vide quæ in hanc rem jocatur *Lucianus* in Dialogo cum *Hesiodo*. *Rob.*

39. *Ομηροῦ*] *Hesychius*: ὁμηρεῖν, συμφανεῖν. *Ομηροῦ*, τὸ συμβολῆς ὁμηρεῖν, ὁμηρεῖν, ὁμηρεῖν, ὁμηρεῖν, ὁμηρεῖν (l. ἀρμίζειν) συμφανεῖν, hoc est, concinere, ex iunctu simul & iunctu, dico. Hinc credi-

bile est nomen factum *Ομήρη*, qui postquam carminibus suis innotuisset, non amplius *Melesigenes*, sed concensor, quasi *Musarum*, dictus est. Nomen ei inditum fuerat *Melesigeni*, à fluvio *Melete*, qui non procul Cumis Æolicis fluit, & ad quem eum mater *Critheis* pepererat, ut docet *Herodotus*, in ejus vita, Cap. III. Idem oculorum usum amississe eum narrat, Cap. VII. & propterea Lingua Cumæa Cap. XIII. ομηρο dictum, id est, *cacum*. At vehementer suspicor opinionem de cæcitate *Homeri* fictam à Cumæis, quod nomen ejus perperam ex Lingua sua interpretarentur; solent enim Græci, ex nominibus perpetram intellectis, historias fingere, ut vel ex nomine *Hippocrenes*, de quo diximus, colligere est. Profectò multò verisimilius est, tantum Poëtam cognomen ex arte adeptum esse, quam ex infortunio. *Clericus.*

40. *Γελᾷ Νη τι λύματα πεπόνι*] Hoc est, summâ voluptate afficitur coeli regia. Poëtae passim & dolorem, & gaudium tribuunt rebus inanimis, ut significant maximam esse rationem dolendi, aut latandi, & quæ vel ipsa inanima, ut solet dici, mouere possit. *Theognis* initio, cùm alia de *Apollinis* natalibus dixisset, hæc habet:

— ιγέλασσον γέναια πεπόνι,

γένων γέ βασις πόντος ἀλός πολίτης.

Risit magna terra. *Lucretius* ad Venerem Lib. I. v. 8.

— *tibi suaves dædala tellus*  
*Submittit flores, tibi RIDENT*  
*equora ponti.*

Ad quem versum, vide quæ collegit *Dion. Lambinus*. *Clericus.*

44. *Θεῶν γέρον, καὶ τὰ ιεῦς*] Probè animadvertisendum hic signari tria genera rerum, I. Terram & Cœlum, quæ ante omnes Deos, qui *Hesiodi* ævo maximi habebantur, fuerint: II. Deos ex hisce genitos, οἱ τὰ ιεῦς θεοὶ Διῆπερ ιεῦς, qui *Dii ex hisce geniti sunt datores bonorum*,

norum, quos enumerat à v. 116. ad 155. Hi dicuntur ab Hesiodo Dii, quod nomen denegatur Cœlo & Terræ, suntque veluti prior Deorum ætas: III. Altera est filiorum Saturni, quos significat hoc versu *Hesiodus*: Δεύτερη δὲ τοῦ Ζεύς, Θεῶν μαρτίου ἡ δέ τι ἀρδηρή, hoc est, secundo loco *Jovem*, qui est Rex Deorum, qui nunc potissimum coluntur, & hominum. Qui vivebant *Hesiodi* ævo, & superioribus aliquot æstatibus, duplēcēt hunc duntaxat ordinem Deorum norant, hoc est, hominum in Deorum numerum post mortem relatoram; si altius originem eorum repeterent, nihil antiquius repeziebant, quam Cœlum & Terram, hisque vetustius Chaos, nec ultra progre diebantur. Notio Dei horum conditoris usque adeò obscurata erat, ut de eo prorsus tacerent; aut etiam, si quæ ejus evanida vestigia in eorum animis hæserant, ea miscebantur, cum iis quæ vulgo de Jove & æqualibus illi Deis ferebantur. Quæ omnia, in sequentibus, explicatione ipsâ involucrorum Poëticorum, evolventur & ob oculos ponentur.

*Clericus.*

52. Musæ] Primum videndum quæ sint *Muse*, dein à quibus progenitæ. Ex descriptionibus cùm omnium reliquorum Poëtarum, tūm etiam *Hesiodi*, colligere est Musas inveniſſe Eloquentiam ac Musicam, artesque quæ elegantiōres habentur. Ut solius *Hesiodi* testimoniis utamur, eæ argumentum non verum modò, sed etiam fictum omnium orationum, comminisci poterant. Sic enim eum alloquuntur v. 27. hujus Poëmatis.

Ιδμειν οὐδεὶς πολλὰ λέγειν ἐπίμων ὄμωσι,

Ιδμειν οὐδὲ τὸν εἰδίσαντας ἀλεξία μαθίσαντα.

*Scimus multa falsa veris similia, scimus*  
*& quando volumus vera dicere. Ait v.*  
*60. fuisse novem pueras:*

— οὐδὲν

Μέμβληται ἐπιστολὴ ἀκολεῖα θυμὸς ἐχ-

quibus cantio cordi est, & quæ habent  
animum sine curis. v. 65.

— ἵπατον τὸν σόμα τούτον ιἴσου  
Μέλλονται τούτοις τούτοις καὶ ἡδία καὶ φρά-  
Αἰδηνάτοις εὐλόγους,

*amabilem vocem ore emittentes canunt,*  
*omniumque leges, & mores venerandos*  
*Immortalium celebrant.* Plura non ex scribam, nam ex hisce satis liquet quod volo; nec mirum erit si dicam nunc, ab antiquissimis Græciæ colonis phœniciantibus, dictas esse *Musas* ab inventione; nam, Phœnicia Lingua, מושתא est inventrix. Credibile autem est, antiquissimis temporibus, per Boeotiam, Thessaliāque ac vicinas Græciæ oras, celebrem factum fuisse cantilenis, seu propter inventionem, seu propter elegantiam stylī, pro ætatis captu, seu propter cantum, seu propter omnia illa simul, cōborum novem pueras; quem instituit Jupiter, ut postea videbimus, Thessaliam rex. Deinde posteritas, quæ omnia adauxit, & præsertim Poëtæ finixerunt eas inventrices Poëticæ Deas esse; quo honore etiam mactati sunt inventores alliarum artium. *Pater Musarum* dicitur Jupiter, quod primus puerarum concentum instaurerit; quæ loquutio etiam Phœnicia est, nam Gen. IV. 20, 21. *Jabal* dicitur *pater Scenistarum & Nomadum*, *Jubal* *verò cythara & organo canentium*; hoc est, eorum vivendi generum; earumque artium institutores. *Memoria*, Μνημοσύνη, dicitur earum mater, quod memoria suppeditat materiam poëmatum & orationum. Hoc satis ostendit Jovem non habitum esse patrem propriè dictum Musarum, cum *Memoria* sit dumtaxat *persona poëtica*, quæ numquam in rerum natura fuisse credita est. Non exigua pars artificii hujus Theogonie, ut postea videbimus, sita est in Protopoëtie. *Clericus.*

*Ibidem. Ολυμπάδις]* Ita dictæ Musæ, quod circa montem Olympum diu versatae

satæ essent, in Jovis regia, ut ipse Poëta testatur qui aliquoties hoc repetit, ut v. 68.

Ἄν τότε ίσας ἡγεμόνος, ἀγαλλέμενος  
δὲ τῷ φύλῳ.

*Quæ iherunt tunc ad Olympum superbientes voce pulcrâ.* Clericus.

53. *Tὰς τὸν Πηλέαν]* Hæc est patria puerorum, quas Poëta immortalitati consecravere. *Pieria* nomen est montis & regionis ei subjectæ, atque ad Thermaicum sinum porrectæ; quâ Thessalia ad septentriones clauditur, Macedonia ad austrum. In ea etiam Pimpleus mons Musis facer. Hinc dictæ Musæ *Pierides*, potiori jure quam *Heliconiades*, *Olympiades* &c. unde enim potius cognomen duxissent, quam à patria, ex qua profectæ, cantibus, finitimarum orarum incolas in admirationem sui rapuerunt? Illinc eas ad se evocat *Hesiodus*, initio Operum & Dierum:

Μέσης Πιεστίδης ἀσθέης κλείσουται,  
Διεῦτε, τοῦ τὰ ἔργα.

*Pomponius Mela* Lib. III. c. 3. in descriptione Macedonie: *bic Musarum PARENS DOMUSQUE Pieria.* Si Phœnicii litteris hanc vocem scribamus, Ν'ΗΝΘ, invenietur in ea significatio puerorum (nam Κ & Η miscentur passim apud Orientales) vel fertilitatis: quam non respuit regionis situs, aliquot flaviis rigatae. Vide Tabulas *Ptolemaei*, & *Livium* Lib. XLIV. c. 6, 7, 8. Clericus.

54. *Τυρόν Ελευθέρος μεδίσαντα]* Γενὸν interpretatur Scholiares γονιμωτάτης τόπος fertiliſſima loca. Malim berus interpretari, seu colles, pro quibus Aeoles dixerunt γερες, ut urbs Argos illis erat æp̄ces. Ita vocem interpretatus est *Laur. Valla*, apud *Herodotum* Lib. IV. Cap. XCIX. ubi & γερες τὸν Σεριάδον, vertit *jugum Suniacum*, ex re ipsa, nam fuit illuc collis, cui erat impositum templum Minervæ. *Pausanias* in Atticis, initio: Ναὸς Αθηνῶν Σεριάδος ὅπῃ κορυφῇ & ἄκρᾳ: *Templum*

*Minervæ Suniadiſ est in vertice promontorii. Nam Eleuther mons est, ita vocatus, ut aiunt, ab Eleuthere Apollinis filio; unde & dictæ *Eleutheræ*, urbs ad eum montem sita. Phœnicii litteris scribas Ή'ΗΝΘΥ *baletbir*, quæ vox altam speculam sonat, à Η'ΗΝΘY halah ascendit & ΖΩΡ θour *speculatoris* est; quod optimè in montem quadrat, in quo speculatores solebant collocari, qui de adventu hostium monerent.*

Scholiares h̄c habet: ὁ οὐρανὸς δὲ τὴν Βοιωτίαν, τὸ πνεῦμα βασιλίου αὐτῆς & πέλεας ὅπου ἀναμενόμενη, φίλη Απόλλωνος καὶ Αἰδίων & Ποσειδῶνος: *Eleuther est nomen urbis Boiotæ, à quodam Rege ejus urbis sic dicto, filio Apollinis & Athenea filia Neptuni. Eleusina, alii vocant urbem, quæ fuit ambigui juris, inter Atticos & Boeotios. Vide Stephanum Byzantium, in hac voce, & quæ ad eum Luc. Holstenius & Abr. Berkelius. Pergit Scholiares: οὐδὲ η ὁρα, ὡς φασι, ἵνα ιδύματα τῷ Ηρῷ: est etiam mons, ut dicunt, cognominis Heroi. Fortè ita dicta, ob causam allatam, pars aliqua Cithæronis montis, ad cujus radices sitæ erant Eleutheræ. Pausanias in Atticis p. 72. Eleudipnōs δὲ ἦν μὲν ἐπὶ τοῖχος, ἥντι καὶ οἰκητῶν ἐστίτα: διῆλθε δὲ στόοις δέ τοις πέλεις διλύγον ὑπὲρ τὸν διεύθυντα τὸν Κιθαράνιον οἰκεῖσθαι: Eleutherarum cum mari, tum aedium erant vestigia, (cum loca visebam) quæ manifestè ostendunt urbem conditam fuisse paullo supra planitatem ad Cithæronem. Vide not. ad v. 329.*

Quod ab Heroë nomen ejus deducit Scholiares, post alios, id non majoris esse ponderis deber, quam quod addit: οὐδὲ η λίγατο ὅπῃ ιχεῖ διέρυνος τὸ μανίας ἐπώνυμο η ἐλεύθερη: sic etiam dicitur, quod illuc Bacchus desit furere & morbo liberatus est. Fingebant Græci Heroas & fabulas, ut ex sua Lingua originem nominum ducerent.

Muliò verisimiliora sunt, quæ sequuntur de ratione, ob quam *Hesiodus* matrem

trem Musarum Eleutherarum reginam fuisse dixit. Καὶ τὸν δὲ μέγαν θεούλαν τῆς ιωνῆς πατέρι, λέγει ὅτι ἡμεράνθη μήν ἐν τῇ Πλειά, ἢ δὲ μάτηρ αὐτῶν ἡ Βοιωτία ἦν: *Idque gloriam addens patria sua, dicit genitas quidem esse Musas in Pieria, matrem vero illarum ē Boeotia fuisse.*  
Clericus.

58. Ήπειρός οὐκ εἰναιωνίς ἐστι] Hoc est, ferme annus, decimo mense Lunari exacto. Clericus.

Ibidem. Ήπειρός οὐπειρός] Hoc est, circumactae sunt tempestates, nam hoc propriè significat οὐπειρός, nec nisi sed et duodecimam partem diei significavit. Vide Jos. Scaligerum de Emend. Temp. Lib. I. non procul ab initio, & Ger. Joan. Vossium in Etymol. ad vocem *Hora*. Adde & hoc exemplum ex Horatii Lib. I. Od. 12. ubi sic describitur Jupiter:

— qui res hominum ac Deorum,  
Qui mare & terras, variisque mun-  
dum Temperat HORIS;

Hoc est, ut habet Vetus Scholiares: anni partibus, vere, aestate, autumno, hiberno. Crediderim οὐπειρός primū dictum de diurno tempore, quod una cum nocturno est temporis spatium, de quo primū cogitarunt homines, indeque translatum ad quodvis tempus; omnino enim οὐπειρός videtur εἶναι ημέρα ή νύκτα lucere, dictum. Clericus.

59. Ήπειρός ημέτερη πολλά ηπειρά.] Phœnices etiam dies vocabant annum. Vide quæ notavimus ad Gen. IV, 3. ubi multi Intt. dies multos annum esse putant, & ad Gen. XL, 4. Clericus.

60. Κέρας οὐπεπορας] Tò as hic secundum Doricam dialectum corripitur, ut supra κέρας οὐπεπορας Hesiod. Grecus.

66. Μίλαττος πάτερ της ρόμπου &c.] Duplici sensu exponi possunt hi versus; Vel

Canunt omniumque leges, & mores  
venerandos

Immortalium celebrant —

Vel, pro ρόμπῳ scribendo ρόμπη,

Canunt omniumque sedes, & domi-  
cilia veneranda &c.

Eodem sensu quo dicit Homerus Il. 5.  
v. 511.

— ἀντὶ οὐδεις καὶ γομός ἐπιπον.

Negat certè Aristarchus, teste Budzo, vocem ρόμπων Homeri ætate pro lege usurpatam fuisse. Similiter Josephus l. 2. contra Apion. p. 1375. Ed. Hudsl. Μηδ' αὐτὸν τὸνομα (sc. οὐρός) πάλαι ἡγεμονεῖ Ἀρχαῖος Ελληνος καὶ μετέπειτα Ουραῖος ὑδατοῦ τῆς πατεροῦ αὐτῷ χρησιμός. De qua re vide Cle-  
rici notam ad Epy. v. 276. Postremò, He-  
sychius eandem etiam sententiam am-  
plicatitur. Νόμος. Ο ποιητὴ τοῦ τοῦτον ἡμᾶς  
τιμων ἐκ οἴκων, Σιριτάς δι, τοῦτον τοιούτους λέγει,  
καὶ τοιούτους. Sic enim verba corrigen-  
da sunt cum Salmasio. Huic opinioni si  
suffragemur, reddere oportet συνομία  
Epy. v. 230. difficultem uivendi rationem.  
Et Epy. v. 276 &c.

— Νόμος (haud ρόμπων ut vulgo) οὐταξι  
Κερνίων

Ιχθὺον δὲ καὶ θηρόν, καὶ οιαροῖς πτηνοῖς,  
Εδον ἀνάλλοις.

Hanc uivendi rationem (hoc quasi  
pro pabulo) constituit Saturnius  
Piscibus, & ferris, & volucribus,  
Devorare se invicem.

Sed dura est hæc interpretatio, & ne-  
quaquam necessaria, cum aliis in locis  
omino oporteat & νόμον legem exponere.  
Epy. v. 417.

Ἐρεβον ἡρά καὶ τοῦτον οἰδούτου,

Vertendum est

Faciens sacra fausta secundum le-  
gem placeverit.

Eodem sensu quo Pythag. χρω. ἡπ.

Αἰσαράνης δὲ οὐράνης θεός, ρόμπης οὐράνης),  
Sic etiam Epy. v. 388.

Οὔτος τοι πολλαν πάλεται ρόμπων —

Vertendum est

— *Haec quidam arborum est lex* —

Nec in alium sensum, ut arbitrari, tor-  
queri potest. Omissione autem vocis ρόμπης  
apud Homerum nihil est ad rem, nec  
in argumentum trahi debet, vel quod

Y y ista

ista voce Hesiodus non usus est, vel si usus sit, quod Homero est junior. Benè enim notavit Clericus casu potuisse contingere eam vocem non adhiberi ab Homero, qui sanè integrum linguam Græcam suis versibus non est complexus.

*Rob.*

71. ο δ' ἕραντι μελανεῖει,] Hic est absurdâ mistura, ut diximus, veteris doctrinæ de Deo; Deum enim in cœlo singulari ratione habitare credebat prisci mortales, nec sine causa. Itaque cum Græci Jovem Deorum summum esse crederent, eum collocabant subinde in cœlo. Quia verò Jupiter habitarat in Olympo Thessalizæ monte, veluti prioris opinionis obliti non minus frequenter domum Jovis in Olympo nivoso ponunt, ut ex 62. versu, & multis aliis liquet. Ut Jovis hominis notionem miscent, cum notione veri Dei: ita Olympum cum cœlo confundunt; unde fit ut de Jove nunc quasi de homine, nunc quasi de Deo loquantur; deque ejus sede nunc quasi de monte Thessalizæ, nunc quasi de cœlo. Nisi hæc teneamus, necesse est ignoramus rationem innumerarum loquitionum, quæ in Poëtis occurunt.

*Clericus.*

74. Αθανάτοις δίπλαι τοῖς, καὶ ἐπέρραδη πυάς.] Scrib. αθανάτοις δίπλαι τοῖς, καὶ ἐπέρραδη πυάς. ἐπέρραδη, hoc est, ἐπεύκοις, commentus est, invenit. Hesych. θηράσσαις, ταντόναις ἡ ἐπεύκοις. *Guiccius.*

82. Γενύδημος τὸν εἰδῶν] Quia quæ nobis cordi sunt ea saepe respicimus, ided adspicere aliquem perinde est ac illi favere. Sic loquebantur etiam Phœnices, sic & Latini. Vide quæ notavimus ad Gen. IV, 4. & quæ Scholiares hic habet. *Clericus.*

82. Γενύδημος τὸν εἰδῶν] Scholiares. Αὐτὴν τὴν τύμφων διάσοντας, καὶ ὁ πατέρας βασιλέας διάσονται καλοὶ ὄφθαλμοι. Εγενέντος καὶ Καλλίμαχος.

Μήσου γένος ὅστις ὄφθαλμοι παιδεῖ,  
Μή λογέος, πολὺς ἐκ ἀπέδειπνος φίλος.

Eadem usus phrasî Horatius l. 4. Od. 3  
Quem tu, Melpomene, semel  
Nascentem placido lumine videris.

*Rob.*

83. Γλυκερίῳ χρίουντι λέγοις] Hoc est, mel, ut rectè eruditî interpretantur. Symbolum est mellitæ eloquentiæ, unde fidum, ut opinor, à Græcis Platonis infantis, & dormientis in Hymetto, apes os implevisse melle. Vide Olympiodorum, initio ejus vitæ. *Clericus.*

83. Γλυκερίῳ χρίουντι λέγοντι] Eadem usus metaphora Nestoris eloquentiam descripsit Homerius ll. a. 249.

Τῇ γὰρ γλάστρῃ μέλισσας γλυκίων ἔστιν αὐδῆν.  
Sic etiam Euripides Incert. v. 333.

Εἴ μοι Νεστόρος σύγλωσσος μέλι,  
Αρτηροցές τε τῷ Φρυγὸς, οὐδὲν δέρε.

Et Theocrit. Idyl. 7. v. 82.

Οὐρεικῇ αἱ γλυκὺν Μαῖσα καὶ σόμιλος χάρηται.  
De triplici genere eloquentiæ quod descripsit Homerus in Menelao, Ulyssè, & Nestore, vide Gisberti Cuperi Apotheos. Hom. p. 113 &c. & Petri Victorii Var. Lect. I. 15. c. 17. & Clariss. Popii Nostratis notam ad Il. y. v. 214. ubi Ausonii carmen triplicem hanc vim eleganter exprimens protulit,

Dulcem in paucis, ut Plisthenidem;  
Et torrentem, ceu Dulichii  
Ningida dicta;  
Et mellitæ noctare vocis  
Dulcia fatus verba canentem  
Nestora regem.

Hanc ob causam non possum non mirari quamobrem Cicero, in libro de claris Oratoribus, eloquentiæ studium non commune Græcia, sed proprium Athenarum, & in illam insuper civitatem recentibus temporibus introductum fuisse, affirmat. Atticine fuerunt tres illi insignes Oratores ab Homero celebrati? Vel recentia Trojani belli tempora? Vel Hesiodus ipse, qui tantis eloquentiam laudibus extollit, inter recentiores habendus? Quid si concedatur hosce characteres à poëta pro arbitrio factos fuisse, hujus-

hojusmodi tamen fictio eloquentiam tunc temporis & in usu, & laudi datam fuisse confirmat. Quod ipse quidem Cicero in tertio de Oratore libro fatetur. *Hanc, inquam, cogitandi, pronuntian- dique rationem, vimque dicendi Veteres Græci sapientiam nominabant.* Et postea *Vetus quidem illa doctrina eadem videtur & recte faciendi, & bene dicendi magistra; neque disjuncti docto- res, sed iidem erant vivendi præcepto- res, atque dicendi; ut ille apud Homerum Phoenix, qui se à Peleo patre Achilli juveni consitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, & tamenque rerum —*

*Tερπός μαρτυρία διδούσαντα τάδε πάστα,  
Μήδων τε ἐντῷ θύμαν, φρυκτῷ τε ἄργαν.*

Il. I. v. 442. Rob.

85. *Πάντες δέ αὐτὸν ὁπόσι]* Venerandi & eloquentis viri auctoritatem pulcherrimè etiam descripsit Virgilins. Æneid. I. I.

*Ac veluti populo in magno cum sa-  
pe coorta est  
Seditio; sicutque animis ignobile  
vulgar;  
Jamque faces & saxa volant, furor  
arma ministrat:  
Tum pietate gravem & meritis si  
forte virum quem  
Conspexere, silent, arrestisque au-  
ribus astant:  
Ille regit dictis animos, & pectora  
mulcet. Rob.*

93. *Ιηδὸς]* De significatione & iηδὸς apud poëtas vide Stephanum. Vocat Homerus interdum ιηδὸς, quod generi humano utilitatem aliquam affert, atque ita urbes ιηδοι, quia sunt φυλακται &c. Interdum vero ιηδὸς, appellat quicquid in suo genere cæteris præstat, seu magnum est; sicut & ιηδὸς ιηδὸς quidam apud eum exponunt. Utroque sensu ιηδὸς commode exponi potest. Rob.

96. *Ex Αἰδώς]* Hoc etiam usurpavit Callimachus in hymno in Jovem —

— Φοῖσσα Αἴδης, λύγης ἡ εἰδῆταις οὔποι.

Ex Ζ Διὸς βασιλίου — Rob.

97. *Γλυκαρὴ οἱ θεὸς σόματος ζέοι αἰδηνή]* Hæc imitatio est Homeri, qui de Nestore, Pyliorum Rege, ita prior loquutus est, Iliad. A. v. 249.

*Τοδ τοῦ θεοῦ γλυκῶς μέλετο γλυκίαν ζέοι  
αἰδηνήν.*

*E cujus lingua melle dulcior fluebat  
sermo. Clericus.*

98. *Νεκταρίη]* Animadverte vim & re-  
nditū. Vehementissimus est recens dolor,  
& sedatu difficillimus. Sic Scholiastes.  
*Επιτίθεται δίκυνον τὸν διώματον τὸ μυοῦντος καὶ τὸ  
οἰκτὸν [τεκτονῖον διώματον] Λοκατάπειρον τὸ νέον  
νᾶδος. Rob.*

99. — αὐτὴν διοιδεῖ,

*Μυριανὸς δρόπων κλοῖα περόχεαν ἀνθεόπατον*

*Τυρίον, καὶ τὰ ιχεῖα.]* Hæc quoque imitatus ex Homero Hesiodus. Ille ait legatos ab Agamemnonne ad Achillem missos oppressisse eum cytharā canen-  
tem, Il. I. v. 189.

*Τῇ δὲ θυμῷ ἔπειτα, ἀντὶ δι' ἄρα πλέον  
ἀρδεψ.*

*quā animum delectabat, canebat autem  
gloriā virorum. Talia multa sunt, quæ  
ostendunt Hesiodum recentiorem Homerū fuisse, ut plerorumque fert sententia.  
Multis hac de re egit Claud. Salmasius,  
in Exercitationibus Plinianis p. 607. &c  
seqq. Ed. Ultrajectina. Clericus.*

103. *Παρίγαμη δῆμα]* Guietus censet subintelligendum esse τὸ αὐτὸν; & interpretes vertunt *deduxerunt* eum *alio*. Commodius tamen videtur subintelligi posse τὸ αὐτὸν ad præcedens τὸ καθιερ referendum, adeo ut exponatur versus, *de-  
flexerunt eos, sc. dolores, dona dearum.*  
Rob.

105. *Κλείτης ἀναράντων]* Hoc est, per me, δι' ιηδοῦ. Poëtæ omnes invocant Mu-  
sis, orantque ut canant quod ipsi postea dicunt, quod se habeant quasi θεοφόρος Musarum, hoc est, vates qui canant di-  
cta à Musis, non à se inventa. *Theo-  
cratus* vocat Poëtas Musarum ιηδὸς θεοφόρος.  
Y y 2

Mu-

*Musarum sacros vates.* Idyll. XVI, 28.  
*Clericus.*

Ib. *aīr iōrr̄*] Hoc est, *semper futurorum*, non *æternorum*, sive initio & fine carentium, nam postea liquebit Diis Græcorum omnibus initium fuisse. Vel sequentes duo versiculi hoc ostendunt. *Clericus.*

106. *Oī yūs iēsphōr̄o xai tō iēsūs*] Hic tres ordines Deorum memorantur: 1. Qui ex caelo & terra nati, hoc est, coelestes & terrestres Dii: 2. Qui fuere proles Noctis, hoc est, inferni Dii, seu Erebi, Pluto, Proserpina, Styx, Furiae, &c. 3. Quos aluit Pontus, seu mare, hoc est, marini Dii. Sic eadem Numina ad varias classes referuntur, prout variè spectantur. *Clericus.*

115. *Eξ ἀρχ̄ος.*] Hoc est, ab initio mundi. Vide not. ad Genes. I, 1. *Clericus.*

116. *H̄n̄i μ̄ σεω̄nsa*] Hic incipere videtur Hesiodus. Superiora supposita & addititia videntur. Sic Εργα incipiunt à v. 10. *ἐκ ἀρχ̄α πύρον ἐν τείλον γῆν.* *Genitus.*

116. *Πρώτη Xάος γένεται*] Phœniciam, seu Hebraicam Linguam dixeris: *וּבָרוֹה בְּרָאשֵׁת יְהִי חַדְּחָה brescbib̄ jebi tbobou vabobou*, nam Xāō est tbobou vabobou, hoc est, immensum inane; ἀπὸ τῶν χαῖμᾱ, biare: quia vasa vacua biare dicuntur. Perinde ergo est, ac si Hesiodus diceret fuisse tempus quo nihil erat eorum, quæ videmus, quod cum Mosaicæ rerum genesi consentit. *Clementinorum Homiliarum Scriptor* interpretatur quidem ἡγένετο, quasi dixisset Hesiodus ἡγένετο, *genitum est Chaos*, sed est inanis argutia. Allato hoc Hesiodi loco, ita loquitur Homil. VI. §. 3. *τὸ δὲ ἡγένετο δῆλον μὴνδιὸς γεννητὰ σπουδαῖον, & τὸ ἀτὶ δὲ ὃς ἡγένετο:* factum fuit clarum est significare elementa, ut genita, ortum habuisse, non semper fuisse ut ingenita. Sed si hoc cogitasset Poëta, causam aliquam commentus esset, à qua genitum Chaos

dixisset. Dicenti enim factum est, illico objicitur, à quo? Nihil enim sit, sine factore. *Clericus.*

116. *H̄n̄i μ̄ σεω̄nsa Xάος γένεται*] Verete, Primo quidem Chaos genitum est, ut infra 137, 930. Ita enim Veteres hunc locum intellexerunt, non ut Clericus, fuit. Diogenes Laertius lib. 10. Seg. 2. causam tradens, ob quam se primùm ad philosophiæ studium Epicurus contulit, hæc habet verba. Απολλόδωρος δὲ Ἐπικρέπεται τῷ φρεστῷ σει τῷ Επικρέπειν, φυσικὸν ἀνθεῖν αὐτὸν δὲ φιλοσοφίας, καταγύνεται δὲ σφισμὸν καὶ χαρματισμὸν, ἔπειδη μὴ ἐδυνατόν εἴρημασσον αὐτῷ τὸ σεῖν τὸ παῖδες Ησιόδῳ χάρις. *Apollodorus autem Epicureus, in primo de vita Epicuri referte, illum ad Philosophiam se contulisse, sophistas insectantem & grammaticos, quod perconstanti, quidnam esset apud Hesiodum Chaos, exponere non potuerint.* Idem pleniū narratum legitimus apud Sextum Empiricum adversus Mathematicos l. 9. O μὲν εἰπὼν

*H̄n̄i μ̄ σεω̄nsa Xάος γένεται, αὐτὰς ἐπειτα Γαῖαν πύρετρο, πάντας ἄλλος —*  
Εξ αὐτῶν περιστέποται· ἀρχοδήνας γέρ τος αὐτὸν ἐπί τοις γέγονοις τὸ Χάος, ἐκ δὲ τοῦ λέγεται. Καὶ τὸν φασθὸν ἐπί τοις αὐτοῖς μηρούσαν Επικρέψει δὲ τὸ φιλοσοφεῖν ὅμην· κομισθεὶς δὲ μετράκιστος ὁ πρεστος τοῦ ἐπιπαγγελμάτος αὐτῷ Γερμανιστήν [ὅτι μὲν φερεται χάρις γένεται] ἐκ πύρος τὸ χάρις ἔχεται, εἴπερ φεροντος ἡγένετο· τότε δὲ εἰπόντος μὴ αὐτὸν ἔργον δὲ τὸ ποιῶντα μετάσκοντα, ἀλλὰ τὸν καλυμμάτων φιλοσόφον, τούτου ἔργον δὲ Επικρέψει ἐπί τοις αὐτοῖς βαθέστοις δέσιν, εἴπερ αὐτὸν δὲ ὅτι ὄντων ἀλιθέας ἴσσον. *Qui enim dixit Exortum primum chaos est, deinde Terra pectore late, cunctorum sedes, & se ipso evertitur. Nam si quisquam cum roget, ex quo ortum sit chaos, non poteris dicere. Idque nonnulli dicunt fuisse causam Epicuro, cur se contulerit ad Philosophiam.* Nam cūm esset valde adolescentis, rogavit Grammaticum illud sibi prælegentem [primum quidem chaos genitum fuit] ex quoniam chaos exortum esset,

effect, si quidem primum exortum erat. Dicente illo, talia docere non esse sui munieris, sed illorum esse qui vocarentur Philosophi; igitur, inquit Epicurus, ad illos mibi accedendum est, quando ipsi sunt, qui rerum veritatem perspectam habent. Tantis illi in tenebris versabantur, qui, exclusa summa omnium rerum causa, per alias Hypotheses mundi originem explicare sunt conati. Eadem enim quæstio necesse est recurrat in perpetuum, *Ex quo hoc genitum est?* donec ad supremam aliquam & incretam causam deuentum sit. *Rob.*

117. Γαῖα ὑπόστητο] Terra etiam prima fuit, secundum Molem. *Clericus.*

*Ib.* Ήλίας ἴδε ἀρπάλις αἰών Αἰγαίων, τῷ τῷ ἤξε] Nempe, Dii quos memorat primum fuere in terra, deinde benevolentia ac fama hominum in cœlum sublati. *Clericus.*

118. Αἰγαίων, οἱ ἔχοντες κάρη] Hic versus est suppositicius. *Quietus.*

118. Οἱ ἔχοντες κάρη τούθεντος Ολύμπου] Ita dictus is mons, ut Phoeniciè loquar, כְּיֻלְמִים כֵּי quia in illo sunt eterni, olamim-bo, unde factum εὐλίμπον olympo, sive ἡλυπτο. Passim in eo describit *Hesiodus* αἰώνιος, sive aeternus deus. *Clericus.*

119. Τάρπαρε τὸ μέσοντα] Τὸ τέλος τὸ γάστρα πέρι τὸ χάος. *Quietus.*

119. Τάρπαρε τὸ μέσοντα] Una cum Terra fuit *Tartarus*, quia fingitur esse — μεχρὶ χθονὸς οὐρανοῦ, in intimo recessu latæ terræ. Vide & infra v. 717. & seqq. Si Phoeniciis litteris scribas טַרַּח טַרַּח טַרַּח, derivabitur ea vox à radice Hebraica & Arabica טַרָּח tarabb, quæ significat molestiam crevit, & longe amovit; ac repetitio quidem radicalium, in Hebraica Lingua, est superlativi loco; quæ optimè convenient *Tartaro*, qui simul molestissimus locus & à cœlo remotissimus fингitur; in quem propterea Jupiter Titanas conjectit. Ideo ipse *Hesiodus*

dus v. 840. τάρπαρα γάιον habet ad significandum remotissimum terræ locum, ad quem sonitus tonitruum pervenit. *Clericus.*

120. Ηδὲ Εγος] Hac voce *Amor* signatur, qualis in animalibus, procreationis causa, cernere est. Is *Amor* οὐγοντος describit vim omnium genitricem, cui *Hesiodus* tribuit ortum omnium rerum. Qua in re, tenue est & penè evanidum vestigium naturæ melioris, hoc est, Dei, qui omnia creavit. Hanc eamdem nomine *Veneris* describit *Lucretius* Lib. I.

Quæ mare nigerum, quæ terras  
frugiferentes  
Concelebrat, per quam quoniam ge-  
nus omne animantium  
Concipitur, visisque exortum lumi-  
na solis.

Hunc *Hesiodi* locum imitatus est *Ari-  
stophanes*, in *Avibus*, p. 573. ed. Genev.  
in fol. ubi licet absurdè aves loquentes  
inducat, attamen antiquissimæ famæ, de  
creatione mundi, reliquias ita colligit:

Χάος ἦ τὸ Νῦξ. Ερεβός το μέλας φῶτον, τὸ  
Τάρπαρε τούπος.  
Γῆ δὲ ἡδὲ ἄρη, ἐδὲ ἀρπάρες δὲ. Ερέπες δὲ τὸ  
ἀκτίεσσι κόλποις  
Τίκτει φεύγοντος ὑπαρχείου Νῦξ ο μελανόπο-  
τος ἀντρού,  
Εξ ἐκτυλορθίας ὅρκεις ἔλαστε Ερεποὶ  
τούποις, τῷ τῷ ἤξε.

*Chaos* erat & *Nox*, *Erebusque niger*  
*primum* & *Tartarus latuus*. *Terra* vero  
neque aër, neque cœlum erat. *Erebi-*  
*verò* in infinito sinu parit primò *Nox*,  
nigris alis prædicta, ventosum ovum; ex  
quo, circumactis tempestatisibus, pullula-  
vit *Amor* desiderabilis &c. Sed quem-  
admodum absurdè *Hesiodus* οὐκινούλω-  
διναιus posteriorem Chao facit: non me-  
lius *Aristophanes* fингit eam ex ovo na-  
tam; quia *Amor* volucris dicebatur. *Æ-*  
*ternam* esse oportuit eam vim, aut num-  
quam neque ipsa, neque quidquam aliud  
fuisset, nam ē nibilo nibil. *Clericus.*

123. *Ex χάος δὲ Ερέσ τε μήαρδ τε Νόξ  
ἐγένετο]* Antequam quidquam esset, erat  
**בָּרַע** *bereb*, aut **אֶבְרַע** *erbo*, hoc est,  
*tenebrae*, sive *nox*; quod docet etiam  
Moses. Ac sanè nox est tantum absen-  
tia lucis, luceque nondum conditæ, te-  
nebras esse oportuit. Hæ personæ ma-  
sculini & foeminini sexus singuntur, pro  
genere vocum Græcarum, quibus voca-  
bantur; pluresque sunt aut pauciores,  
pro earum vocum numero & copia. Non  
repetemus quæ antea diximus de con-  
nubiis, & consanguinitate Personarum  
harumce poëticarum, sed h̄c est in me-  
moriā revocandum. *Clericus.*

124. *Νυκτὸς δὲ αὐτὸς οὐ Ήμέρη εἶδε.  
γένετο.]* Vocem *Aἰσθη* crediderim h̄c non  
summam partem aëris, sed *aἴσθια* intel-  
ligi, hoc est, *serenitatem*; quæ unā cum  
Die ex tenebris nata dicitur, quod fue-  
rint post tenebras. Aptius jungitur *se-  
renitas* cum *Die*, quæcum *ether*, qui no-  
cte obscuratur; estque æquæ cum ea  
conjunctionis, ac cum die. *Clericus.*

126. *Γαῖα δὲ τοι μαχότων μὲν ἐγένετο Ιον-  
ίαντον Οἰσπάρῳ ἀπέργεντον ἵνα μηδεὶς πάντα κρά-  
νύποιτο.]* Sic & Moles post Terram Cœlum  
formatum docet. *Clericus.*

128. *Ορεὶς δὲ μαχότων θεοῖς ἦδε ἀσφαλὲς  
αἷς]* Postquam, nimimum, terram per vi-  
tam inhabitassent, in æthereas sedes,  
post mortem demum, transferendi erant.  
*Clericus.*

129. *Γειρατὸς δὲ ἔρησια μαχρᾶ*

— 131. *ἡδὲ τοι ἀπογένετο πίλαιρος.]*

Terra primū erat æquabili superficie,  
& aqua, quæ levior est, undique recta; ut ergo terra exsistaret nonnullis in lo-  
cis, h̄c à Deo excavatæ valles, illic sub-  
vecti montes, & circumpositum solum  
firmatum. Docet hoc Moses, nec con-  
tradicit *Hesiodus*; nam tum demum fuit  
*mare* à terra discretum, cùm loca pro-  
fundiora fuerunt, in quæ aqua deflueret,  
cumque alia eminere cœperunt. Nec  
aliter intelligere possumus quæ

— \* *ipse tener mundi concreverit  
orbis.*

*Tum durare solum & discludere Ne-  
rea ponto  
Cœperit, & rerum paullatim sume-  
re formas.*

Græci & rem & nomina op̄eari ū māgus,  
à Phoenicibus acceperant; quibus **גָּבָר**  
bar, aut bor, est *mons*, **יְהוָה p̄bileg** ve-  
rd *alveas* in quem aqua derivatur. **אֲשִׁיר**,  
quod additur, malum interpretari  
ex significatione radicis *אֲשִׁיר*, quæ apud  
*Hesychium* occurrit, & significare dicitur  
*אֲשִׁיר ex sicco*, quæcum *sterilem*. Aptius  
certè epitheton est maris. *Τρυγός* autem  
videtur esse propriæ *Εραίου* τε τε *τρυγά*  
*siccare ad faciem usque*, unde postea  
quidvis *exbaurire* significarit. Eadem de  
causa, crediderim *Homerum* vocasse *αι-  
σθία ἀργύρια* Iliad. O. 425. quia num-  
quam pluvias demittere prorsus definit. Attamen † *Eustathius* ignem etiam *ἀργύ-  
ρια* dictum contendit, quod vix puto,  
exemplum enim nullum affert. Igitur  
rectè dicetur mare *ἀργύριον*, hoc est, cu-  
jus *τρύγα* seu infimam aquam nemo vidit,  
nemo videbit, sive *inexhaustum*. *Cle-  
ricus.*

132. *Πέντε ἀπέρ φίλοπτον]* Intelligit  
mare internum, cuius nomen Phœnicio  
more scribere possis **פְּנִינְתָּה** *p̄o-nitha*,  
quod solenni mutatione **נ** in **נ**, est *in  
eo terminatus*, nempe, amplissimus A-  
siz tractus, præsertim minoris, quæ ad  
occasum Hellesponto, ad septem tri-  
ones Ponto Euxino finitur. *Clericus.*

133. *Οὐραρῷ τύρναῖσιν τὴν οχανὸν βαδυ-  
σιν]* Non repetemus Terram & Cœlum  
quasi personas à Poëta induci, fi-  
gurâ consuetâ omnibus Linguis; at no-  
tandum Terram propiorem Cœlo factam  
peperisse Oceanum, quando ex terris  
sublati defluxere aquæ in profundissi-  
mas valles quas tunc tegunt. De Ocea-  
no multis egit *Sam. Bochartus* in suo  
Chanaane Lib. I. c. 36. ostenditque olim

\* *Virgil. Eclog. VI, 34.* † *Il. O. p. 1003. Ed. Rom.*

vulgō notum Oceano terras ambiri, & conjicit dictum fuisse à Phoenicibus פְּנִינָה, hoc est, *circulum*, quia instar circuli terram cingit. Malim dictum נֶגְנוֹן ogano, quod & *circulum* sonat apud Chaldaeos, ut liquet ex Paraphrasi Chaldaica Cant. VII, 2. & præterea *craterem*, & *lacum*, quæ omnia optimè convenient Oceano. Antiquissimis Græcis dicebatur etiam עַמְרָא, quod similius Hebraico עַגָּן aggan, aut Chaldaico עַגָּן ogran, quæ *craterem* & *lacum* sonant. Vide laudatum *Bochartum*. Clericus.

134. קָבֵר תְּמִימָה תְּמִימָה] Hæc partim sunt nomina virorum & mulierum, partim personarum poëticarum, quales sunt Θύμος & Μηνούρων, Ιστισια & Μεμορία. Homines vocant Poëtæ cœli & terra liberor, quos antiquissimos omnium esse putabant; ob tenuem memoriam antiquissimæ Traditionis, ex qua acceperant Cœlestis Numen ex terra primos homines formasse. Clericus.

137. Κέρας ἀκυλοφύτης] Magnificum nomen. Νεγְרָה Phœnicibus dicitur radius, quæ appellatio digna fuit filio Cæli; nec male radium, ex Phœniciaz Lingue Analogia, dixeris filium cœli. Clericus.

139. Κύκλων] Hoc est, ut egregiè Sam. Bochartus in Chan. Lib. I. c. 30. נְגָמָש חַיְלָוָב viros Cbeck lab, viros sūnus Lilybætani, qui fuere antiquissimi Sicilie coloni, de quibus multis vir summus, quem adito. Clericus.

144. Κύκλων δ' ὄροψις] Inepiè ex Græca Lingua notum illa vetustius deduxerunt Poëtæ, ut solent; atque ex nomine ab illa Lingua deducto fabulas finixerunt, de viris qui oculum unum rotundum in media fronte gerebant. Ceterum hi dicuntur θεοῖς ιανίχου, Diis similis, hoc est, στελεχίοις ἀσπάσιοι οἱ περὶ τὴν Ελάσσα ἱκτίσται, venerandis viris, qui primi Græciā colonis instruxerunt; θεοῖς enim, apud antiquissimos Græcos, significabat propriè non naturam ater-

nam, sed eximiam ac venerandam, ut בְּנֵי אֱלֹהִים, apud Hebræos; & hominibus supra vulgus evectis tribuebatur. Multis hoc ostendimus in Arte Critica P. 2. Sect. I. C. 3. Ejus significatio- nis primigeniæ vestigia remansere semper in Lingua Græca, ut demonstravimus. Sed tamen frequentius postea si- gnificavit naturas humanæ præstantiores, adeoque immortales. Ex hoc usū vocis θεοί, *Hesiodum* perperam interpretatus, Crates emendari volebat Poëtam, & versui

Οἱ θεοὶ τὰ μὲν ἄλλα θνῶν ιανίχους θνῶν  
hunc substituebat:

Οἱ θεοὶ ἀδανάν θνῶν ηὔρειν αὐθιντες.  
Qui ex immortalibus vixerunt homines  
celebres; quod ab Apolline interemti  
dicerentur. At θεοί, antiquissimis tem-  
poribus, immortalē naturam non signi-  
ficabat, sed eximiam in suo genere, quo  
factum ut omnia eximia dicerentur di-  
vina. Fortè θεοί propriè admirabilem  
significavit, unde θνῶν admiror, θνῶν  
admirabilis. Apud Chaldaeos, הָנָה  
tbehah sonat admirari. Clericus.

146. Μυχαραι] Hoc est, machinatio-  
nes, quales multæ in fabrorum officinis.  
Significat *Hesiodus* Cyclopas non modò  
viribus, sed & arte pollentes fuisse. Cle-  
ricus.

148. Οὐκ ὄροψοι] Non nominandi,  
sive, Qui nominari non debent. Vox u-  
surpat de impiis hominibus qui latine  
dici solent nefandi vel nefarii. In se-  
quentibus tamen meliori sub charactere  
hi ipsi gigantes exhibentur, grati animi  
officia erga Jovem præstantes, ei contra  
Titanas auxiliatores strenui, eorundem-  
que in vincula conjectorum fidi custo-  
des. Sic enim Cottus Jovem alloquitur  
στογ. 657 &c.

Στογ δ' ἔπειραδ μοσαίην ἀπὸ γέρεα ιηρόντος  
Αἰολέος δ' ἐγαύτης ἀμελίκτων ἀπὸ Λευκῶν  
Ηλέαμαν. —

Τῷ γῇ τὸν ἄποιν τοντο, γῇ διπέρην βαλῆ  
Πυρομέσα κρατεὶς ὑπὸ εἰς αἰρῆ θνῶντο.

Et

Et postea 733 &c.

*Εντα Γέγυης, Κβήλος πε., καὶ ὁ Βριάρεως μογά-  
σμός*

*Νάκτην, φύλακες ποσὶ Δίὸς αὐχόδησο.*

Dicitur etiam ab Homero Briareus contra Deos conjuratos auxilio Jovi fuisse. Iliad. a.

*Οπόποτε μην ἔνυδησσε Ολύμποι πάθελος ἄλλος,  
Ηρα τ', ἡδὲ Ποσειδών, καὶ Πατέλλας Αἴθιον.  
Ἄλλος σὺ δὲ γ' ἐλένος, θεῖος, ωπλόντος θεούσιον,  
Ωχ' ἐπτόντοςεν καλέσσοις μακρὸν Ολυμ-  
πον,*

*Ον Βριάρεων καλένεις θεοί, ἀρδεις δὲ το πάντες  
Αἰγαίου —*

Alii tamen Poëtae eundem Briareum inter Gigantes numerant qui Jovi bellum intulerunt. Sic Virgil. AEn. lib. 10.

*Ægeon qualis centum cui brachia  
dicunt*

*Centenaque manus, quinquaginta  
oribus ignem*

*Pectoribusque arfisse, Fevis cum ful-  
mina contra*

*Tot paribus streperet clypeis, tot  
stringeret enses.*

Et Horat. lib. 3. Od. 4.

*Magnum illa terrorem intulerat Jo-  
vi*

*Fidens juventus borrida Brachiis.*

Et postea de Gyge Briarei fratre,

*Testis mearum centimanus Gyges  
Sententiarum.*

Callimachus Briareum Atnæ subjectum fuisse tradit, Virgilius Enceladum, alii Tyhoeum. Adeo incerti sunt Poëtae in fabulis narrandis. Rob.

149. *Κότος πε. καὶ τα ἔξι]* Videntur fuisse tres latrones antiquissimi, & valido corpore terribiles, & numero prædonum quibus imperabant. Unde factum ut quinquagena capita, & centena brachia singulis tributa sint. Terribilia sunt horum nomina, si Phoeniciis litteris scribantur. טְרִפְתָּח קֹטֶס, & additâ terminatio ne Græcâ Κότος, fastidiosum & rixatorum sonat. בְּרִיאַב־גִּירִיא briab-jiri est creatura timeto. נַגְגּוֹג denique signifi-

cat *ducem improborum, si interprete-  
mur ex Arabica radice نجع agag.* Ideo ab Hesiodo dicuntur εκ ἐρυθροῦ, hoc est, συντυχοι, male ominati nominis. Clericus.

151. *Ἄπλασι] Malim interpretari ad  
quos impunè accedere non liceret, quām  
magno;* ita ut vox deducatur ex a pri-  
vativo & πλάζει adpropinquare. Clericus.

152. *Ἐς ὄμων] Hic versus suppositi-  
tius videtur. Guilemus.*

155. *Σφιτέρῳ δ' ἕχοντο πολλοῖ.] Cūm pa-  
ter horum dicitur Cœlum, quod propter  
vetustatem ignoraretur; loco Cœli, sub-  
stituendus alius quispiam priscorum mor-  
talium, qui primi ex Asia in Græciam  
colonias duxere. Nec unum patrem tot  
liberorum fuisse crediderim, sed plures,  
qui latent sub uno vocabulo Cœli. Hi  
homines cūm fertilissimas Græcia oras  
occupassent, liberos suos, statim ac sibi  
prospicere poterant, remotiores tractus  
cultum ire jubebant, ipsi in pinguioribus  
sedem figebant. Interea imperium sibi  
patrium in liberos vindicabant, nec eo  
clementer admodum utebantur. Ideo  
Hesiodus patre inimico usos esse dicit.  
Clericus.*

156. *Τῶν μὲν ὅπερι πε αρπά τη φύσιτο, Φλά-  
ττας διακρίμενοι]* Hoc est, à se amanda-  
bat procul à suis sedibus, statim ac pri-  
mam juventutem attigerat. Quod nec  
ab uno, nec semel factum crediderim,  
sed forte per aliquot ætates, quæ omnia  
in unam personam Cœli à Poëtis con-  
tracta sunt; quia circumstantias harum  
historiarum nemo scriptis mandaverat, de-  
leveratque, magna ex parte, ex homi-  
num memoria, vetustas. Clericus.

158. *Γαιν εἰ καθάπτων]* Procul, in lo-  
cis abditiōribus, considere jubebant ju-  
venes. Sic infra Hesiodus collocat He-  
speridum Nympharum hortos, in extre-  
ma Africa sitos, εἰ ἐρμῆν καθάπτων γάιν, in  
obscure latibilis terræ, v. 334. Posset  
tamen & de antro intelligi, quod loco  
car-

caceris fuisse, ut infrā v. 483. At quando hæc facta, & ubi? Ut à posteriori incipiāt, ex sequentibus apparet primos Græciæ incolas in Macedonia & Thessalia sedes fixisse, quandoquidem illic erat Saturnus, cùm à Jove victus est, & Jupiter in Thessalia regnabit, ut postea videbimus. Certè ex Asia venientes; siue trajecerint Bosporum, sive pedestri itinere, circa Pontum Euxinum, & Mætidem paludem progressi sint, deinde ad meridiem iter flexerint; post Thraciam, quæ asperior est; exceperunt fertilissimi Macedoniæ & Thessaliæ tractus. Ad tempus verò quod attinget, hæc aliquot æstatibus, post generis humani divisionem, fortè paullò ante Abrahami tempora, contigisse videntur. Cùm viveret Moses, dudum cultos fuisse hos Græciæ tractus liquet ex Gen. X, 4. ad quem locum vide à nobis notata. Indidem colligere licet primos omnium colonis fuisse instructos, quia eorum solorum Græciæ tractuum meminit Moses. *Clericus.*

159. Σπαραγξιν γάμον πιλότην] Hoc est, procul acti juvenes, qui h̄c dicuntur *terra*, more Phœnicio, ex quo *terra* proterræ incolis frequentissimè in sacris Hebreworum libris occurrit. Vide Gen. XI, 1, 9. *Clericus.*

161. Ποίεσσα γένος πολὺν ἀδύμαρτρον] Hoc est, hi homines arma sibi fabricarunt, fortè in Thracia, aut in Epiro, in quibus magna olim fuerunt metalla. *Aδύμας* enim est *ferrum*. Sic in scuto Herculis v. 136.

— κυνίν τοποτον ὕπαινο  
Δαιδαλὸν ἀδύμαρτρον.

*galeam bene fabrefactam & elegantem ex ferro posuit.* Ubi vide Scholia sten. Sic & Horatius Lib. I. Od. VI.

*Quis Martem tunicâ testum adamantinâ*

*Dignè scripsit?*

Hoc est, ferreæ. Sic & intelligendi *adamantini clavi* Lib. III. Od. XXIV. Delirant, qui lapillum pretiosum hic somniant. *Clericus.*

178. οὐέζεν χωει] Subintellige, apprehendit manu sinistrâ genitalia patris. Sic habitum metentis expressit, qui sinistra manu spicas & dextra falcem tenet, Catullus. *Gnictus.*

180. Φίλη δ' ἀπὸ μῆδα παρὸς Εσσυδήνας ἔμποι] H̄c & passim alibi φίλοι dici non *amicum*, sed *suum* simpliciter, rectè observavit Dan. *Heinsius* Cap. V. Lect. in *Theocritum*. Sed quænam sunt hæc μῆδαι, quæ abscidit Saturnus? Omnino existimo *Hesiodum*, & qui eum, hac in re, anteceferant, aut sequuti sunt, lusisse in ambiguo. Vox μῆδος duo significabat, *pudenda* & *confilium*, cumque audissent dici Saturnum patri μῆδος, datâ operâ ita rem acceperunt, quasi narraretur ei pudenda resecuisse, ut πιραπλοῖαι, quas hac de re habent, locus daretur; quamvis probè scirent *confilium*, seu *confiliarios* intelligi, quorum suauis Thessaliam excedere coactus fuerat Saturnus. Hosce confiliarios fugavit, & navibus in Asiam redire coegerit; ex quibus rebus, nata videntur quæ habentur à v. 181. ad 200. Mῆδa autem significare consilia ostendit ipse *Hesiodus*, in frā v. 559. Similem verò ludum in ambiguo vocem μῆδος suppeditasse postea probabimus. *Clericus.*

181. Πάλη δ' ἡρῆψε σφέδεν Εξοπίσου] Ut in Asiam redirent, unde venerant. Πάλη manifestè ostendit agi de hominibus, qui remissi sunt ed, unde profecti erant, non de genitalibus. *Clericus.*

183. Οφει γδ ἐπαθηγητος, τογη το ἤξει.] Hoc est, quicumque aufugerunt Saturnum & socios, irati, & suorum cæde cruentati per vicinas oras sparsi sunt, aut in Asiam fugerunt; unde postea Jovi, contra Saturnum, auxilium tulerunt. *Clericus.*

184. Πάσου Αἴγανο γάμοι] Hoc est, omnes, qui fugerunt, in regione quapiam amicè excepti sunt. *Clericus.*

185. Γεινατ' Εείρνος τη χραπτόπας] *Furia* seu *Erimnyes* significant passim ultionem divi-

divinam, quæ magnorum scelerum reos persequi putabatur. Credebantur enim Erinnyes excitare bella, ut passim docent Poëtae. Hic autem magnum scelus Saturni, patrem solio dejicientis, describitur; & bella postea à filio ei illata narrabuntur, quibus poenas dedit violati parentis. Igitur terra dicitur *genus* *Erinnys*, quod postea vicinæ gentes, aut qui paruerant Saturno Jovem adjuverint. *Clericus.*

*Ibid.* Μεζάλος τη Γίγαντας, τώχεσ ταμπάριον.] Hoc est, post hoc Saturni scelus, aliaque similia ejusdem ætatis, fuerunt frequentia bella, quibus exercitati homines sunt, quo factum ut plures essent militares viri, quam antea. Γίγας hominem fortē sonat, aut militiæ adfuetum. Radix Arabica جن agag, ut antea diximus, significat *ducem improbitatis esse*, & *impetum facere*, qui significatus optimè huic negotio convenit. Hinc, ut puto, LXX. Int. solent vocem גִּבְּוֹר gibbor, quæ fortē propriè sonat, γίγαντα vertere. Vide Genes. IV, 6. X, 8, 9, &c. Descriptio ipsa *Hesiodei* γίγαντων ostendit milites tantum fuisse, cum eos Poëta *armis splendentes*, & *longas hastas manibus tenentes* describat. Postiores Poëtae illis postea magnitudinem corporis portentosam tribuerunt, quā factum ut videretur esse merum poëticum figmentum quidquid de Gigantibus dicebatur, cum tamen originem traheret ex vero, ut ex *Hesiode* intelligere licuit. *Clericus.*

187. Νύμφας δ' ἀς Μελίας γαλέον' ἡτοί. Ορα γαῖας.] Planè mihi persuasum est vocem νύμφην, quā significatur natura quædam intelligens, per terram inconspicua hominibus errabunda, aliud nihil esse, præter Hebraicum ψῆφον nephelesch, *anima*. Sic *Porphyrius* credit *antrum Nymbarum* dici sacrum animabus. In Quæst. Homericis p. LXIII. Ed. H. Stephanii præfixæ Poëtiæ Græcorum Heroicis: Πηγαὶ Αἰ, inquit, τῷ γάματα αἰκάτα τοῖς

ἱδρίαισ νύμφαις, τῷ ἐπ γε μᾶλλον νύμφαις τοῖς φύγαις, ἃς οἱδεις μελίας οἱ παλαιοὶ ἄνθρωποι: fontes, & fluenta propria sunt *Nympharum aquaticarum*, vel potius *Animarum* quas propriè veteres *Melissas* vocabant. Multò verius *Melias* dixiflet, ut ex hoc *Hesiodei* loco liquet, quamvis non ignorem quæ de *Melissis Nymphis* soleant dici. Sed quænam sunt *Meliz* ? *תַּלְיוֹאָהָן נֶפְשׁוֹת נֶפְשָׁסְחוֹת מְלָאוֹת*, vel Syria-cā inflexione, *תַּלְיוֹן נֶפְשׁוֹבָן מְלָאוֹן malejon*, hoc est, *animæ plenæ*, seu quibus expletum *vita tempus*, quales vocat Apostolus ad Hebreos Cap. XII. 23. *מְלָאוֹת שְׁנָאָר נֶפְשׁוֹת*. Ait ergo Poëta, postquam bella ab ætate Saturni cœperunt, *animos occisorum hominum proborum* per totam terram plurimos errasse. Ceteræ *Nymphæ* non dicuntur *Meliae*, quia credebantur esse tantum *נֶפְשׁוֹת nephaschoth*, *animi immortales*, qui nunquam humano corpore indui fuerant, quales ab Hebreis & Christianis *Angeli* vocantur. *Clericus.*

189. καλλαὶ δὲ ἦτεροι πολυτάτης ἵτι πόντοι] Versus iste interpolatus est propter εἰδίκειαν, ut alibi suprà. Scribe: καλλαὶ δὲ Ηπείρῳ πολυτάτοις ἵτι πόντοι. *Guictus.*

189. καλλαὶ δὲ Ηπείρῳ πολυτάτης ἵτι πόντοι] Recetè conjectit F. Guictus, morosus ceteroqui Criticus, legendum δι' Ηπείρου, hoc est, εἰ continentis conjectit in pontum; neque enim hæc in Epiro gesta sunt, sed in Thessalia. At non est mutandum πολυτάτοις ἵτι πόντοι, ut ille volebat, nam non opus est, cum passim significans motum ad locum, ut loquuntur Grammatici, conjungatur cum Dative; præterquam quod ultima vocis πολυτάτοις sit brevis, quam longam esse necesse est. Obiter observandum ἕτεροι dici continentem ab Hebraica voce, quæ pulverem sonat, τὸν *bapbar*, aut Syria-cā inflexione *בְּפָבָר bapbar*, unde addito Σ, more Græco, ἔτερος. *Clericus.*

190. οὐ πέρι τούτων πελῶν γένος.] Nonnulli ex consiliariis patris Saturni diu navibus huc illuc acti sunt, donec iverint in Cyprum, atque ē Cypro in Cythera venerint, ut docent sequentia. *Clericus.*

*Ibid.* Αμφὶ λαοῦς &c.] Hæc sunt πατητορίαι poëticæ, ex ambiguitate vocis μῆδος natæ. *Clericus.*

191. Τῷ δὲ λόγῳ ισημερον] Consiliarii patris Saturni in Cyprum cùm pervenissent, illic didicerunt cultum Λαρυγνοῦ, quem postea, viæto Saturno, in Graeciam retulerunt. *Clericus.*

192. Πάτερ δὲ Κυδιγεῖται ζωνία] Homo Graecus popularibus suis hinc gratificatur, cùm ex insula Cytheris, in Laco-nico līna, vult Veneris cultum translatum in Cyprum; cùm in Cypro antiquissimus sit ejus cultus. Alii tamen Graeci Poëtæ, qui non profitetur se verum dicere, aut caudidiores, aut accusatores Cypriam Venerem Cytherensi antiquiorem fuisse fatentur. *Herodotus* Lib. I. c. 105. loquutus de templo Veneris Uraniæ (Syris dicebatur בָּלְתָּה הַשְׁמִינִי Domina vel regina cœli, ut ostendit *Jœn.* *Seldenus* de Diis Sytis Synt. II. Cap. 2.) quod erat Ascalone in Palæstina, quodque ait fuisse τὸν ἀρχαῖον ἄποιν δοκούσθαι τούτος τὸ Θεῖον, antiquissimum templorum omnium quocumque sunt huius Deæ, pergit his verbis: Καὶ γὰρ τὸν Κύρον ἱερὸν ἵδεται τὸν Θεῖον, ὃς αὐτοὶ λέγουσι Κύκειον. τοῦ τὸ Κυδιγεῖται θεοῖς Σεβεῖς ὄντες: Siquidem templum, quod est in Cypro, hinc ortum duxit, ut ipsi dicunt Cyprii. Templum verò, quod est in Cytheris, condiderunt Phœnices, ex bac eadem Syria. Similia habet *Pausanias*, non uno loco; cuius verba non addam, quia allata sunt ab *Sam. Bocharto*, in Chanaane Lib. I. c. 22. ubi rectè ostendit insulam Cythera dictam ita fuisse à Phœnicia voce קְטַבָּרִים Ketbarim, petræ, quia illa insula scopolis cincta est. *Clericus.*

194. Αμφὶ δὲ τούτῳ] Eandem serè imaginem Veneris exhibet *Lucretius* lib. 1. Te, Dea, te fugiunt venti, te nubila cali Adventumq; tuum; tibi suaves doda tellus Summittis flores; tibi rident aqua- ra ponis, Placatumq; nitet diffuso lumine cælum.

Similiter de lecto Jovis & Junonis Il. 5.

347.

Τοῦτο δὲ τὸν χθὸν δία ποὺν παντάκα πάντα, Λαρύγνα τὸν ἐρούστα, ἵδη κρόκον, ἵδη ὕδωρ Πυκνόν, ἥδη μαλακόν, ὃς τὸν χθονὸς ὑψός εἴη.

Quem locum quam pulchre imitatus sit Miltonus nostras Vid. *Parad. Amisf.* lib.

9. Rob.

195. Τὸν δὲ Λαρυγνόν —

Κυλλίουν δεῖ τι καὶ ἄρδεις, ἅπαξ ἐν ἀρχῇ Θράσῃ.] Græculi omnia ex Lingua & Gente sua deducunt. Dicta verò est Phœnicie אֲפְרָדָתָה apbrada, hoc est, separata à viro, libidinis causâ. Hoc sensu radix Hebraïca פְּרָד pbarad occurrit *Hof.* IV, 14. Non opus est ut ostendamus quād apid hoc nomen Veneri conveniat; sed diligenter observandum hic ab *Hesiodo* Venerem statui Jove majorem natu, aut certè ex alio natam circa eadem tempora, cùm alii Poëtæ eam faciant subinde Jovis filiam. *Clericus.*

197. Κυλλίουν δεῖ τοι ἄρδεις] Ita loquitur *Hesiodus*, quia *Homerus* varia nomina profert, quæ similia apud Homines & Deos fuisse negat. Sic *Iliad.* A. v. 403.

Οἱ Βερύξειν γελάνειν διεῖ, ἄρδεις δὲ τοι πειρα-

τοις

Quem Dii vocant Briareum, homines verò omnes Αἴγαιον, Z. v. 291. Χελώνη κυλλίουν δεῖ, ἄρδεις δὲ κύματι. Quæ avis est montana, nigra, magnitudine accipitræ, & carnivora. T. v. 74 de Phrygicæ fluvio:

Οὐ θάνατος καλέσει θεού, ἀρδησίς δὲ Σεξίμαρος.

Ad quem locum ita habet Scholia festes : Τὸν δυαρίου τὸ πᾶν σεργήσεον ὄνομα εἰς τὸν θεόν ἀγαθόπεπον Ποινῆς τὸ δὲ μεταγήσεον εἰς ἀρδησίαν : εορτού, quibus duo nomina indita sunt, nomen antiquius ad Deos referit Poëta, recentius vero ad homines. De Venere melius dixisset Hesiodus :

Αστέρων καλέσει θεού, ἀρδησίς δὲ Αρροδίτην.

Nam Astarte nomen est Phoenicum, Aphrodite verò Græcorum. Clericus.

203. Τάγμα δὲ ἐξ ἀρχῆς πρώτην ἔχει καὶ τὰ οἴκατα] Hoc est, antequām Jupiter regnaret, hoc illi honoris concessum erat, ut rebus venereis præcesset ; seu, jam Dea habebatur in Alia, & quidem amorum,

\* priusquam

Sumeret agrestem, posito diadema-  
te, falcam

Saturnus fugiens, tunc cum virgin-  
eula Juno,

Et privatus adhuc Idaicis Jupiter  
antris.

Non semel ἐξ ἀρχῆς sumitur eo sensu, in hoc Poëmate. Postea verò Jupiter Diis novos honores tribuit, aut veteres confirmavit, ut non semel docet Hesiodus. Clericus.

207. Τὸς δὲ πατέρα Τιτανῶν δικιλονον καλέσοι — φάσαι δὲ πτερύοντας ἀπαδαίη μίζα ἐίξει Εὔγορ] Poëta voluit à Cœlo Titanas dictos esse καὶ τὸ πτερύον, plectere. At vocati sunt à voce Phœnicia ψυτιτι, id est, lutum, unde passim dicuntur γυνῆς, terrae geniti, & τλαβον, ē luto nati ; quæ vox contumeliosa est, quia hominem ad originem suam ē vili luto amandat. Vide Callimachum Hym. in Jovem v. 3. ejusque Interpretes. Hinc Cœlus dicitur ab Hesiodo eà voce usus tristis rexerat, objurgans filios. Clericus.

209. Τιτανόντας] Porrigentes, hoc est, & χεῖρα ὁργόντας, suprà ὡρέξαντα χειλα. Guelius.

214. Διάνερον αὖ Μόμον] Notum est Momum dici Numen, quod vitia quæ infunt operibus Deorum & hominum callidissimè animadvertisit. Quare autem noctis filius fertur ? Quia, nimis, clam facilius aliena mordere, quam palam. Quare Momus vocatur ? A Phœnicia voce μόμον, aut mom, quæ vitium sonat ; quod ita consentit cum iis, quæ dicuntur τοῖς τόνοις μαμοκτονεῖ, ut Etymologia hæc nostra vix in dubium possit revocari. Ita se ipse describit Momus, apud Lucianum, in Deorum Conventu T. 2. p. 709. Ed. Amstelod. Πάντες μὲν ιονοι ὡς ἐλεύθεροι εἰμι τῷ γλωτταῖ, καὶ εὖν ἂν καταπανίσαι με τῷ εἰς τὸν καλάτην μομοδίαν. Μηλέγχα γὰρ ἀπαρτα καὶ λέγω τῷ οὐκέτι ρωὶ τὸ φαντεῖν, ἵτοι μελιστα, ἵτοι τὸν εἰδῆς ἐγκαλύπτων τὸν γρόβην. ὡς καὶ ἐπαγθὴς δικῶν τοῖς πολλοῖς, καὶ συκοφαντικὸς τὸ φάνη, οὐκέτις τὸ γενίγκειον τὸν αὐτὸν ἐπομαζεύεται : Omnes me norunt liberum esse lingua, & nihil reticere eorum, quæ bene non fiunt. Arguo enim omnia, & dico quæ mihi videntur aperte, neque quemquam veritus, neque, præ verecundia, meam celans sententiam. Itaque molestus videor plerisque, & naturā ad calumniandum propensus ; publicusque accusator ab iis appellor. Lucianus quidem, qui Momum in concilio Deorum de se loquentem induxit, eum palam carpentem quæ sibi displicerent describere debuit ; sed naturam maledicentiae ex vero pinxit Hesiodus, cum ē nocte natam cecinit. Vide hac de re elegantissimum libellum Luciani, & τὸν ἔαδος πτερύον Λύγεολη, in Tom. II.

Ex hac eadem significatione vocis μόμος, natum est adjectivum ἀμμομος quod infra habemus v. 259, ubi forma sine virtute ita dicitur. Clericus.

Ibidem. Καὶ Οὐρίας ἀγρότεσσαν.] Quia nocte anxietates augmentur ; unde Ovidio dicitur curarum maxima nutrix. Clericus.

215. Εωνελες τοι] *Hesperides* Nymphae dicuntur quæ ad Occasum habitabant; Occasus autem, ex sententia Veterum, qui rationes motus Solis, aut potius Terræ, ignorabant, magnam cum Nocte affinitatem habebat. Locus in quo Hesperides esse credebantur non unus fuit, attamen in Africa constabat earum sedes fuisse. *Plinus Lib. V. Hist. Nat. c. 5.* de Berenice Cyrenaicæ urbe: *Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum, vagantibus Græciæ fabulis.* Idem de Lixo urbe Mauritanicæ Tingitanæ, ultra quam ad Occasum nihil esse credebatur, *Lib. ejusdem Cap. I. Ibi regia Antæ, certamengue cum Hercule & Hesperidum horti.* Idem habet *Lib. XIX. c. 4.* Aliam afferit Hesperidum Genealogiam *Diodorus Siculus Biblioth. Lib. IV.* Sed nec eum, nec recentiorem quemquam alium moramur, præ *Hesiodo;* Græculi enim certatim addidere veteribus fabulis, quæ proinde in antiquissimis quibusque minus corruptæ inanibus additamentis inveniuntur. *Clericus.*

217. Καὶ Μοίρας καὶ Κῆπος] Hoc est, Parcas, quæ duplici illo nomine vocari solent. Sed *Hesiodus*, Poëticâ licentia ludens, totidem facit Deos, aut Semideos, variis rebus præfectos, quod sunt illarum nomina, licet idem profus significantia. Quod manifestè ostendunt sequentia, & præsertim quidem versus 228.

*Tούρας τοι θόρυ τοι, Μάχας τοι Αρδροκτόσ τοι.*

Nam *Pugna, Cædes, Prælia & Sira-*ges virorum sunt unius ejusdemque rei quatuor nomina. Ex hac autem licentia personarum singendarum, & quidem divinarum, videtur orta consuetudo Ethniconum, de qua multis diximus in *Critica P. 2. C. VIII.* Ut ad Numina, de quibus hæc *Hesiodus*, redeam, fatales Deæ dictæ sunt μοῖραι fata, sortes, παρὰ τοι μοῖραι ἵξεσθε, quia unicuique divisæ sunt.

Sed vox κῆπ omnino facta est à Phoenicia voce Κήπ Kor, frigus; nec frequenter additur ullum epitheton morti, quam frigidæ, eo quod mortuorum illico frigescant membra. Quin & *Horatius Sat. Lib. II. Sat. I. v. 62.* frigus ponit pro morte:

— ô puer, ut sis  
Vitalis metuo, & majorum ne quis  
amicus.

*Frigore te feriat.*

Vetus Scholiastes: *Morte te afficiat, quæ frigida est, ut Virgilius: frigida mors.* Vide, si tanti est, alias Interpretes. Eadem operâ, dicam unde mihi videantur *Paræ* dictæ Latinis; nimirum, à voce ejusdem Lingue πῆρα rupit, frigit, unde dicta Νῆρα parka Dea quæ abrumpit filum; quod *Atropos* potissimum facere dicitur, sed non dissentientibus sororibus. Omnes aliae Etymologiae inepta sunt, quas licet quæras apud *G. Joan. Voßium* in Etymologico. *Clericus.*

220. Αἱ τοι ἀρδηντες τοι διοι τοι παραλαβόντες ιέπουσαι] Hoc est, quæ & hujs ætatis homines morte plectunt, & olim de antiquissimis Græciæ incolis in Deorum numerum relatis, quosque adeò nunc Deos dicimus, easdem poenas sumserunt. Res aliter intelligi nequit, atque hinc liquet, *Hesiodi* ætate, ignotum non fuisse Deos, qui colebantur, fuisse meros homines. Alioqui Numina, quæ præesse credebantur Morti, & fato hominum, Diis ipsis superiora numquam habita fuissent. *Clericus.*

223. Τίκτε ή καὶ Νέμετον.] Hæc vox idem significat ac Μοῖρα, est enim à νείρῳ, quod idem ac νέμω, id est, *divido.* Numen est, quod superbis distribuere credebatur poenas, & persequi reos, qui sibi meritum supplicium effugisse videbantur. Vide quæ de ea colligit *Rob. Constantinus* in Lexico, nemo enim plura & aptiora hanc in rem protulit Veterum testimonia. Sed non est miscendum,

dum, quod ille observare omisit, hoc Numen cum alio ejusdem nominis, quod præstet pudori, quo delicta vetantur. Est, nimis, ejus munus in eo situm ut excitetur in hominum animis timor *duas* *μητρας* *justæ* *vituperationis*, ut loquitur *Eustathius*. Hæc Nemesis anteverxit peccata; illa commissa plectit. Nemelis benignioris meminit ipse *Hesiodus*, in Operibus, v. 220. ubi descripto saeculo ferreo, ita loquitur:

Καὶ τότε δὴ οὐς ὅλυπτον ἔνδον χθονὸς εὐ-  
ρωδίαις,  
Λουκοῖσι φέρετον γελυφαῖσιν χρόνον γελῶν,  
Ἄθανάτοις μῆνιν ἵππον, φεγγίπονταν ἀνθρό-  
ποις,

Αἰδης καὶ ΝΕΜΕΣΙΣ.

Tum demum ad cælum à terra spatiofa candidis vestibus teat corpus pulcrum, ad Deos ibant, relictis hominibus, Pudor & NEMESIS. Interpretatur Proclus *δίκης ἄρρενος, justitiae Angelum*; sed tantum abest, ut is ad Deos saeculo ferreo ivisse dici possit, ut contra numquam magis versatus fuerit inter homines, quam ea ætate, quam maxima scelerata admissa censemur. Verum de hac dicemus & ad Opera Hesiodi. Clericus.

223. *Nemesis*] Αἰσχληπάδης ἐν τοῖς ηρ-  
γῳδικρήσοις οὐς κύκλον φοῖ μετεβλέπεται & Δία,  
καὶ Νεμίσιοι μηνύεται. Schol. Ant. Hæc fabula, ut opinor, ex eo traxit originem, quod ad Deum, ut loquitur S. Scriptura, vindicta pertineat, eique curse sit maleficia hominum punire. Rob.

224. *Kai φιλότητα*] Non est vertendum *Amicitiam*, ut vulgo solent, sed *Concubitum*; intelligendusque meretricius, qui meritò inter maxima mala recensetur, & Noctis est infasta loboles: Non raro φιλότης, apud *Hesiodum*, & *Homerum*, eo sensu occurrit, ut Lexica docebunt. Vide v. 177. Nec potuit soror ei convenientior dari quam *Amis*, hoc est, *fraus, simulatio, captio, fallax suadela*, quibus meretrices alliciunt adolescentes. Res est nimis nota, & plenæ

sunt exemplis Comœdizæ. Igitur necessaria non est violenta emendatio *Fr. Guieti*, qui volebat legi φιλότητα pro φιλότητα. *Clericus*.

224. *Φιλότητα*] Assentior Clerico qui φιλότητα interpretatur *Meretricium Amorem*, dicitque *sororem* ei convenientiorem assignari non posse quam & *Amis*. Cui adjungo, quod nec mater ei convenientior dari possit quam *Nemesis*, cujus sub umbra hæc facinora perpetrari solent. Rob.

230. *Δυσορούιν*] Η δυσορούιν τῇ τύρωμα opponitur, ut notavit *Guetus*. Haud igitur incommodè verti potest, *legum malarum institutionem*. Quo sensu ἡ δυσορούιν, & ἡ ἄτι optimè dicuntur familiares esse, quia nibil majus damnum infert hominibus quam malæ leges. Sed si concedatur τῷ τύμφω nunquam ab Homero vel Hesiodo usurpari, quærenda est alia significatio & δυσορούιν. Nec sane incommodè verti potest *difficilis vivendi status*, in quo boni à malis opprimuntur, quo sensu haud malè conjungitur τῇ Ατῃ. Ita verti potest τύμφων bona vivendi ratio, ut apud Homer. Ody. 5. v. 487.

Ἄρρεπτον θέειν τε, καὶ τύμφων ἐφράζετε.  
Ubi Scholiares exponit τύμφων, τύμφωνται.  
καὶ τὸν τύμφωνται, καὶ Λεπτέμφων. Vide quæ adnotavi supra ad V. 66. Rob.

233. *Nereia τὸ ἀφευδία*] *Nereum* vocari filium maris nemo mirabitur, qui sciet Phoeniciā Linguā, נָהָרָא nabaro esse fluvium. Fluvii meritò dicuntur filii maris, cum ex eo orientur, quod non fuit ignotum *Hesiodo*, ut appareat ex v. 336. & seqq. Crediderim Phœnices dixisse mare esse patrem fluviorum נָהָרָא נָה ab nabare, quod pater *Nerei* male versum est. Eodem errore, judicarunt Nereia esse numen maris, cum fluviorum potius Deus haberi deberet. Unde verò factum sit ut ei laudes tribuerentur, quas in eum congerit *Hesiodus*, quærunt Interpretes. Ridiculus hic est Joannes Dia-

*opus est iis, qui recte confabunt.* Similia Erymologici Magni auctor, & alia non meliora habet. Quoniam verò hic mentio fit justitiae, omnino crediderim *אָנֹכִי* esse propriè *judicium*, à radice Phœnicia *דּוֹן*, *jndicare*, unde *דְּרִיכֵנָה*, aut *רִינָה* *dino*, *judicium*, quod à voce *אָנֹכִי*, si pronunties *H* ut *I*, sola terminazione in *Σ* differt. *Clericus.*

235. Ovidius Musaeus — Nodens ] Hanc  
ob causam videatur Horatius Nereum  
potissimum elegisse qui naviganti Paridi  
fata caneret. Non modò ob veritatis  
amorem, ut ait Dacierius, quem ci-  
atribuit Hesiodus, sed etiam ob æquitatis  
& justitiae studium, quam Paris per ra-  
putum Helenæ tam insigne violaverat.  
*Rob.*

237. *Thetauma subas*] Cum Thaumas-  
quidem dicatur filius Nerei & pater Iridis,  
oportet eā voce intelligi quidpiam, cu-  
jus natura sit affinis mari & Iridi. Cum  
verò sit ille filius Terræ, necesse etiam  
est quod vocatur Thaumas posse dici è  
terrâ oriri. Vix ergo aliud esse potest,  
quam nescio quod Numen, quod sit va-  
porum & nubium præses; nam hæc na-  
scuntur ex mari & terra, & pariunt Iri-  
dem. Ita dictum fuerit, quod meteora  
hominibus sint *admirations*, aut à verbo  
Græco *sauvâlōv*, aut à Phœnicia voce  
*תְּבָמָה*, quæ idem sonat, & à  
qua Græcum verbum deductum est. Ho-  
mines, ut verbis *Lucretii* utar, è Lib.  
VI.

235. ————— ॥८८७॥ अ॒ श्रीमद्भागवत्  
लोके द्वारा दिक्षा ये नाम निर्वा इति.]  
Quæritur quid propriè significet vox dñ-  
s, quæ & apud Homerum aliquoties  
occurrit. Iliad. A, 361. Agamemnon de-  
lysse: οὐτε πλείστη ὁ δι. Interpretantur  
πλογὸ विलोपिता consilia, dictaque ea  
uit Eustathius, ad locum allatum Ho-  
meri, πλογὴ τὸ πλεῖ, ὁ συμβάντος τὸ δέκα πολὺ. ἀρ-  
ιγ्य πλείστος ὁ πλευχόρος· χερεύς γδ̄ χερεῖα τοῦ  
τοῦ πλευχόρος: τὸ πλεῖ, id est, diu, un-  
: & πλείστास longævus. Tempore enim

— mirantur quā ratione  
Quaque geri possint, præsertim re-  
bus in illis,  
Quæ supra caput ælberii cernuntur  
in oris. Clericus.

**Αγλώπα Φορκύν]** *Hic videtur homo fuisse, qui navigationis peritus fuerit, & remotissimas oras navibus adierit. Nam cum res ipsa hoc ostendat, ut postea videbimus, Radix γῆς πράκ apud Syros est discessit, amovit se &c. Clericus.*

238. Κητὸς γελλιπάρηνος] Nescio quare *Hesiodus* Cetonom pulcrum vocet. Si enim pulcra fuit, habuit diffimillimas sibi filias, ut postea videbimus. Ex filiabus si conjiciamus de matris nomine, judicabimus dictam à radice τυρ *Kou*, fastidire, litigare. Sotor ejus nomen Græcum habet, sed mali etiam qmoris, nec melior fuit filiabus sororis, cùm dicitur

Εἰρυβίαν ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ θυμῷ ἔχουσα,  
Εurybie ferreum animum in pectore habens. Clericus.

240. Μηγίρατα τίκηα Θιάρων, πόντην ἐν αὐτούσιαν] Hæ sunt nymphæ marinæ, hoc est, animi eorum qui in mari olim pereierant, aut etiam eorum qui insulas Maris Interni primi coluerant. Nomina illis Græca, pro arbitrio, imposuerunt Poëtae. Clericus.

266. Ωκεῖας πέντε Ιερ.] Cùm Veteres animadverterent arcum coelestem cerni cùm plueret, facile intellexerunt ortum eum ex pluvia; quo factum, ut à mari oriri dicant Poëtae. Sed propter elegantiā colorum, crediderunt, aut se credere finxerunt scalam esse è cœlo demissam, per quā nuntii à Diis ad homines descendenterent. Illi autem spiritus, quos nos Græcæ voce appellamus *Angeli*, hoc est, nuntios, ab Hebreis vocantur quandoque Πύρινοι *birim*, vel *irim*, hoc est, aut *vigiles*, aut *monitores*. Hinc ergo factum nomen *Iridis*, nuntiæ Deorum, quæ propterea dicitur *celer*, quod Deorum nuntii celerrimi esse existimarentur. Clericus.

267. Ήλέκτρας δ' Αργείας καὶ τὰ ιέντα] Ostendimus multis, in Dissert. de *Statua Salina*, Harpyias esse locustas, quas h̄ic facit *Hesiodus* Thaumantis Meteororum Præsidis filias, quia ex nubibus s̄pè ferti videntur; μεταχείριαν δὲ ταῦτα, sublimes enim volant. Vide quæ illic diximus. Clericus.

268. Αἱ ἐν ἀρέμασ] Hyperbole apud Latinos frequens, *Volat octor Euro*. Sed

merito culpandus est Noster, qui cùm ventorum celeritatem Harpyiis attribuisset, easdem statim avibus æquiparando nobilem hanc imaginem deprimit, atque immunit. Haud ita Horatius; qui hujusmodi comparationibus simul usus, per Climacem tamen assurgit, fortiore Hyperbolæ posteriore loco adhibens. Cart. lib. I. Od. 16.

*Octor cervis, & agente nimbos*  
*Octor Euro. Rob.*

270. Γελαῖς τέκε γελλιπάρηνος] Vox γαῖα idem sonat Græce, ac Γελᾶς anus. Inde finxerunt Poëtae *Græcas* fuisse canas, cùm nascerentur. At si scribamus אַנְגָּרְיָה *graab*, vel אַנְגָּרְיָה *griah*, vox deduci poterit à Radice, quæ apud Arabas & Chaldaeos significat, *audax, animosus fuit, irritavit*; quæ significatio non malè quadrat in Phorcynis filias. Quod addit *Hesiodus* à Diis æquè ac ab hominibus vocatas γαῖα, perinde est ac si diceret antiquissimum hoc earum esse nomen. Vide not. ad v. 195. Clericus.

272. Χαμαι ἐρχόμενοι ἀπόρων] Haud paullò elegantiū legas ἐρχόμενοι repentes, cùm ἐρχόμενοι rarius significet incedere. Clericus.

272. Εεχόμενοι] Frustrè est Vir doctus qui ἐρχόμενοι rarius significare incedere contendit. Sed ita prorsus scripsit Homerus Il. E. v. 441 &c.

Οὐ ποτε φύλον ὅμαιον  
Ἄδαράτων τε Στέρων, χαμαι ἐρχόμενοι τ' ἀπόρων. Rob.

273. Πιφριδῶ τε Ερυώ τε] Nomina hæc Græca sunt convenientia cum nomine Phœnicio; nam Πιφριδῶ vel, ut scribunt alii, Πιφεδῶ, est à πιφειναι inboruisse; fremuisse. Ερυώ verò nomen est Bellonæ, οὐδὲ τὸ ίερα, ίερα, οὐσι φονῶ, occido, ut conjicit *Eustathius*. Clericus.

274. Γοργές δ' αἱ τάντα πέρην κάντα οκεανοῖ  
Ἐχαπῆς εργεῖς τυκτός· ἵν' Εατεΐδες  
λιγύφανοι.] Phœnices, qui ab antiquissimis temporibus

bus extremam Africam ad occasum aliquatenus circumierant, cum narrarent quæ in illis locis vidissent, à Græcis Interpretibus non satis intellecti, auctores fuerunt hujus fabularum. Hoc intelligere licet ex *Hannonis Periplo*, in quo similia narrantur iis, quæ antiquiores *Hannone* Poeni, aut Phœnices, dixerant. Quæ de re vide quæ diximus in *Dissert. de Status Salina*, ne ea hinc repeteremus cogamus. *Πέριων ἀκτῶν*, est hinc aut *ad Oceanum*, aut in insula Oceani, ut jam diximus ad v. 215. *Contra eosdem* (*Catobletas*) sunt *insulae Gorgades, domus, ut arunt, aliquando Gorgonum*. Verba sunt *Pomp. Mela Lib. III. c. 11.* qui subjicit: *ipsæ terræ promuntorio, cui iam ripes nomen est, finiantur, unde colligere licet intelligi insulas, quæ dicuntur Promuntorii Viridis*. Attamen quæ retulit *Hanno* de insula in qua mulieres inventiebantur, ex quibus nata *Gorgonum* fabula, melius quadrant in insulam Gambiam, inter duo ostia Nigri fluvii, è regione *Gorgadum*, sitam. Idem *Mela*, memoratis Africæ incolis ignis usus ignaris: *Super eos, inquit, grandis littoris flexus grandem insulam includit; in qua tantum FOE MINAS esse narrans, toto corpore bimutatas, & sine coitu marium suâ sponte secundas; adeò asperis efferisque moribus, ut quedam contineri, ne reluctentur, vix vinculis possint*. Hoc *Hanno* retulit, & quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est. Hæc autem loca dicuntur esse ad extremam noctem, quod Veteres credent in ultimo occasu æternam esse noctem, quasi illic Sol extingueretur. *Clericus.*

276. Στρων τη &c.] *Gorgones* has sunt, quæ *Hesperides* etiam generis nomine vocabantur; *Hesperides* enim erant omnes illæ occidentales *Nymphæ*. *Clericus.*

280. Τὸς δὲ ὅπεραὶ περὶ τοῦ ἀνθεστήματος,  
Εὐθύδοπος Χρυσίας τῷ μήτρᾳ, ἢ Πίγαρος  
ιπποτῇ.]

Unde singulæ circumstantiæ hujus fabulae natæ sint nemo dixerit. Sed summatim coniucere est latere hinc aliquid veri, de equis ex ultima Africa in Asiam aevatis. Ejus rei hæc clara sunt vestigia. Primo *Perseus* commodè deducitur à voce *Phœnicia פְּרָסִי pbarso*, hoc est, eques; quæ derivatio optimè in eum quadrat, cum *Pegaso* veheretur, equo alato. Secundo, si scribas vocem *Πύραος* *Phœnicie*, hoc modo, \* פְּרָסִי pagous, vocem habebis compositam ex פְּרָסִי pag, hoc est, *lupatum*; & פְּרָסִי sous, hoc est, equus. Tertio, notissimum est *Mauros* & *Numidas* extremæ Africæ incolas semper equis abundasse, atque ex iis pugnasse. Nihil frequentius in Romana Historia occurrit. Quin & videtur pars aliqua illarum Gentium *Perfaram* vocabulo dicta, eadem de causa, non quod ex Perside venissent. *Sallustius* in Bello Jugurthino, ejus rei meminit, quasi ex *Punicis libris*, qui *Hiempsalis regis dicebantur*; sed eos ex reliquiis exercitus Herculis fuisse vult. Postquam in Hispania *Hercules*, sicut *Afri* putant, interiit; exercitus ejus compositus ex gentibus variis, amissio duce, ac passim multis sibi cuique imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero *Medi*, *PERSAE*, & *Armenii*, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos occupavere. Sed *PERSAE* intra oceanum magis, biique alveos navium inversos pro ruguriis babuere. Græci postea Argivo suo *Perseo* tribuerunt, quæ de gente cognomine à *Phœnicib[us]* audirent, omniaque mendaciis novis incrassarunt. Credibile est, occisis custodibus, abductos fuisse equorum greges ex Africa in Asiam. *Clericus.*

? Vide Sam. Bechmanni Hierozoici P.I. Lib. 3. c. vi.

283. O οὐτούς γένοντας] Hinc dictus, si Græcis creditimus, *Cbrisasor*, quem vellem ab *Hesiodo* descriptum. Certe minus quod illi tribuit ferendi fulminis & fulguris, vel eorum custodis, colligere est ex ejus nomine Phœniciis litteris scripto, nam קחרים־אור *bbaris-or*, vel *cbriſasor*, significat *custodem ignis*; cum קחרם *cuſtodem*, apud Arabas, &c, apud Hebræos, aliasque Orientales populos, אור *or* non modis *lucem*, sed & *ignem* sonet. Hac ostendunt Phœniciam esse fabulam, etiamsi omnibus ejus ambagiis expedire nos non posse videmur, sine filo quam Ariadnes. *Clericus.*

284. *Xdōra p̄nt̄p̄a p̄n̄am*] Hoc est, terra matrem malorum cistreorum, non ovium; ut intelligere licet ex iis, quae diximus de Hesperidum hortis. Clericus.

287. Τετράπλυνος Γαυδιούνα ] Quare ex Chrysaore natus dictator Geryon, vel Geryoneus, ignoremas necesse est, quia de Chrysaore nimis pauca habet *Hesiodus*; nam recentiores nihil moror, novis mendaciis veteres historias nimium corruptentes. Hoc unum dici potest, patriam Chrysaoris fuisse continentem Africam, sedes verò Geryonis insulam ab ea non remotam, sed propiorem Hispaniæ, de qua insula postea dicemus. Quæsiverunt dudum Grammatici, quorum conjecturas collegit *N. Loydias* in Lexico Historico-Poëtico, quare Geryoni tributa sint tria capita. Nos ex Lingua Phœnicia rem deducendam putamus, cum Tyrii insulam illam habuerint, ab Hercule Tyrio occupatam. Cum ergo Hercules, hoc est, mercator Tyrius, in eam insulam exscensionem fecisset, occurrerunt illi tres globi ejus incolarum; quos ille, cum Phœnicibus suis, vicit. Res autem ita Phœnicia Lingua exprimatur: הַכָּח שִׁילֵשׁ נְרִיחַ iccbab scbeto/cb rasche gerebem, aut more Syriaco נְרִיחַ greboun, hoc est ad verbum, percussit tria capita greboun, quæ ultima vox si pro nomine proprio viri sumatur,

statuetur fuisse vir quidam triceps nomine *Geryon*. Sed est appellativa, significatque *ikorum incolarum*; & sensus loquutionis Phoeniciæ hic est: *tria agmina incolarum cecidit*. Nam Phoenicie דָּנָה roscim dicuntur etiam *agmina*. Hinc nata videtur fabula tricipitis Geryonis. Clericus.

290. *Bos* ταῦτα σιντέπεστον φερούμενά τινα Ερυθραίον.] Quæ de hac insula collegit *Sams.* *Bocchorius Chan.* Lib.I. c. 34. non repeatam. Ille eam à Tyriis conditam, Veterum consensu, ostendit. Sed ex *Hecatæ* negat Herculem Argivum umquam in hæc loca navigasse, nititurque probare in Erythria non fuisse boves, quod gramen esset illic siccus quæcumque boves saginandi pars esset; quam in tem profecta verba *Strabonis*, in quibus oves, non boves, saginatae dicuntur in Erythria. At verum quidem est Argivum Herculem non omnia fecisse quæ ei tribuuntur, ut ostendimus in *Scutum*. Sed verba *Strabonis* nequaquam ostendunt saginari non potuisse boves in Erythria insula, cum idem gramen, quo usque adeo distendebantur oves, ut nisi trigesimo die mitteretur iis sanguis, suffocarentur; idem, inquam, gramen posset boves saginare. Sic ille loquitur Lib. III. p. 117. Ed. Genevensis *Casaubonianæ*: Ερυθρία τὰ Γελέηρα ἔχει λίγους ὁ Φερεκύδης, οὐ δὲ τὰ αἱρέτα Γηρόβρια μαδούνια. Άλλοι γέ τοι οὐδεὶς εἰλεύθεροι τούτη τὴν πόλιν γένονται, παρεῖμαι διαδικαίων διεργαζόμενών τοῦ εὖ-*Coty* ἀρχής, οὐδὲ τοι νομούσια αὐτοῖς επεξέπονται τὸ γάλα, δέρεται τοι ποιητική παραγωγὴ δι τοιλαχίνης πεπονίτης καὶ τοποτητῆς. Εἰ τελέκουντα τοι ἡμέραις πήγαντα τὸ ζεῦς, οἱ μόνοι περιπολάριοι τοι τοι εἰματοῦτοι. Ξηρὰ δὲ θεῖοι λιγότεροι βοστάνιοι, ἀλλὰ πάντες οφεόρα. παχυμερότεροι δὲ τοι τοι πεπλάνες δι μίδων τοι αἰσθάνεται τοι Γηρόβρια. *Erythriam Gadira* videtur vocare *Pherencydes*, in qua quæ de Geryone dici solent fabulantur contingisse. At si eo nomine vocant insulam objectam huic urbi, τοι freto unius stadii diremitam; videntes bonitatem pascuorum, cum ovium illuc pascentium

rium lac serum non faciat. Casuum vero faciunt admisit multa aqua, propter pinguedinem; & trigesita diebus suffocatur pecus, nisi quis ei aliquantum sanguinis mittat. Herba quam pastuntur sicca est, sed valde saginata. Hinc colligunt fictam esse fabulam de armentis Geryonis. Integra verba adscriptissimus, ut appareat nullius ponderis esse rationem viri summi; herba enim, quae usque adeo saginabat oves, non semper sicca erat, & poterat etiam sicca saginare boves, cum non minus pascantur foeno, quam viridi gramine. Idem durâ Etymologîa vult dictam insulam Eribiam, à voce Phœnicia פְּנִיכִיָּה *bashbarot*, hoc est, greges ovium, quam verterint Græci ēv Ep̄nōi, urbs Eryiba. Nos multò commodius derivamus à voce בְּרַבָּה *berot*, quae grama, aut herbas virides sonat, Elai.XIX.7. Postea dicta est Approbodis, & insula Janonis, à templis Deoz Tyriorum Astartes, quam Græci & Venerem & Janonem interpretabantur. Adi Boccartum loco laudato, & Claud. Salmasium in Solinum, p.201. Ed. Ultrajest. Clericus.

290. Buti Ἀρά] Haud aliter narrat Homerus cædem Andromaches fratum Il.ξ. V.423. &c.

*Katēmēs πολεμίου θύς Αχαιών*

*Batr ἡπ' εἰπόδια, οὐ ἀγρυπνός οἶκον.* Rob.

293. Op̄or τη στέρεας καὶ βέβαιος Ερυθρα.] *Oribus canem* fuisse Geryonis docet Hesiodus v. 309. eumque Echidnae & Typhonis foecum facit; sine dubio quia fingebarūt Διάφοροι, ut docet Apollodorus Bibl. Lib.II. c.IV. §.10. à quo etiam vocatur Op̄or. Dicebatur à Phœnicibus שְׁרֵרִירָא אֶתְרְרֹסֶכּ, hoc est, biceps, & שְׁרֵרְבָּה, duo, & שְׁרֵרְבָּסֶכּ, caput, & præfixo נָ, quod in nominibus frequens est. Ex Othreros factum *Oribus* & *Orizos*, corruptione facilis. Malim tamen apud Hesiodum scribi Op̄op̄o, quia minus abit ab origine Phœnicia. Cani autem bicipiti nomen inditum forte est à

Phœnicibus, ob frequentem latratum, cui caput unum sufficere vix videbatur. Ea gumen est פְּנִיכִיָּה *bashbe-isom*, pastor ovium, qui simul bubulus esse potuit. Nomen Phœnicium in Græcum non infrequens, cum similis soni esset, mutatum est. Clericus.

293. Οψω] MS.Bodl.109. Legit Op̄or, quem restitui. Rob.

297. Κρατερέψερ] *Echidra.*] Hesiodus, nullâ habita ratione temporum & locorum, Medusæ, quia monstrum erat, progeniem fuisse narrat monstra omnia, quae priscis fabulis erant inclyta; pro more, quem non semel observavimus, & quo naturâ affinia matrimonii & consanguinitatibus conjungit. Medusa, ut vidi mus, erat Nympha Hesperis, hoc est, extrema Africæ, ad occasum. Hic vero filiam ejus *Echidnam* collocat in Λείψιοι, hoc est, in una ex regionibus, quae à Syris dicebatur סְרָן *aram*; quae oræ omnes erant ad orientem Maris Interni, circa Euphratem, ut ostendit multis Joan. Seldonus in Proleg. Operis de Diis Syris, & Sam. Boccartus, in Phalego, & quis non? Res enim est lippis & tonsoribus nota.

At non ita vulgo notum, quare *Echidra* in Syria esse dicatur, & cum Typhone connubio juncta, & sub terra, in profundissimis cavernis. Latet hic verissima historia, quam narrarant Græcis Phœnicæ, quippe quae contigerat in regione ipsis finitima; sed quam Græci Interpretes non adsequuntur sunt, propter ambiguitatem vocum. Λείψιοι dicitur tractus Palæstinae, in quo erant *Sodoma*, *Gomorra*, *Adma*, & *Tsebōbīm*, quarum incolæ voce נְפִילִים *nephilim* signabantur, quia submersi erant in lacu Asphaltite, nam ea vox submersum sonat. Rem pluribus persecuti sumus, in Dissert. de *Sodoma subversione*, §.VII. Vox vero *Echidra* est interpretatio vocis עֲכֹרֶב *tsebōab*, unde factum nomen urbis *Tsebōim*; nam עֲכֹרֶב serpentis genus est, ut ostendit Sam. Boccartus in Hierozoico Part. 2. Lib. III. c. 7.

Narraverant ergo Phœnices, בְּצַבָּעַ יְהוָה אֶרְצָה בְּמִעֵדָה דָּרְבָּה כְּבָרָס tsebobi bim tipbo jarad bimbaroth erets baaram, hoc est, *Tsebotam cum fabmesso descendisse in terræ cavernas, in Asmæa.* Verterunt Græci; *vipera cum Typhone descendit &c.* Εχίδνα τοῦ Τύφωνος εἰς αὐλάνα γῆς, in Aequois. Nomen incolarum urbis *Tsebobi* crediderunt esse nomen serpentis בְּצַבָּעַ, & nomen appellativum נַפְלָשׁ, quo signabantur omnes submersi lacu Asphaltite, existimarent esse nomen proprium nescio cuius monstri; qua de re iterum aliquid dicemus. Clericus.

297. Οἵτινες δέ τε οἱ Εχίδναι] Miretur quis quamobrem appellaverit Hesiodus τὰ Εχίδναι διvinā, cūm jam præcedente versu dixisset eam *monstrum esse nibil simile immortalibus Diis.* Animadverte igitur quod hæc dissimilitudo intelligenda sit de forma solutummodo externa; infrā enim ad v. 305. dicitur de Echidna quod sit *immortalis*, Αδάρατος νύμφη ἀγέρατος ἡμata πάτη, qua de causa haud immerito dici potest *divina*. Porro, τὸ δέντρο quandoque usurpatur quasi τὸ δέντρο admirabile, spectabile. Hesych. Θεῖον, τὸ ἄξιον λόγου, ὅπερ δωματίων. Eodem etiam sensu τὸ δέντρο usurpati credo in descriptione illa Homericā ejusdem monstri. Il. l. 180.

— Ηδ' ἐπ' ἔν δέντρον γέρον, οὐδὲ ἀσπάστων.  
Rob.

307. Δέντρο δὲ οἰλεῖν] Qui legerit Gen. C. XIX. non dubitat quin Tsebohitæ δέντρο & οἰλεῖν essent. Sed hæc subjicitur vox ἀνθρώπου ventus, quæ homines inventum mutantur; eo quod est *Typhonius* ἀνησυχ. dictus sortè à Phœnicibus ιωπόν τουρπόν, à radice ήττον τοαρψ, inundare, submergere, quod submerget naves. Sic ob nomen simile, res diversissimæ militæ sunt. Clericus.

307. Αριφῶν] Codices nonnulli habent τὸ ἀριφῶν, quæ vox bene convenit præcedentibus epithetis, et characteri Ty-

phaonis. An τὸν verò ab Hesiodo unquam adhibeat, vide quæ adnotavi supra ad v. 66. Rob.

310. Κέρπιον] Crediderim canem aptum fugandis lupis, & invaderidis aliis feras, dictum fuisse קָרְבָּרָא ש Kerbrosch; quæ vox composita est ex קָרְבָּ קָרְבָּ, prælium, & שָׁרָשָׁ שָׁרָשָׁ, caput, vel dux, quod dux prælii haberetur ejusmodi canis. Verum Interpretes Græci intellexerunt dictum קָרְבָּרָא שְׁבָרָשָׁ Kerbrosch, hoc est, quasi multorum capitum; quo factum ut nonnulli tricipitem fecerint. Hesiodus verò πολυκεραστήν, quinquaginta capitum facit, quo Pindarus minime contentus εἰρητεκέφαλον centum capitum dixit. Clericus.

310. Οὐτε πατεῖν] Vide quæ in Synonymam vocem adnotavi ad v. 148. Rob.

319. Η ἢ Χίμαιρα ἐπηπτε] Chimæra etiam meminit Homerus Iliados 7. eamque hisce verbis describit. v. 180.

— οὐδὲ ἡ τὸν δέντρον γέρον οὐδὲ ἀσπάστων,  
Πέρδια λέων, ὄντων τὸ σπάσκων, μίαν δὲ γέμαζε

Δεῖνον λανθάνειν ποέει μέντος αἰδομένοιο. Hæc certè erat divinum genus, non hominum; autē leo, post draco, media capra, torribilemque exbalans vim ignis ardentes. Hesiodus posteriores etiam duos versus aut ab Homero mutuos sumvit, aut fortè, cūm vulgo ore hominum fermentur, Poëmati suo inseruit. Sed præterea addit tria capita ei fuisse totidem animalium. Homerus docet id monstrum fuisse in Lycia, ubi à Bellerophon te interfictum narrat, quemadmodum Hesiodus. Ex hac descriptione colligere licet, quid nomine Chimæra intellexerint. Si Phœnicis litteris scribamus כְּמַרְיָה cbamirah, compariemus eā voce adūstam significari, quod nomen optimè convenit ei quam finguunt ignem spirasse. At qui potuit fingi animal, quod ignem spiraret? Revera non fuit animal, sed mons Chimæra, qui eo nomine propter ea appellabatur, quod flammæ eructaret.

ret. Memoriae prodiderat \* Clesias Cnidius, *καὶ πότε δέ τις θεωρίδος ἐν Λυκίᾳ ἀδιάντην, καὶ ὅτε ἀπέτιν δὲ πόρας, καὶ πλάνη καὶ ἡμέρας.* Quæ verba vertit Plinius Hist. Nat. Lib. II. c. 106. *Flagrat in Phaselide mons Chimera, & quidem immortalis diebus ac noctibus flammæ.* Phaselis autem fuit pars Lyciae. De hisce montibus ita Strabo Lib. XIV. p. 458. *Πηλοῦ τοῦ μεσοτείχου τὸ ὄπεν τὰ σεῖς & χιμάρας: His montibus fabula Chimera affingitur: Ceterum ab Herodio Chimera fingitur habuisse tria capita, leonis, capriæ & serpentiæ, forte propter tria juga, quæ judecabantur aliquatenus referre figuram capitum illorum animalium. Anteriori jugum simile censebatur capiti leonis, posticum serpentis, medium capriæ; unde nota est altera fabula circumstantia.*

Hæc sunt, nisi fallor, multo similiora vero, quam quæ conjectit Bochartus, Chanaan. Lib. I. c. 6. signari tribus Chimerae capitibus tres duces Solymorum Pisidiæ populorum, quorum nomina significasse tria illa animalia putat. Nam ut ne repetam quæ jam dicta sunt, ut nomina illa significant id quod vult, sunt mutanda; quod si licet, in omnibus nominibus omnia inveniemus. Miror viro acutissimo nihil suboluisse de nomine Chimerae; ex quo enigmatis hujusque mythici solutio pendet. Clericus.

325. *Τῶν μὲν Πήγασος ἔλατον καὶ Αἰτίαν.* [Intelligendi sunt incolæ trium memoratorum jugorum, quos Bellerophon non solus, sed cum exercitu illinc dejecerit. Pegasum illi equum dat Poëta, quia propter altitudinem illorum jugorum, pene opus erat alis, ut ita loquar, ut invitæ incolis ed adscenderet. Hinc + Arimazes, qui, Alexandro Asiam subgente, Petram Sogdianam occuparat, per tentibus Macedonibus ut eam dederet, quærebat an Alexander volare posset? Cujus Petras cacumine ab aliquot Alexandri militibus occupato, qui missus erat:

\* Apud Phœnix Cod. LXXII. + Cœnii Lib. VII. c. LI.

ad Arimazen, ut eum ad deditiōnem compelleret, juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiæ haud immerito illudens pennas airmilites babere Alexandri. Simile quid de Bellerophonte dictum, quo factum est ut Poëta Pegasmum ei tribuerint. Clericus.

326. *Η δὲ ἥρα Σφίγξ ἀλού τίνει.* [Sic describitur Sphinx ab Apollodoro Biblioth. Lib. II. c. 9. §. 8. *Εἶχε μεγάλων πού γυναικός, σώμα τὸ τούτον καὶ ὑπὸ λευκός, καὶ πίρυς ὁρνίς: ἦβεται φασὶν quidem mulieris, peccat verò, πέδες εἰς caudam leonis, ac pennas avis: Subjicit: μαδονα τὸ αὐτίγματα παρὰ Μουσᾶν, ἐπὶ τῷ πίνακι ὃς ἐκδίκετο τὸν πετεντὸν οἰκατοῖς: cum accepisset enigmata à Mousis, montem Phœbeum insedit, atque hoc proponebat Thebanis. Tum addit occisos eos qui non poterat id solvere; & ita omnes, qui hanc fabulam narrant. Viderunt jam dudum Veteres, sub hac fabula, Historici quidpiam late-re. Scholastæ: *ιδοὺ Σφίγξ περγυματῶν μὲν γυνὴ τὸ λευκός, τούτη τὸν πόδας οὐδὲ αὐτῇ τὸ σωματός ὅρνας: Sphinx revera fuit mulier latrociniis dedita, & babuit multos secum, qui uia rapiebant. Pausanias in Boeoticis p. 580. describens agrum Thebanum, mentione injectâ Templi Herculis Hippodoti: Περιθόντων δὲ τὸ ἄρχοντος τὸ Σφίγξ λέγοντο ὄρμαδη, ἐπ' ὀνειροῦ ἀπαγόρων αὐγῆμα ἄδειον. Οἱ δὲ λευκίαι οὐδὲ μάρμαρος ταῦτην φασὶν αἰτεῖσθαι, εἰς τὸν Αἰθιόποιον γάρ διάλασσαν: γεταλεύσουσα τὸ δέσμον τοῦτο ἀπαγάγει χρῆμα, τούτον ἴξεῖται Οἰδίποτος αὐτῷ, ὑπερβαθύνος πάντας σπανὸς λιόντην ἐχειν τὸν Κοείδον: Progradientibus occurrit mons, unde aiunt erupisse Spingem, in perniciem eorum qui rapiebantur, enigma cantantem. Alii verò latrociniis deditam & cum copiis navalibus errantem, aiunt eam tenuisse mare usque ad Anthedonem; deinde hoc mons occupato, latrocinia exercuisse, antequam Oedipus eam interficeret, superatam multisitudine copiarum quibus instructus.**

*Corintbo venerat.* Sed paullò distinctius circumstantiae fabulae sunt explicandas. I. Dicebatur *Sphinx*, à voce Phoenicia Σφίνξ, quæ si confundatur cum Σφίνξ, prout solent Φ & Σ misceri in Linguis Orientalibus, duo significabit, 1. *perplexus, implexus fuit*, quales sunt spinæ inter se implicitæ; 2. *effudit sanguinem, homicidium commisit*. Itaque ΣΦΙΝΞ sphærica erit perplexa, & homicida; quorum priori convenit cum eo quod dicitur de ænigmatibus perplexis Sphingis; posteriori cum cædibus, quibus Thebanum agrum cruentavit. II. Muliebri erat vultu, quodd inter latrones qui montem illum insederant, mulieres essent; leonis membra nonnulla habere dicta est, ob crudelitatem & latrocinia; alas vero ob celeritatem, quæ per rupes ferebatur, & quærentes fugiebat. III. Ænigmata proferre dicebatur ob male intellectum nomen ΣΦΙΝΞ quod αἰνγαμάτων versum est, cùm debuisset verti βετόδης, quod nomen fuit globi latronum latentium post dumos, aut inter spinas. IV. Occidere dicta est eos, qui ænigma solvere non poterant, quia errantes in dumis Phicei montis, & eos quærentes, subito erumpentes ex dumis invadabant. Perplexitas autem dumorum ed facilitus cum perplexitate ænigmatum mixta est; quodd apud Phœnices, quos Boeotiam condidisse nemo nescit, mos esset antiquissimus ænigmatibus veluti ludere, proposita multa in eos qui ea solvere non possent, & luxo promisso soluturis. V. Ab Oedipo dicitur solutum ænigma, quodd invento in sylvis latibulo latronum, illinc dejectos occiderit.

Objici fortè queat conjecturæ de nomine *Sphingis* dictam eam à Boeotis Σφίγξ non Σφίγχα & Σφίγχων οὐ νοι Σφίγχων. Prius habet Scholiares, posterius *Pausanias*. Verum ea potuit esse corruptio in recentiore sermone Boeotio, quæ perpetrat detrahebatur Σ ante Φ; quod verisimilius ed videtur, quodd Sphingem di-

cant omnes alii Græci. Nolim ex posteriorum Boeotorum consuetudine, *Hesiodum* emendare. *Clericus.*

331. *Kapavian Τρήτον]* Plerique interpres vocem ηπεῖν adjectivum faciunt cum Νεμινες concordans, eamque expoununt *cavernose*. Sed perperam. Hæc enim vox revera designat montem Tretum, in quo erat spelunca Nemeæi leonis; quod verba Diodori lib.4. fatis demonstrant. Οὖτος (ο λέων) μυχίστε μὲν οὐρανὸς λύ, ἄτακτος δὲ ὁ πεδίος καὶ χαλκῆ καὶ λίθος, τὸ δὲ χρῶμα βιαζομένης φεγγεστὸν ἀνάγκης. Λέγεται δὲ οὐρανὸς μυχίστε Μυχίστε καὶ Νεμινες εἰδεὶς τὸ χαλκέον λύντος οὐρανὸν ΤΡΗΤΟΝ. Εἶχε γὰρ εἰδεὶς τὸ ζεῦς θεού μυχίστε σταυροῦ, καθ' οὐρανὸν φεγγεστὸν οὐρανόν. Eadem penè historia in Pausaniae Corinthiacis occurrit. Hæc sati indicant quod in monte *Treto* leonis Nemeæi antrum fuerit, ac propterea hic versus hoc modo pungi & exponi debeat,

*Kapavian Τρήτον, Νεμινες, ιδ' Απίουντος.*

*Imperans Treto, Nemæa, & Aperi-  
fanti. Rob.*

334. *Γενέτερος ἄριν καὶ τα ἴχνα]* Non semel, in fabulari historia, serpentes custodes constituantur rerum diligentissime servandarum. Sic Delphis τὸ μαντεῖον ἵππεις πίστων ἄρις, oraculum servabat *Python serpens*. *Apollodorus Lib.I. Cap.IV. §.1.* Martium fontem Thebis vicinum servabat serpens. Idem Lib. III. C.IV. §.1. Custodiebat etiam draco vellus aureum. Idem Lib.I. C.IX. §.23. Unde vero hoc factum? Nimirum, vigilem oportet esse & oculatum quicunque custodit rem pretiosiorem. Hoc autem significatur vocibus ἄρις & σφέλων, nam Radices, ex quibus haec voces deductæ sunt, ὄμηρος & Ηρόκορος significant videre. Similiter Phœnicia vox ΣΦΙΝΞ nabbascb, quæ serpentem sonat, est à radice, quæ *speculari* significat. Igitur credibile est, in prisca Phœnicum Lingua, eam vocem *custodem* & *serpentem* significasse, ex qua ambiguitate natæ sunt fabulae. *Clericus.*

337. *Ποτηφὸς τὸν δικῆτα]* Facile est in-

Intellectu quare fluvii dicantur nasci ex mari, cum non sit tantum affinitas naturae; sed etiam ex vaporibus marium nascantur pluviae, unde fluvii. Idem dixeris de fontibus & stagnis, de quibus postea. *Clericus.*

338. Νῆλος] Scholia fest ad hunc locum habet: *Ἐκ τέτοια πάντη οὐδεὶς οὐδὲ οὐρανὸς, ἀλλὰ οὐρανὸς τελεῖ & Νῆλος: Πίνε αὔπερ Ηεσίδης Ὁμηρος recentiorem esse, nam Homerus Nilum Αἴγυπτον vocat.* Existimabat, scilicet, Fluvii quo Αἴγυπτus irrigatur nomen tempore Homeri nondum Græcis innotuisse; quo factum ut ei regionis nomen imponeret; sed postea cum innotuisset, ab Hesiodo prolatum esse. Ego vero vix crediderim Αἴγυπτum notiorem fuisse Hesiodo Boeotio, qui fortasse numquam peregrinatus fuerat, quam Homero, qui permultas oras lustraverat, nec Geographi imperitus erat, ut passim ostendit Strabo. Ceterè Νῆλος non est nomen proprium annis, vox enim illa fluvium significat, & ita in Αἴγυπτo vocabatur unicus ille fluvius, quo fecundatur, κατ' ξεχιλό. Vide quæ notavimus ad Num. XXXIV, 5. Similitudo nominis & forte eadem ratio efficit ut fluvius Hesperiiorum Αἰθιοπum idem ac Nilus esse crederetur. *Pomponius Mela Lib. III. C. 9. In borum finibus fons est, quem Nili esse aliquā credibile est. Nuebal ab incolis dicitur, ἦν videri potest non alio nomine appellari, sed à barbaro vie corruptas.* Κόχλος νυββαλ & Κόχλις νυββιλ, unde Νῆλος, sunt nomina appellativa quæ *flavium* quælibet significant, ut Hebraicè נַבְלָה nabhal. Accolæ solent vicuum annum, simpliciter *flavium* vocare, & sic fiebat in Αἴγυπτo, forte & in Αἰθiopia. Sed Græci, qui eorum populorum Linguis ignorabant, nomina propria esse putarunt, quæ erant appellativa. *Clericus.*

340. Αχελεὺς ἀρχελεύτης] Scribendum videtur ἀχελεὺς & ἀρχελεύτης. *Grietus.*

347. Λαρδας μείζων] Hoc est, λαρδων. Hesych. λαρέας, ἀρμεγρ. ἵψηλα capillum tondentes Apollini & flaviis dedicare solebant. Vide Martialis epigramma de Encolpi capillo. *Grietus.*

365. Βάρδας λίρης] Hoc est, δαλδονες, ἄκαρι. Homer. Ηίλος δὲ ἀρθρος λιπτών μετεγνώμα λίρης. *Grietus.*

371. Θεια δὲ Ήλιος τε μίγας, λαμπεῖς τε Σελήνης, ἡ δὲ ἔξη] In voce Θεια videtur latere Phoenicum שְׁמַרְיָה shebou, quod inanitatem significat & nomen est Φέλιξ. Cum ignorant antiquissimi Græci creationem Solis ab æxerno nomine, scirentque eum produisse מִתְהָבָב mitthobou, εἰσhebou; mutata hac voce in שְׁמַרְיָה sheia, εὶ Chao Deam fecerunt. In qua mutatione, nihil esse alienum à Linguarum Orientalium ingenio ii norunt, qui eas vel à lumine salutarunt. Nihil vetat nos hic paucis indicare originem nominum Græcorum Solis & Lunæ. Videtur ergo Sol εἶναι dictus à Phœnicio שְׁמַרְיָה helejo, id est *altus*; quod quamvis omnibus astris conveniat, non mirum Astrorum notissimo, & maximo, ad nos quod attinet, tribui. Propterea dicitur Hyperione patre natus. Nimirum, δὲ οὐδὲ περιφέρει Φέλιξ εἰσhebou οὐδὲ οὐδείς. Luna vero dicitur σελήνη, vel Dorice σελάνα à Phœnicio שְׁמַרְיָה shebelanab, hoc est, quæ pernoctat, ex וְshebe quæ & לְנָה lanah pernoctavit.

Observandum autem hic est distingui Solem & Lunam, ab Apolline & Diana liberis Jovis, qui postea cum iis misti sunt, quod mortuorum animi ad illa astra, ut iis insiderent, migrasse existimarentur, qua de re postea ad v. 918. agemus. *Clericus.*

374. Ταῦδε μαρτσίνος] Nonnullæ editiones habent ὑπερμαρτσίνος, sed ex MSS. restitui ταῦδε μαρτσίνος, quæ vox passim usurpatut ab Hesiodo. *Rob.*

375. Κριός δὲ Εὐρυβίη, τὴν ἔξη] Crius & Eurybie, eorumque filii Astræus, Pallas & Perses, neque ex rerum natura, neque ex

ex prisca Historia malè intellecta nati videntur, sed ex cerebro Poëtarum, data operā mentientium; ex quo nata & pleraque nomina Nymphaeum, quæ ab *Hesiodo* recensita sunt. Matrimoniorum causâ, videntur hæc partim ficta, ne Deabus notissimis deessent mariti; nam tres Deas tribus Cris filiis postea collocat noster Poëta. *Clericus.*

376. Κείο δ' Εὐελίη τίκτων] Scribo *xpois.* Suprà κοῖον τοι ρῆμα &c. à *xpia* regno *xpia*, *xpēos.* *Quietus.*

377. Ος εγώ τὰν μετίσπιν] Scribe ἀ μάρτιον μετίσπιν. *Quietus.*

378. Ασπαίο δ' Ἡλίος ἀρέψ τίκτων] Quia venti ex alto flant, & quia astra alta sunt, videntur *Astræi* filii fangi; Auroræ vero, quæ ex terra oritur, quia terram vertunt & perflant. *Clericus.*

379. Ζίφερ, Βούλω τοι Νέτων] Mirum est cur *Hesiodus* Orientalem ventum omiserit, cum nihilo sit inferior reliquis ventis, & aptius dici possit Auroræ natus, quam ceteri. Certum est enim in amplissimis maribus, surgente Auroræ, vehementiorem subsolanum sentiri. Sed *Physicus* non erat *Hesiodus*, neque in suis figmentis accuratus, certarumve legum observans. Vide ad v. 869. *Clericus.*

381. Τὸς δὲ μετ' ἀστέρα τίκτυν Εωφεγγού] Mirum est Auroram matrem dici Luciferi & stellarum, cum, Auroræ apparen-te, obscurentur, & paulo post oculos fuginant. Sed accuratus esset *Hesiodus*, suspicarer *hō* dici non matutinum sed vespetinum crepusculum, quod & Luciferum & cetera astra cœlo inducere videtur. *Clericus.*

383. Στόξ] Intelligendi sunt accolæ hujus fontis, qui fuit in Arcadia. Hi auxilium Jovi tulerunt, & contra patrem bellaturo ex Arcadia primi adfuerunt. De fonte ipso agemus ad v. 774. ubi pluribus describitur. *Clericus.*

384. Ζηλον οὐ Νικῶν οὐ τοι εἴης] Sunt quidem nomina à Poëta pro arbitrio Stygis

liberis imposita; sed ex quibus colligere liceat fortissimos viros ex Arcadia ad Jovem venisse, qui non parvum momentum attulerint ad victoriam, & qui deinde satellites Jovis fuerint. *Clericus.*

386 &c. Τὸν δὲ τοι εἰς τὸν] Allegoriâ per quām splendidâ & sublimi omnipotentiâ Dei significat Poëta, quem sequitur Callimachus in hymno in *Jovem*

Σέτε Βίν, πό τη Κέρδος, οὐ πέλας τίκτων δίσπου. Similis descriptio apud Miltonum occurrit ubi Victoriam Messiae comitem adjungit

— At his right hand Victory  
Sate eagle-wing'd ————— Rob.

393. Μή ποι λανθάνονταν γεράνων] Iis qui honores obtinuerant, apud Coelum aut Saturnum, similes promisit Jupiter, si in partes suas transirent, & novis præmiis se affecturum eos, quos nullo loco habuerat Saturnus; quibus pollicitationibus, multos in partes suas pertraxit. Hæc omnia clarè ostendunt homines fuisse, qui hominibus bellum inferrent, & sollicitarent adversariorum auxilia ad defensionem, spe præriorum. *Clericus.*

404. Φάεν δ' αὖ Κοίτη πολύπατον οὔλιτον εἰς κύρλῳ] Cum inter posteros hujus Phœbes fuerint Numina fatidica, & quæ vaticiniis præesse credebantur; existimatim, Phœnicia litteris, scribi posse nomen ejus hoc modo פְהַבָּה, os in illa, nimirum, os fatidicum; nam Phœnicia Lingua os Dei est oraculum, & consulere os Dei, est consulere oraculum. *Clericus.*

406. Λατὰ κωνσταντίαν] Nomen forte habuit à Λατῶ lout, hoc est magicis carminibus uti, Λατῆ lito, vel leto. Apollo certè & Diana hujus liberi magicarum artium periti fuisse dicuntur, easque docuisse alios. Circe, filia Solis, seu Apollinis, nobilissima etiam fuit venefica. *Clericus.*

408. Μείλιχον ήξ ἀρχός ἀγαράντην ιντος ολύμπου] Hic versus spurius est, & delendus. *Quietus.*

408. Μείνχον ἐξ ἀρχῆς] Hunc versum spuriū esse existimat Guietus, hanc opinor ob causam, quia τὸ μείνχον geminatum redundare viderit. Atqui nesciebat ἡ κειπότα ποστα. quanta huic figuræ vis & venustas insit, utque amplificet & illustreret orationem. Vide Cicer. de Orat. lib. 3. & Quintil. de Inst. Orat. lib. 9. Omni certè caret venustatis sensu, qui non exemplò persentit quanto major & pulchrior exhibetur Latonæ benignitas per hujuscē vocis repetitionem. Eadem indole Ovidius hanc Deam præditam describit, eamque inhospitales Lycios mitissima oratione compellantem introducit

*Quem non blanda Deæ potuissent  
verba movere?* Metam. I. 6. Rob.

409. Γένιαν Αστεΐν] Phoeniciè γῆγερα  
baſſetbīrab latentem significat, quod no-  
men non malè conveniat filiæ veneficæ;  
qua mulieres omnia clam faciunt. Hoc  
ipsum nomen fuit Insulæ Deli, dum la-  
tuit, unde colligere licet veram esse al-  
latam Etymologam. *Callimachus*, in Hy-  
meno εἰς Δῆλον, ita insulam compellat, v. 37.

ἴερομα δὲ τῷ οὐ

Αστεῖν τοπολαίδην, ἐπειδὴ βασίν ἔλαον πάφει  
Οἰρανίδην φύγουσα Δίος γάμον, ἀστεῖον.  
Nomen autem erat tibi Asterie olim,  
quoniam profundam insilueras fossam,  
cælitus fugiens Jovis concubitum astro  
similis. Videlur voluisse *Callimachus*  
Deam *Asteriam* in insulam fuisse muta-  
tam, primum quidem sub aqua latentem,  
deinde δῆλον conspicuum factam. Cleri-  
cus.

*Ibidem.* Η πότι Πέρσης ἡμέρας ἵε μέγα  
δῶμα] Suspicio Persas vocari virum hu-  
juscē veneficæ, quod inaudivisset jam  
*Hesiodus* Persas esse beneficiis ac magi-  
cis artibus summopere deditos, qua de  
re vide Lib. II. *Tb. Stanleii Philosophiae Orientalis.* Clericus.

410. Φίλων περιήδηται ἄκοις] Tè περιήδηται  
pró τῷ οὐρανῷ frequentissime usurpatur, præ-  
cipue verò apud poëtas.

Tοῦ δὲ ταῦτα πέρι περιήδητον ἄκοις,  
Illy. I. 38.

Kai ἔντες ὅτι θέραντε  
Κίκλου. Il. 8. 61. Rob.

411. Βρίγια τάκη] Dicta est à Phœnicis  
cibus hæc Dea γῆγερα aut γῆγερα ecba-  
tba, hoc est, unica, qua de causa ab He-  
siode v. 426. dicitur μεγαλύης unigenitæ.  
Hæc Dea, ut notissimum est, credebatur  
esse Numen, quod insideret Lunæ mi-  
scabaturque cum Diana, & præesse ma-  
gicis artibus putabatur. Videntur Phœ-  
nices ita eam vocasse, quia Luna so-  
la existimabatur esse in cœlo sui gene-  
ris; cum maximus, post Solem, Plane-  
tarum esse censeretur, quod maxima ap-  
pareat. Tum crediderunt eam magicis  
sacris præesse, quia noctu fiunt, inspe-  
ctante veluti Lunâ. Solebant Græci uno-  
quoque mense, cum Luna esset nova, in  
compitis, coenam apponere, quæ voca-  
batur *cœna Hecatæ*, & à pauperibus au-  
ferebatur. *Aristophanes in Plato*, p. 63.  
Ed. Majoris Genevensis, de Hecate:

Τὰς μὲν ἔχοντας ηγετήτας δεῖπνον κατέ-  
μηνε φεγγάρειν,  
Τὰς δὲ πάντας τὴν ἀνθρώπων ἀριστάτην αὔρα  
καταδεῖν.

*At enim ipsa, qui habent, Ἐγείρεται  
sunt, eos cœnam unoquoque mense offer-  
re, pauperes verò homines rapere, fermè  
antequam sit apposita. Ubi ita habet  
Scholiastes: Τὼ δὲ τὰς τελεβίς ἐπίμων το-  
πολαίδην, οὐδὲ τὸ θεῖον στλήνει, τοῦ Αστέρων  
ηγετήτην φεγγάρειν. Κατὰ δὲ τηνίκαν οἱ πλέ-  
ονοι δεῖπνον ἰστηπει, ὁς Συδᾶς, τῇ Εργάτῃ φεγγά-  
ρεις δὴ τὰς τελεβίς ἐπίδειν οἱ δὲ πάντες ἔρ-  
χονται πεντάτης, ηγετήτης οὐδὲ τῷ  
Εργάτῃ ἔρχονται αὐταὶ: quam in triviiis olim  
colebant, quia eamdem vocabant Lunam,  
Dianam Ἐγείρεται. Novā Lunā, di-  
vites vesperi cœnam, quasi sacrificium  
Hecatæ, offerentes, in compitis ponebant.  
Pauperes verò veniebant ejuscentes, Ἐγείρεται  
eam comedebant, dicebantque Hecatæ  
comedisse. Quæ hunc in locum transtu-  
litus, duabus de causis; primum ut con-  
stet hinc studiosissime cultam hanc fuisse*

B b b

Deam

Deam; ex consilio *Hesiodi*; deinde ut intelligatur locus *Esaiae Prophetæ*, de hoc Numine; ex quo loco colligimus similitatione, apud Orientales, cultam Hecaten fuisse. Ita loquitur Cap. LXV, 11. *Vos qui deseritis Iebovam, oblixi montis sanctitatis meæ, inservientes לְנָגָד laggad mensam & impletentes לִמְנֵי lapni libamen.* Ex quopiam idiomate Orientium Dialectorum, videtur pro *הַחֲרָא* vel *אַחֲרָה ebatba*, nam hæc omnia *unam* significant, nisi forte sit legendum *לְחָבָד labbad*. Ceterè Numen quoddam, apud eundem Prophetam, vocatur in Cap. sequente *חַחָּא ebbath*. Sic loquitur v. 17. *Qui purificant se in bortis post אַחֲרָה ebbath;* sic enim Massorethæ legunt. Sequens vox *מַן mni* planè eadem est, ac vox Græca *μῆνη mensis*, unde dicta *μῆν Luna*. Respicit Propheta ad cœnas illas, unoquoque mense Hecatæ oblatas, quasi Numini Mensum præsidi; notum enim est, apud Orientales, menses fuisse Lunares. Huc respexit videtur vetus Scriptor libri supposititii, qui dicebatur *ῥήγυα Πέτρος, prædicatio Petri*; ubi insimulabuntur Judæi, quasi *λαγκόντες ἀγγέλοις, ἡ μὲν ἡ εὐλόγη, colentes Angelos, mensem, & Lunam*. Locus exstat, apud Origenem Tom. XIV. in Joannem.

Præter rationes allatas, ex quibus Hecatam Orientale Numen esse intelligimus, est & alia ratio: quod, nimirum, sol diceretur apud eosdem populos *חרָר bbadad*, hoc est, *unus*, quo credibilius fit Lunam *חַחָּא ebbath* dictam fuisse, hoc est, *unam*. *Macrobius Saturnalium. Lib. I. c. 23. Affyrii Deo, quem summum, maximumque venerantur, ADAD nomen dederunt.* Ejus nominis interpretatione significat *UNUS*. Nihil esse corruptum puto, in loco *Macrobius*, neque audivisse eum *Adad* vel *Achad*; nihil enim verat, quin Dialecto quopiam Orientis *חרָר bbadad* dixerint, quod Chaldæi solent *חרָר bbad*. Sed ad *Hesiodum* redeundum est. *Clericus.*

440. *Ἐργάζονται*] Propriè colunt. Intellige pisces, qui ex maris proventu vivunt, ut agricultæ ex agrorum cultu, unde deducta est metaphora. *Clericus.*

450. *Ὥηκος Η μηρ Κπορίδης καρφόθεον*] Alios etiam Deos καρφόθεον constituerat Jupiter, ut liquet ex v. 346. Præstie autem nutritioni puerorum Lunam non mirum videbitur, si in animum revocemus intra novem aut decem lunas, seu menses, formari & in lucem edi pueros. Hoc unum accepit à Jove, cetera omnia obtinebat μὲν σεργίουσι διοῖσι, cum prioribus Diis, hoc est, sub Cœlo & Saturno. Atque hoc est ultimum Numen prioris ætatis Deorum. *Clericus.*

454. *Εστιν*] *Vesta* dicitur à Latinis, prefixo Digammate Ælico V vel F. Viri docti rectè hoc nomen deducunt שׁוֹר אַשְׁר esch ignis, aut Syriacâ inflectione, אַשְׁרָה eschiba. Notissimum est hanc Deam creditam præstie igni, & foco. Eruditum de ea Syntagma scriptit *Just. Lipsius*, qui adiri poterit. *Clericus.*

*Δύνατεα*] Δύνατεα dicitur per contradictionem, pleniū verò Δύνα ματίρ. Si scribamus Phoenicidè נִיר, derivanda vox erit à radice נִיר dai, quæ significat sufficientiam; copiam; nomen convenientissimum huic Deæ, quæ inventrix erat & præses fructuum; quorum proventum augere, aut minuere credebatur, prout propitia erat aut irata. *Callimachus* his versibus claudit hymnum in honorem hujus Deæ:

Φέρε δ' ἀγρόδι νίσιμα πάρτα,  
Φέρε βόες, φέρε μᾶλα, φέρε στάχας, οἶσο  
Σιρισμόν.  
Φέρε μὲν εἰράραν, ἵν' ὁ ἄργος, καῖνος ἀμάση.  
Ιλαῖ μοι τείλατο, μύγα χρέιστο Θίαρ.  
Refer ex agris matura omnia, pasce boves, pasce oves, fer spicam, fer messem. Fove pacem, ut qui aravit ille & metas. Propitia mibi sis, ter optata, magna regina Dearum. Historiam hujus Deæ multis prosecuti sumus Gallico sermone, Biblioth. Universalis T. VI. *Clericus.*

**Μητρὶς Φοινίκῃ βίρα, οὐτε θύρα  
βέραβ,** inter alia significata, **εμυλαμ,**  
seu **ζελοτύπαμ** sonat; quā nominis signifi-  
catione, nulla aptius quadrare potest  
in Junonem, quā perpetuā zelotypiā er-  
ga virum laborans describitur. Jupiter  
eam disertè vocat **ζηλόμυρα, ζελοτύπαμ,**  
apud **Callimachum,** Hymno in Dianam  
v.30. Vide & Dial. Mercurii & Ne-  
ptuni apud **Lucianum T.I.** ubi de nata-  
libus Bacchi. **Clericus.**

455. Ιερῷ τὸν Αἰδην, οὐ τὸν Χειρὶ Λέ-  
προν τάνον] In explicatione historica Fa-  
bulæ Cereris, multis egimus de Plutone,  
ex qua pauca hoc transferemus. I. No-  
men ejus **Αἰδην**, aut **Ἄδην** deducendum ex  
voce Phoenicia **Ἄθ** ed, aut **ἄγιδ**, quā  
significatur **mors**, aut **exitium**; nec opus  
est monere quām aptè hoc conveniat  
Numini, quod mortuis imperare crede-  
batur. Ea de causa, **Hesiodus** id ita de-  
scribit, **Ναστὶς ἡτοπ ἔχον, κοριμμισερικος  
babens**, quia mors pernici parcit. Voce  
autem illâ signari non locum, ut existi-  
mant Grammatici; qui ex a privativo &  
τὸν video deducunt, sed virum; liquet  
ex hac loquutione **αἱρετὸς Αἴδης**, in qua sub-  
intelligitur **ἄθον**, in **Αἴδης domum**, aut si-  
mile quidpiam.

II. Epipi Regem fuisse statuimus, cu-  
jus rei præsa in Historia, non obscura  
vestigia supersunt. Docet nos **Plutar-  
chus** in vita Thesei, descensum hujus  
Herois in inferos, aliud nihil creditum  
fuisse, præter iter in Epirum, ad **Aido-  
neum** eorum tractuum Regem. Non  
potest quidem idem censi ac Pluto, de  
quo nunc sermo est, cum Pluto aliquot  
faculis ante Theseum vixerit. Verum  
hinc liquet, ex antiqua fama, vulgo per-  
suasum fuisse **Αἴδην** in Epiro regnasse;  
quam vanam non fuisse sequentia etiam  
ostendent.

III. Cum Epirum dicimus, non intel-  
ligimus dumtaxat regnum illud exiguum,  
cujus fines postea non latè patuerunt;  
sed & finitos aliquot tractus, cum re-

gnorum fines, pro variis temporibus, di-  
versissimi fuerint. Plutonem statuimus,  
in iis oris, metalla exercuisse, unde ma-  
ximas sibi divitias conflaverit. Hinc na-  
ra universa ejus fabula, quod particula-  
tum ostendemus. 1. Fuisse in Epiro &  
Macedonia fodinas auri, argenti, ferri &  
æris in earum regionem descriptione do-  
cuit **Strabo.** 2. Hinc factum ut Aides  
putaretur non mortuorum modò Rex,  
sed & Deus divitiarum, unde **Πλέτων** di-  
ctus est. 3. Qui tot fodinas haberet in  
ditione sua, eum non mirum est divitiis  
præesse creditum. 4. Mortuorum verò  
Deus habitus est, quia mortuorum sedes  
censebatur esse sub terra, sub quam agun-  
tur fodinae; unde sit ut non raro in Ve-  
terum scriptis inter se hæc conferantur,  
& quasi vicina habeantur. Apud **Plan-  
tum**, in Captivis Act. V. 8.4. sic loqui-  
tur adolescens è lapicidinis rediens:

*Vidi ego multa sc̄pē pīcta que A-  
cberunti fierent,  
Cruciamenta, verūm enim verò nulla  
adquæ est Acheruns,  
Atque ubi ego fui, in lapicidinis.*

**Posidonius** apud **Strabonem** Lib. III. p.  
101. de Turditanis fodinis: **παρ' εὐρύοις  
οὐρανοῖς ἀνάδης τὸν χειρὸν τόνον, οὐκ ὁ Αἴδης, ἀλλ'**  
**ὁ Πλέτων κατοικεῖ:** certè, apud eos, subter-  
ranea loca, non **Hades**, sed **Pluton** habi-  
tat. Similiter quando cogitabant Poëtæ  
de regno mortuorum, vocabant Jovis &  
Neptuni fratrem **Aidem**, aut **Hadem**;  
quando de divitiis, **Plutonem**. **Plinius**  
Lib. XXXIII. c. 1. *Imus in viscera terræ,  
& in sede Manium opes querimus.*  
Paulò post de metallis: *Illa nos pre-  
munt, illa nos ad inferos agunt.* 5. Po-  
tuit etiam Aides rex mortuorum haberi,  
quod permulti eorum, quos in fodinis  
demittebat, illic interirent; potuit cre-  
di poenas de miseriis mortalibus exige-  
re; quales describantur in inferis, pro-  
pter miserrimam hominum ad metalla  
damnatorum vitam. Digna sunt lectu  
quæ habet **Diodorus Siculus**, de fodinis

*Egyptiorum Lib. III. p. 159. & Lib. V. p. 313.* Posteriora tantum, brevitatis causâ, proferam: οἱ πατέρες γῆς, inquit, ἐν τοῖς ὄργασι, τῷ τε τῷ ἀρίστῳ τῷ γάλητοι κατέκαιόμενοι τὰ σώματα, πολλοὶ δὲ ἀνθράκες οὐ πατέρες τοις οὐκοποιήσαντες (ἄρτιος γόνος τῶν πατέρων τοῖς ἄλλοις αὐτοῖς, ἀλλὰ ταῦτα τὸ δημόσιον τοις οὐκοποιήσαντες, ἀναγκαῖον τοις οὐκοποιήσαντες τὸ δημόσιον τοῖς οὐκοποιήσαντες) πολλοὶ δὲ τῶν δυνάμεων τοις οὐκοποιήσαντες τὸ δημόσιον τοῖς οὐκοποιήσαντες, πολλῷ χερῶν ἔχοντες τὴν παλαιστικήν. αἰρετούσες γόνος αὐτοῖς δὲ διάβολος, οὐδὲ τὸ μητρόν τοις οὐκοποιήσαντες: dum sub terra, in fodinis, borum corpora atteruntur, multi intereunt, propter nimiam vexationem. Neque enim remissio, aut quies operum illis est, sed prefectorum verberibus gravitatem malorum ferre coguntur, quo sit ut infelicem vitam amittant. Nonnulli qui robore corporum, animorumque patientiâ, laborem sustinere possunt, longum in tempus erumnas illas babent. Operabilior enim illis mors est, quam vivere, propter misericordiarum magnitudinem. Qui imperant ejusmodi hominibus usque aded miseris, & solis lucem numquam videntibus, illi merito dici queant, non vivis, sed

— νεκύοις κατεχόντοις ἀράσεν,  
regnare in mortuos, qui sunt sub terra.  
Clericus.

456. Καὶ ιείκητος Ευρωπαῖος] Hoc est, Πλοιάρα, qui mari praefesse creditus est, quod classibus vivus id obtinuerit, atque insulas occupavit. Dicitus est ΙΑΡΟΠΑ πολεον, ejus aetatis lingua, hoc est, frater navium. Ευρωπαῖος est epitheton quo designatur Neptunus, seu maris Deus, quia mare procellâ concussum videtur etiam ipsam terram conutere. Clericus.

457. Ζωδ πι] Hoc est antiquissimum nomen Jovis, non Ζεὺς, eique apprime convenit, cum Phoeniciâ Lingua ζιζάννι significet scartatorem; quam appellationem jure merito Jupiter est adeptus, innumeris amoribus & stupris. Clericus.

1b. Θεῶν πατέρες ήδη καὶ ἀρρέπον] Hic πατέρες nomen est dignitatis, non naturæ, significatque Regem Deorum & Hominum. Sic apud Homerum passim vocatur, & promiscue usurpantur Ζεὺς πατέρες & Ζεύς βασιλεὺς, ut & apud reliquos omnes Poëtas. Videtur, antiquissimis temporibus, vox πατέρες regem significasse, quod patres essent veluti reges familiæ sive; cum homines nondum in societas majores coivissent. Hæc ratio est cur Jupiter simpliciter quandoque Pater vocetur, apud Graecos & Latinos Poëtas, ut apud Homerum, Iliad. II. v. 250. ubi postquam Achilles duo à Jove petiisset, quorum alterum dumtaxat impetravit, ita loquitur Poëta:

Τῷ δὲ ἑπερφέρει τοις πατέρες, ἐπερφέρει δὲ ἀριστον.

Ei alterum dedit pater, alterum verò abnuit. Similiter Virgilius Georg. Lib. I. v. 121.

— — — Pater ipse colendi  
Haud facilem esse viam voluit.

Ad locum Homeri ita Eustathius: Απόλοντες πατέρα τὸν εὐτούς λέγει οὐς ἀρρέπον. τὸς γόνος τοις πατέρες ἀρρέποντα τὸν τούτου πατέρος Δίος φαντοὶ πατέλαιοι: absolute Patrem ut archetypum in hisce dicit. Veteres enim dicunt patres inter homines esse exemplo hujusmodi patris Iovis. Veteres illi, quicumque sint, fallebantur; nam erant patres ante Jovem, Cœlus, Saturnus, & alii Dii, quos memoravit Hesiodus. Ab hominibus translata ea vox est ad Deos illos, quia homines prius fuerunt, quam ejusmodi Dii. Plura exempla, ex quibus constat pater esse dignitatis vocabulum, vide apud Adv. Turnebum, in Adversariis Lib. XIII. c. 8. Si prima origo vocis queratur, derivandam crediderim à præfca radice ΖΩΝ παταρ, quæ apud Arabas, & Ethiopias, significat condidit, creavis, unde ΖΩΝ παταρ est creator. Clericus.

458. Τε καὶ Βερτᾶς καὶ τὸ ιζῆκ] Postquam Jovem miscuerant cum summo Nu-

**N**umine, ei fulmina tribuerunt; quæ cùm & è nubibus mittantur, & à causa ignota orientur, Numinis manu mitti credebantur. Antiquiori ævo, non dubitabant

\*Juppiter, an venti discussa nube tonarent.

sed horrendum illum fragorem Deo ipsi acceptum ferebanc. Clericus.

459. Καὶ τὸ πέρι τοῦ Κελού μήνα ] Scimus quibus allegoriis Græculi hoc Saturni factum interpretari & ad commodum sensum redigere conati sint; sed omnia sunt somnia, antiquitatis, rationisque suffragiis destituta. Si rem ipsam expendamus, veteremque Saturnizæ etatis Linguam consulamus, facile intelligemus Saturnum, ne à liberis suis folio dejiceretur, ex quo ipse patrem deturaverat, eos in carcerem conjectisse; unde postea egressi quod timuerat perfecerunt, ut in sequentibus docet *Hesiodus*. Ex ventre nihil egreditur præter extremita; à morte nihil prorsus reddit. Itaque quoniam deglutiti illi liberi Saturni redierunt, eos neque verè deglutitos, neque occisos oportet fuisse. Error Poëtarum natus est ex voce ambigua, quæ & deglutire & abscondere significat. Ea est radix γῆ balah, quæ utrumque significatum obtinet; & quam cùm hinc ράπτεν vertere debuissent Græci, transtulerunt γενάντεν. Quod autem dicimus *Saturnum* abdidisse liberos in carcerem, id iis mirum non erit, qui legerint simile quid à Cœlo factum esse; qua de re, vide dicta ad vñs. 156 & 158. Clericus.

464. Οὐντες οἱ μασῶν] Veteres Poëtæ Tυχλω ignorabant, noverant παταμφην, seu μοῖραν, hoc est, fatum; sed nec immobile putabant, nec Deos quasi immobile credidissent, sese gerentes inducebant, ut liquet ex hoc *Hesiodi* loco. Vide & Aut. *Gellium Noct. Att. Lib. XIII. c. 1.* Interea hinc colligere licet ab antiquissimis temporibus notum fuisse, esse nescio quam Naturam superio-

rem ipsis Diis, qui colebantur, ex cuius immutabili voluntate pendebant; quia, nimirum, Dii illi mortales fuerant, divinæ Providentiaz subjecti, quemadmodum ceteri homines. Postea hæc Stoïci murum in modum incrusterunt, disputationibus suis de Fato. Grammatici interpretantur παταμφην, quasi παταμφην, hoc est, ἀγαπητόν, πρæfinitam, nam πατάρω est finio, καὶ τὸ πατάρω finis. Subintelligitur διὸ, quemadmodum post factum subintelligendum consilium. Clericus.

477. Λίκτον] Homerus Λίκτον vocavit, ut docet *Strabo* Lib. X. quamvis Codices nostri habeant Λύκτον, non aliter ac apud *Hesiodum*. Vide I. *Casaubonum* ad *Strabonem*, qui tamen Casaubonus perperam abit à *Strabone*. Λίκτον vera est lectio, ut ex hac historia colligere licet. Rhea enim Λατιβολον quærebatur, hoc est Phoeniciè לִתְלָה lyton, aut לִתְלָה bouton, à radice בַּלְלָה quæ significat occultavit, ut & בַּלְלָה, apud Hebreos. Huc accedunt nummi antiqui Lyttorum, in quibus hoc oppidum dicitur ΛΥΤΤΙΩΝ. Vide illustrē ac eruditum virum *Ezech. Spanheimum* in *Hymnum Callimachi in Apollinem* v. 33. *Strabo* docet Gortynam centum Stadiis à Lytto abesse, Lytum verò à mari Libyco octoginta, pag. 328. Ed. Genev. I. *Casauboni*. Clericus.

Ibidem: Δῆμον ] Tractum vertimus non *populum*, propter adjunctum Epithetum; quod tractui melius convenit, quam populo. Δῆμος tractus dictus est ab Αδάμ adam, terra; deinde tractus incolæ eā voce significati. Clericus.

482. Πράττον οἰ Λύκτον ] Cum Rhea Lytum, mediterraneam urbem, itura, appulisset in Cretam, peperit antequam eō perveniret; atque ex eo loco delatus primū infans est Lytum à Cretenib[us]: (nam terra sunt incolæ terra) deinde transflatus in montem Ægeum, procul sicut à Lytto. Hoc indicat vox πράττον,

\*Querentem hoc inducit Pythagoram *Ovidius Metam. XV.*

quæ ridiculè abundaret nisi δύνεγ, sc. cundūm, aliò translatus fuisset Jupiter. Hoc observamus, quia non est à viro doctissimo animadversum. *Clericus.*

484. Αἰδοὺς ἐν ὄπει] Rectè idem vir eruditissimus ita legendum esse animadvertisit, ex Scholiaste, & collem Idæi montis intelligendum. Jupiter aut ab hoc monte, aut à clypeo capræ pelle tecto, dictus est αἰδοὺς, hoc est, aut habitans Ἀργεῖον montem, aut habens Ἀργεῖον, seu clypeum quem dixi. Non possum tamen, non obiter Lectorem monere de ambiguitate vocis Phœniciae צְבָאֹתָה tsbaoth, quæ & exercitus, & capras significat, & conjungi solet ab Hebræis cum nomine Dei, qui dicitur חַדְרָה jabuwb tsbaoth; quæ possunt verti ḥabuwb exercituum. An perperam verterunt Græci loquitionem Phœniciam, ut de summo suo numine dicerent quod à Phœnicibus de Deo vero dici audiverant? *Clericus.*

484. Αἰδοὺς ἐν ὄπει] Legendum forsitan Ιδοὺς ἐν ὄπει. Sic Callimachus in hymno in Jovem

Ζδ., σὶ μὲν Ιδίοισιν ἐν ψηφι φασὶ γεάδαι.  
Ad quod sic commentatur Ill. Spanheimius. De Ida in Creta, non altero in Phrygia monte intelligit hīc Poëta, ut verè notant Scholia, quod tamen in dubio relinquunt eruditi ad Apollonium Critici l.3. v.134. Ιδεῖς ἐν ἄντῃ, nempe ἡ τῷ Κρήτῃ, ἡ τῷ της Τροίᾳ, certare enim, quod addunt, etiam Troas de Jovis natalibus, prout id tradit Demetrius Scepsius. Adde, quod Ιδεῖς Διὸς aram à Midæ in Phrygia exstructam tradit Plutarchus in Parallel. & ad quam respicit Aeschylus in Niobe apud Strabonem l.12. p.580.

Oīs ἐν Ιδεῖς πάγα.

Διὸς παρέδε βαμός έστι.

Quibus in Ida rupe paterni Jovis  
ara est.

Occurrunt verò Titi & Domitiani numeri, in quibus Διὸς Ιδεῖς cum aquila; qui

tamen de Cretensi Jove debent intelligi; & firmare videtur quod fœdus inter Cretenses & Apolloniatas jure jurando sanctum fuerit, μεσ & Διά & Ιδεῖς, auctore Polybio in Excerpt. Vales. p.133. Rob.

485. Τῷ ἁπαραίσσου μήτρᾳ λίθῳ ἔγγαλξιν Οὐρανίῳ] Natum hoc commentum ex ambiguitate vocis צְבָא eben quæ in Lingua Phœnicia, quemadmodum in Arabica, lapidem, æquæ ac filium significabat; aut si mavis צְבָא haben sumserunt pro צְבָא, eben, filium pro lapide. Cum Saturnus liberos suos in carcerem conjiceret, dedit ei Rhea filium, non suum, sed alienum pro suo. Colligere hoc est ex alia hujus fabulæ circumstantia. Lapis ille vocabatur Abaddir, quod videtur esse idem ac אֶבֶן eben dir, quorum prius filium, posterius alienum significat, solemní mutatione וְנִ, ḥam נֵזֶר alienum sonat. Priscianus Lib. V. fol. 21. averso, ed. Ascensione: Abadir Deus est. Dicitur δὲ hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse, pro Jove; quem Græci Baetulus vocant. De Baetulus vide Sam. Bochartum Chan. Lib. II. c. 2. quamquam ab illo dissentimus de origine vocis Abadir, quam putat significare lapidem rotundum; quasi verò Saturnus lapidem aut deglutierit, ut dicunt Poëtæ, aut, ut nos, in carcerem conjicerit! *Clericus.*

493. Επιπλομένη δ' ἵναντο] Nisi sit hīc immensis περιπολούσα Poëtica, legendum δηπλομένην ἵναντο, revolutis annis, nam Jupiter non est tantus factus, vertente anno, ut Patri insidiari posset. *Clericus.*

493. Επιπλομένη δ' ἵναντο] Vulgo legitur δηπλομένη δ' ἵναντο. Sed hæc nimia esset περιπολούσα, ut animadvertisit Clericus. Restitui igitur ex MS. R. S. δηπλομένη δ' ἵναντο, quam etiam veram esse lectiōnem Stephanus & Guietus conjecterant. Joyem tamen mirabiliter præcōcem alii etiam poëtæ cecinerunt. Callim. in Hymno in Jovem

Καὶ μὲν ἕξιν, γελὰ δ' ἵνεψε, ὑπάρκε Ζεῦ.  
Οὐ

Οξὺ δ' ἀρίστους, παχύοι δὲ ποιόλιθοι ἦλοι.  
Αλλ' ἐπι πεντάδες τὸν ἔργοντο πάντα τί-  
κται. Rob.

495. Οὐ γόνος ἀντὶ ἀρίνκης] Postea est ἤξι-  
μον, evomuit. Hoc est, carcere emisit,  
Quemadmodum verbum quod significat  
*deglutire*, & quod antea diximus perpe-  
ram intellectum, sonat etiam *abdere*: ita  
verbum Νῦπ Ko, quod est *vomere*, tra-  
latatio significatu est *ejectere*, *emittere*. Sic  
terra Chananæa dicitur *evomuisse*, hoc  
est, ejecisse *incolas* suos, Levitic. XVIII,  
28. Similiter Saturnus fertur *evomuisse*  
filios, quos *deglutierat*; hoc est, emisisse  
carcere, in quem eos abdiderat. Cleri-  
cus.

507. Κέρπις δὲ Ιάπετος] Eruditi vulgo  
volunt hunc fuisse *Japhethum* Noachi  
filium, cuius posteri Europam incole-  
runt. Quod dubium non esset, si omnes  
populi Europæ à Japeto originem  
dassisse dicerentur. Attamen quia vetustissimæ  
historiæ postea interpolatae sunt in-  
numeris mendaciis, mirum non est, si  
farrago vero & falso mixta secum non  
satis consentiat. Sed & veri fortè vesti-  
gium in eo est quodd ab aliis *Prometheus*,  
Japeti filius, humani generis conditor  
fuisse dicitur; quia omnes, aut prope-  
modum omnes Europæ ex Japhetho ejus  
patre oriundi sunt. Vide *Apollodorum*  
Biblioth. Lib. I. c. VIII. §. I. & *Hygini*  
Fab. CXLII. Clericus.

509. Η δὲ οἱ Ατλαντα κρατεῖσθε γένετο  
πᾶσα] Hic postea dicitur coelum sustine-  
re, in terræ finibus, è regione Hesperi-  
dom. Credibile est hunc conditorem  
fuisse Atlantiorum populorum, qui ulti-  
mam Africam incolebant, circa montem  
Atlantem. Is mons, propter summam al-  
titudinem, videbatur sustinere coelum, &  
quia ad ultimum occasum situs credeba-  
tur, qua in parte existimabant coelum  
terris succumbere. Dictus autem est  
אַלְמָתָה *batiba*, aut simili nomine, à radi-  
ce אַלְמָתָה *tbalab*, hoc est, *pendere*, quia al-  
tissimæ rupes pendere videntur, aut quia

*suspensum* sustinere censebatur coelum.  
Nomen montis inditum videtur primo  
eorum duci, qui ejus juga, aut valles  
cultum iverunt. Certe Herodotus scripsit  
vicinos populos *Atlanta*s dictos Lib. IV.  
c. 184. Ταῦτα, inquit, ἔνομα δὲ Ατλαντες, οἱ  
ἀνθρώποι εἰς μήνας ἀπόλονται ἢ ἡμέρας :  
bisce nomen εἴη *Atlanta*s, qui sine no-  
mine (nempe, proprio singulorum, ut  
postea docet) sunt soli *bominum* quos  
norimus. Ideo forte Atlas in montem  
mutatus fingitur. Eum ita describit Pom-  
ponius *Mela* Lib. III. c. 10. postquam di-  
xit media Africæ, ad occidentem, ex-  
usta esse: *Exustis*, inquit, *insulae opposi-*  
*tae* sunt, *quas Hesperidas tenuisse me-*  
*moratur*. In arenis mons est *Atlas* den-  
sè consurgens, verum incisis undique ru-  
pibus præceps, intritus, & quo magis sur-  
git exilior; qui quodd altius quam con-  
spici potest, usque in nubila erigitur, co-  
elum & sidera non tangere modò vertice,  
sed sustinere quoque dictus est. Herodo-  
tus hæc de eo monte antea scriperat  
Lib. IV. c. 184. Εἰσερινὴ γένετο πά-  
την. οὐκάλλος γένετο διὰ τὸ λόγον ὃς τὰς κορυφὰς  
αὐτῷ ἔχει οὐδὲ τὸ εἶναι ιδεῖν. οὐκοτὲ γένετο αὐτὰς  
παλαιότερα γένετο θύτες θύτες, οὐτε χειμῶνες. τὸν  
KIONA γένετο λέγοντες οἱ Ἀττιχώτεοι εἴη : εἴ  
angustus & undique rotundus, & ut fer-  
tur adeò excelsus, ut ejus summa juga  
nequeant cerni; nanguam enim iis de-  
sunt nubes, neque aestate, neque hyeme.  
Hunc COLUMNAM cœli esse dicunt  
incolæ. Clericus.

510. Τίκτε δὲ οἱ οὐρανιδες Μεροίτες] Hic  
Menœcius postea dicitur *κλείνεις*, *flagiti-  
sus*, *contumeliosus*, quod non abit à si-  
gnificatione radicis οὐτε *menat*, quæ,  
apud Chaldaeos, significat *terruit*. Cle-  
ricus.

Η δὲ Περιποτία] Περιποτίος & Βημποτίδης  
nomina Græca sunt, non quæ antiquissi-  
mâ Lingua primorum Græciæ colono-  
rum imposta hisce Titanibus fuerant.  
Vel, si mavis, cognomina sunt, quæ lo-  
co nominum postea fuerunt, cum longa  
etas

ætas ea oblivione sepeliisset. Περιπέτεια  
dictus est ἐν τῇ ἀγωνίᾳ προδισκεῖ,  
quod prudentis est; Επιμήδεις vero ἐν τῇ  
ἀγωνίᾳ in ipsa re discere, quod est  
improvidi. Sin audimus Sam. Bochartum, \* nomen verum Promethei fuit  
*Magog*. quia 1. ut Japhethi filius Ma-  
gog: ita Japeti Prometheus: 2. Cau-  
caso Prometheus affixus fuisse singitur,  
quia vel ipse, vel gens Scytharum ab ipso  
oriunda in Caucaso fixerat sedes: 3. di-  
citur ignem è caelo in terram detulisse,  
quia metallis, circa Caucasum montem  
effossis, artem metallorum igne excoquendi  
illuc aut invenit, aut restituit. Liquet  
hoc ex Prometheo vincito *Aeschylus*, ubi  
sic loquens inducitur:

χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε  
φύσιν ἀνταγωνίσας ἔχει;

*Ἄες, ferrum, argentum, aurumque quis  
dixerit se ante me invenisse?* 4. Fabula  
de Promethei hepate, vel corde, quod à  
vulturibus erosum contabescit, videtur  
nisi nomine *Magog*; est enim ab He-  
braeo יְהוָה *moug*, vel יְהוָה *magag*, quod est  
*liquefieri, contabescere*. Hæc *Bochartus*,  
quæ si vera sunt, fortasse verum nomen  
Epitheti fuit *Gog*; filius enim alias Ja-  
phethi sic vocabatur, qui *Magogi* vicinus  
erat, hoc est non procul à Caucaso  
habitabat; qua de re, vide eundem vi-  
rūm doctissimum, in Phalegi Lib. III.  
c. 13. Dicitus autem fuerit Epimetheus  
*Gog*, à radice יְהוָה quæ apud Arabas si-  
gnificat *arsit, flagravit*, ed quod exarse-  
rit amore mulierum; quod significatur  
Pandoræ fabulâ, ut mox videbimus. At  
si Prometheus & Epimetheus iidem ac  
*Gog* & *Magog* statuantur esse & Japhethi  
filii, quæret quispiam, qui Jovi co-  
vi fuerint quem existimamus non ita mul-  
tò ante tempora Abrahami Patriarchæ  
vixisse? Sed longævitæ vitæ humanæ,  
et ætate, rem extra dubitationis aleam  
ponit, & ex Chronologia Mosaïca liquet  
Noachum multis annis, post natum A-

brahamum mortuum fuisse. Clericus.

510. Ποικίλον, αἰολόκυπτον] Hæc & quæ  
postea dicuntur de prudentia & callidi-  
tate Promethei, confirmantur iis quæ de  
illo habet *Aeschylus*, qui in *Prometheo*  
vincito, omnium ferme artium invento-  
rem facit. Plurimis enumeratis, ita eum  
loquentem inducit:

Βρεχῆ δὲ μάδη, τάρτα σωλήνης μάδη.  
Πάσαις τέχναις βεττοῖς in *Prometheo*.

Brevi oratione, omnia simul accipe: o-  
mnes artes mortalibus à *Prometheo* pro-  
fectæ sunt. Clericus.

511. Αὐτοῖς τῷ Επιμήδῃ] Impruden-  
tia Epimethei in eo videretur sita fuisse,  
quod Pandoram à Diis missam uxorem  
duxerit, ut sequente versu docet *Hesiodus*,  
& pluribus in sequentibus à v. 569.  
& in Operibus & Diebus, v. 60. & seqq.  
Videntur autem Pandoræ significari for-  
mosæ mulieres, quibus forte nimium de-  
diti populi, qui erant inter mare Caspium  
& Pontum Euxinum. Certè etiamnum  
hodie pulcris mulieribus abundat ea ora,  
nec aliis ferme Gynæcea Regum Perse-  
rum, Turcarum & Indorum sunt referta.  
Quod oriri videtur ex caelo, quod idem  
temporibus Jovis fuit, ac nunc est. Cle-  
ricus.

520. Δῆστι δὲ ἀλυκοπίδην Προμήθεα ποιε-  
λέσσει.] Omnes Poëtæ in monte Caucaso  
factum testantur. Itaque ex quatuor  
fratribus unus in extremam Africam na-  
vibus aufugit ex Imperio Jovis, hoc est,  
ex Gracia, & præsertim Thesalia; alias  
verè per Bosporum Thracium & Pon-  
tum Euxinum in Colchidem ivit. Cre-  
dibile est nonnullos, tyrannidem Jovis  
fugientes, in extremum orbem sese con-  
tulisse. Dicitur autem vinxisse Prometheum  
in Caucaso, ed quod illuc com-  
pulsum, non passus fuerit in Græciam  
redire non aliter ac si catenis vincutum  
illuc tenuisset. Clericus.

523. — αὐτῷ δὲ τῷ Ηρακλεῳ οὐδείς  
ιστορεῖ.] Hæc ipsa res est, quæ consideran-

\* In Phalegi Lib. I. c. 2.

da est, omissis omnibus παρέγροις. Si autem Phœniciā Lingua *Jecur* dicere velimus, utemur voce γέργενον *chabed*, quæ efferti, iisdem servatis consonantibus, potest *chabod*; quæ vox non raro *drutias* significat. Itaque similitudine vocum decepti, pro *drutias* Promethei, dixerunt ejus *jecur*. Nimirum, cum Prometheus metalla exerceret circa Caucum, neque fodinas umquam exhaustire posse videretur; vulgo ferebant quod interdiu è fodinis hauriebatur, id noctu iterum crescere, ut significant exhaustiri non magis posse fodinas, quam si tantumdem metallorum enatum fuisset singulis noctibus, quantum quotidie effodiebatur. Hinc nata fabula, quæ ornamenti poëticis adaucta paullatim nimium quantum ab origine recessit. *Clericus.*

*Ibid.*] Hanc fabulam sic exponit Scholiaastes, O Αἰτίος, Βιονίδης μείουρας τῷ ἰημενίᾳ, εἴτε οὐνέχον τῷ ἀρσπάτῳ, τῷ ἀνάλογον τῷ ὄφεις οὐνέχειν, ἀντρός τῷ εἴτε τῷ ὄφει. *Volucr* autem significat curas illas quæ in vita quotidie occurunt, comprimentes hominem, & usque animum assidue consumentes, ut *jecur* *volucr*. Similiter Lucretius l. 3. Tityi fabulam exponit.

Tityos nobis hic est, in amore  
jacentem  
Quem volucres lacerant; atque ex-  
est anxius angor,  
Aut alia quavis scindunt cuppedine  
curæ. *Rob.*

527. Ηρακλής ἔκτην] Non Thebanus, sed alius multò antiquior, Tyrius הַרְכָּל barochel, hoc est, mercator, qui navibus Colchidem petiit, & incolas forte non nullos illinc in Græciam transtulit. Plures fuisse Hercules ostendemus, in Diff. de Hercule. Sed Bœotus vates populari suo tribuit, quæ antiquioris erant. *Clericus.*

532. Ταῦτ' ἡγε ἀζέμηνος τίμα ἀειδεῖκετον  
ὑπὲν] Est versus supposititius. *Guilietus.*

532. Τέττα ἡρέ ἀζέμηνος] Vulgo legitur

Ταῦτ' ἡγε ἀζέμηνος τίμα ἀειδεῖκετον ψέν.  
Καὶ ἡρέ χαθεύθως ταῦτα χόλον ὃν αφίει ἐχεστεῖ.

Guilietus censet priorem versum esse supposititium, hac, arbitror, de causa, quoniam meta est repetitio versuum præcedentium. Videor igitur veram lectio nem eruisse è Codice R. S. qui ita scribit,

Ταῦτ' ἡρέ ἀζέμηνος ταῦτα χόλον, ὃν αφίει  
ἐχεστεῖ.

Duobus enim versibus in unum coalescentibus vitatur ταυτολογία, longeque commodior sensus exhibetur. *Rob.*

534. Οτι διείρνεται οὐτοι, οὐτοι τοι ἀρσπα-  
τοι.] Dii dicuntur hic Saturni liberi, aliique eorum socii; homines vero incolæ, ut videtur, Peloponnesi, quos forte sibi subjecere volebat Jupiter. Hujus contentionis nulla, quod equidem sciam, alibi occurrit mentio. Interea hinc quoque apparet Deos & homines ejusdem fuisse generis, hoc est, mortales, sed nobilitate & opibus antecelluisse Deos. *Clericus.*

535. Μικάνη] Hoc est, Sicyone, vetustissima urbe Peloponnesi; cujus Reges antiquissimi Græciæ habebantur. Certè Eusebius Αἴγαιον, primum Sicyonis Regem, æqualem facit Nino & Abrahamo. Vide initium ejus *Chronicarum Canonum*. Strabo autem docet Sicyonem prius Meconen dictam. Τιὼ Σι-  
κυῶνα σεγένειρ Μικάνης ἐργάτες, *Sicyonem* prius *vocabant* *Meconen*. Lib. VIII. p. 265. Ed. Genevensis. Hinc emendandus Scholiaastes, cujus verba sunt hæc corruptissima. Urbs est Achaïæ propriæ dictæ, non Argolidis, ut ille perpetram habet. *Clericus.*

536. Διασπάληνος τοξόνην] Ut eligeret Jupiter quem vellet, ita ut altera pars Diis cederet, altera hominibus. Quod factum videtur diremto certamine, cum viator esset Jupiter. *Clericus.*

*Ibid.* Διὸς υπὸ Ἑρακλείων] Scribendum videtur Ἑρακλείων. *Guilietus.*

542. Πάτετον ἀειδόντας ἀειδόντων] *Reges*  
hic sunt *Dii*, ut alibi sæpè. Prometheus  
hic dicitur inter omnes Deos conspicuus,  
nimirum artium variarum peritiā. *Clericus.*

550. Γρῶς εἰς ἵρωνος] *Scivit, neque  
ignoravit.* Hoc est, planè sciebat. Sic  
frequenter loquuntur Hebrei & omnis  
generis Scriptores. Vide quæ notavimus  
ad Gen. XI. 30. Ceterum *Hesiodus* au-  
sus non est dicere Jovem deceptum fui-  
se, ne Deo illudere videretur; attamen  
sequentia deceptum ostendunt. Nam  
nisi deceptus fuisset nulla ratio erat, cur  
usque adeò indignaretur Prometheus, &  
quidem tum demùm cùm ossa vidit esse  
sub adipe. Vide *Lucianum* in Prometheo,  
sive Caucaso. *Clericus.*

555. Εκ Φίλου ἀδελφοῦ τῷ χορὶ, καὶ τῷ  
ιέτῳ] Videtur hoc velle *Hesiodus*, origi-  
nem adolendorum ossium inde ortam;  
quod tamen absurdum est, cùm debue-  
rint homines peccati poriūs abolere me-  
moriam, & cavere ne Diis contumelio-  
sum Prometheus factum in animum revo-  
carent. Si dixisset hinc natam consue-  
tudinem offerendorum holocaustum,  
quorum omnia comburebantur, nulla es-  
set difficultas, in hac ejus αὐτολογίᾳ. *Cle-  
ricus.*

562. Οὐκ εἰδένει μελίσσαι πυρὸς ἄρ-  
ματον] Hoc est, ut videtur, Peloponnesiis,  
aut aliis populis interdixit usu ignis,  
in officinis in quibus metalla conflabantur;  
ne fortè in ferrariis officinis tela sie-  
rent, aliaque arma, quibus adversus Jo-  
vem ipsum uterentur. Nam omni usu  
ignis neque carere possunt homines, ne-  
que arceri. Simile interdictum memora-  
to legere est i. Sam. Cap. XIII. 19. *Cle-  
ricus.*

562. Μυέονται] Huic interpretationi fa-  
vet lectio quam exhibent Codices Bodl.  
& R. S. Ibi enim pro μελίσσαι legitimus  
μελίσσαι, quæ vox *bastis* significat, ut pas-  
sim videre est apud Homerum. *Rob.*

565. Κλέψας ἀκαμάτιο πυρὸς τηλέποτο  
αὐγὴν] Hoc est, invito Jove, iterum in-  
stituit ejusmodi officinas; cujus rei ve-  
stigium cernere licuit, ab antiquissimis  
temporibus, apud *Chalybes*; quos pri-  
mos calluisse artem tractandi ferri te-  
stantur Veteres, quo factum ut ab *Ae-  
schyllo* dicantur σινεργίτες, in Prometheus  
vincō, v. 688. ubi memoratis Scythis,  
ira loquitur Prometheus:

Ἄδεις δὲ χειρὸς οἱ σινεργίτες  
Οἰκον Χάλυβες.

*Ad sinistram autem manum fabri ferrarii sunt Chalybes;* nimirum, ad Ponti Euxini orientalia littora, quæ à sedibus Prometheus non fuerunt remota. *Tzetzes* Chiliad. X. 338.

Χάλυβες οὗτος ἔγριστα πελῶν τὸ Τραπεζούντα,  
Θύτοι λέγονται σινεργοὶ ἐρευνηταὶ φερότοι.  
Καὶ τὸ χαλκὸν ὃ χαλύβεν, χαλκὸν τὰ λέγυ-  
στα μοι,

Oīa καὶ τῶν τύρεμα πελῶν τὸ χαλκόν.  
*Chalybes*, gens est proxima *Trapezunti*;  
bi dicuntur ferram invenisse primi. *Æs*  
etiam vocant *Chalybum* *Æs*, quasi  
hoc quoque sit inventum *Chalybum*. *Vir-  
gilius* Georg. I. v. 58.

*India mittit ebur, molles sua thura  
Sabæi,*

*At Chalybes nudi ferrum.* *Clericus.*

569. Τεῦχεν οὐχὶς ἀρθρόντων] Hoc est,  
formosis meretricibus immissois, populos  
ceteroqui fortes emollivit, quæ arte fe-  
rocem Lydorum indolem domuisse pro-  
ditur Cyrus, consilio Croesi. Cùm enim  
victi sæpiùs rebellassent, Croesus senten-  
tiā rogatus de ratione quæ Lydi in of-  
ficio in posterum contineri possent, in-  
ter alia hæc respondit: οὐτετοι αὐτοῖσι χι-  
δαιζεῖν τε καὶ φάλλον, καὶ καππλούσιν παιδίνειν  
τὸ παιδίσκον, καὶ ταχίσια σφίτας, ὡς βασιλοῦ, γυ-  
αῖρες ἀπὸ ἀρθρῶν ὅψεις μερούσας: \* edicito  
illis ut liberos cytharam pulsare, psalle-  
re, & cauponari doceant; & brevi eos,  
ὁ Rex, videbis mulieres pro viris factos.  
Hæ artes olim ferè perinde habebantur,

\* *Herodotus* Lib. I. c. 155.

quasi lenocinium exercere, ideoque *Justinus Lib. I. c. 7.* ita rem expressit: *Interjecto deinde tempore, Lydi rebellaveret, occupato in aliis bellis Cyro; quibus iterum vicit, arma & equi ademti, jussique cauponias, & ludicras artes, & lenocinia exercere.* Et sic gens industria quondam potens & manu strenua, effeminata mollitia, luxuriaque virtutem pristinam perdidit. Ac sane, ut alibi docet *Herodotus*, \* τὸν Λυδὸν δύοις αἰώνιστης ἀπερίστατης πόλις, Lydorum populi filiae omnes prostatabant, sibi dotem colligentes. Conjicimus Epimetheo & popularibus similia contigisse, ex v. 590. & sequentibus, ex quibus non difficile est intellectu nomine Pandore meretrices describi. Ceteræ circumstantiæ sunt ornamenta Poëtica veteris historiæ. *Clericus.*

569. Τοῦτο γάρ τὸν ἀρχαῖον] Non sola meretrices, ut vult Clericus nomine Pandora significantur, quanquam vox Πανδώραι, quæ infrâ occurrit v. 599. exponitur εἰς τὴν ἀρχαῖον καταρρεόντα Schol. Homer. ad Il. Θ. v. 520. Patet autem ex versibus 602. & sequentibus toti faemineo sexui, etiam uxoribus, iniquo, uti spero, Poëta nostri judicio, hanc descriptionem competere. *Rob.*

605. Διὰ κατῆμαν διετίνεται] Magnam esse dolori accessionem declarat Homer. si, amissio filio, ad peregrinos transitura sit hereditas.

Τὸν δὲ τίκτεται ἄλλοι δὲ κατέπονται λαπάδι. Εἰς δὲ τὸν ἵνατον, φίλον δὲ τοῦτον θυμῷ Αμφοτίσσιν πατέται γένος, ὡς καὶ μάτια λυχνά Λεῖπεν, ἐπειδὴ ζωτικὸς μάρκος ἐκρούσσεται Δέξατον χρυσάδες καὶ τοὺς διετίνεται. II. E. v. 154, &c.

Vide etiam Gen. cap. 15. ubi frustra sibi divina munera Abramus collata existimavit, cum, deficiente filio, familiarem servum heredem sibi fore crediditerit. *Rob.*

608. Καὶ τὸν ἀπομείζει — ἔμμην]

Dicit Scholiares, Τὸν ἔμμηνα παρέλλει. Itaque plerumque vertitur, *Malum perpetuum cum bono certat.* Ego autem τὸν ἔμμηνα παρέλλει non existimo, sed vertendum esse, *Malum perpetuum certat cum bono ut sit.* Qui aliter exponunt, iniquum ferunt judicium de conjugali vita, existimantes in felicissimis nuptiis malum bono æquale esse; cum Poëta nihil ultra videatur innuisse, quam quoddam in sortem felicissimam mala quedam se semper intrudant. *Rob.*

616. Βειδρός δὲ ὁ τριῶν] Unicum hoc, quod novi, occurrit exemplum vocis *Beidrus* in quatuor Syllabas dissolutes, producētā primā. Poëta omnes tam Græci quam Latini trisyllabam exhibent, penultima & antepenultima correptis, ut supra v. 149. Κέπιτο πε, Beidrus πε, & infrâ v. 733, & 816. Hoc tamen exemplum à communi usū recedens Doctiss. Bentleium videtur effugisse, qui cum hanc vocem in quatuor Syllabas resolutam apud Miltonum invenerit, idcirco illud carmen in editione sua quasi Illusterrissimo Poëta indignum expunxit. Ne scio tamen annon quibusdam potius videatur versus mutulus esse & ἀκίνητος, quam prima in *Beidrus* syllaba produci. Potuit sane libratorum incuria excidere articulus νη, qui versum perfecisset; eundemque memini articulum alibi à poëta huic nomini adnexum; infrâ nempe v. 733.

Εὐθεία Γύγης, Κόπιτο πε, νη ὁ *Beidrus* μεταβαλμένος. *Rob.*

619. Τὸν χθονὸν τούτον] In carcere, nimisrum, subterraneo, aut quem subterraneum singit Poëta. Hinc *Hesiodus* incipit narrare bellum, quod patri intulit Jupiter. *Clericus.*

629. Τιτᾶνες τοι τοι τοι τοι τοι τοι τοι τοι τοι] Dii quidem prioris ætatis *Titanes* dicti, quasi *Iato geniti*, ut antea diximus; Dii vero posterioris à Saturno orti, simpliciter *Dii*. *Clericus.*

\* Lib. I. c. 93.

631. Oi ποτε ἀπὸ ὑψηλῶν οὐρανῶν Τιτᾶνες ἀ-  
γαννοὶ] Saturnus cum suis videtur Othrym  
montem quasi arcem occupasse, & ob-  
sessus fuisse in eo loco; qui foris duxit  
hinc nomen, nam γῆγες hatar est cinxit.  
Mons est qui Phthiotidem à meridie  
claudit. *Clericus.*

632. Oi δέ ταῦτα Οὐλύμπιοι θεοί] Olympus  
est ad septem triones ejusdem Thes-  
saliae tractus, in quo Jupiter sedes fixit.  
Antiquus auctor \*Eubemerus, ut verbis  
utarum Lactantii ē Lib. I. c 11. Inst. Divi-  
narum, qui fuit ex civitate Messana, res  
gestas Jovis & ceterorum; qui Dii pu-  
tabantur, collegerat; historiamque con-  
texuerat ex titulis & inscriptionibus sa-  
cris, quæ in antiquissimis Templis ha-  
bebantur, maximeque in fano Jovis Tri-  
phylii, ubi auream columnam positam  
esset ab ipso Jove titulus indicabat. In  
qua columna, gesta sua prescripsérat, ut  
monumentum esset posteris rerum suau-  
rum. Hanc historiam interpretatus erat  
*Ennius*, & sequutus; cujus hæc sunt  
verba, prout ea recitat *Lactantius*, lo-  
co memorato: *Eā tempestate, Jupiter*  
*in monte Olympo maximam partem vi-*  
*tæ colebat; διό εδι ad eum in ius venie-*  
*bant si que res in controversia erant.*  
*Item, si quis quid novi invenerat, quod*  
*ad vitam humanam utile esset, εδι ve-*  
*niebat, atque Jovi offendebat. Ex eo*  
*igitur monte Jupiter, cum suis, egressus,*  
*bellum intulit Saturno; neque enim pu-*  
*tandum eos, ex montibus aliquot milli-  
bus passuum remotis, missilia in se invi-*  
*cem conjectisse.* *Clericus.*

634. Oi ηγέρταις ἀλλοιοι μάχης θυμαρι-  
χετες] Hinc manifestè liquet, ut ex  
innumeris aliis, Deos fuisse antiquissi-  
mos incolas Græciæ. Sacra Historia ita  
habebat, ut docet *Lactantius* Lib. I. c.  
14. *Jovem* adultum, cùm audivisset  
patrem atque matrem (a Titanibus) cu-  
stodiis circum septos atque in vincula  
conjectos, venisse cum magna Creten-

sium multitudine, Titanemque ac filios  
ejus pugnando viciisse; parentes vincu-  
lis excusasse, patri regnum reddidisse,  
atque in Cretam remeasse. Post bæc  
deinde Saturno datam sortem, ut cave-  
ret ne eum filius ē regno expelleret; il-  
lum elevandæ sortis, atque effugiendi  
periculi gratiâ, insidiatum Jovi, ut cum  
necaret. *Jovem cognitis insidiis, regnum*  
*sibi denuo vindicasse, ac fugasse Satur-*  
*num; ex Tessalia, nimirum. Scio Eu-*  
*bemerum, quasi hominem vanum tra-*  
*duci, sed non est hæc locus ejus defendendi.* Interea omnia suadent Thesla-  
liam fuisse sedem belli inter Deos, &  
præmium victoris. *Clericus.*

639. Νέκταρ τὸν ἀμβροσίαν τε, τάπερ θεοὶ<sup>αὐτοὶ</sup> ἔδωσαν] Si hæc urgeremus verbum  
ἴδων, sequeretur utrumque esse cibum,  
neutrū potū; attamen plerique am-  
brosiam cibum fuisse contendunt, nectar potū.  
At est locus Homeri planè huic  
contrarius, ex quo colligere eadem ra-  
tione possis utrumque fuisse potū. Ex-  
stat Odyss. T. v. 359. ubi Polyphemus  
de vino, quod ei bibendum dederat U-  
lysses:

Ἄλλα τοῦτον ἀμβροσίαν καὶ νέκταρές θεοὶ δῶσ-

σάντε. Verum hoc ambrosiae & nectaris est ri-  
vus. Ad quem locum Eustathius: on-  
pusiōnō, inquit, ὅν εἰ τὸ δωρεόδει βιράνει ὁ  
ποτίσθι ὃς ἐν ἀπόσθετοι τῇ γῆνοι καὶ τούτῳ ἀμβρο-  
σίαν ὑγεῖρ τὸ πάστορε καὶ τὸ νέκταρ. τὸ δὲ δωρεόδει  
τοῦ ὄντος περιστρέψει, διπλοῦ γὰρ διπλοῖσισ. ὅ-  
το γένεται ποτε τούτῳ περιστρέψει, τούτῳ ἀμ-  
βροσίας λαζαρίτες εἰς ὑγεῖαν δέσποιν. τούτῳ γέ-  
νεται ποτε διπλοῖσισ περιστρέψει τὸ νέκταρ κατεται-  
νόμενό, ὃς χειραὶ ἄλλο τὸ σφραγίδα διτοῦ τῆς ἀμ-  
βροσίας τοῦτο: observa voce δωρεόδει offen-  
dere Poëtam non absolum esse intellige-  
re ambrosiam quoque esse liquidum quid,  
quemadmodum nectar; nam δωρεόδει li-  
quidis convenit, significat enim efflu-  
vium. Sic & fecerunt quidam recen-  
tiorum, qui accipiunt ambrosiam quasi

\* Vixebat tempore Cassandi, Antipati F. Regis Macedoniae, anno Chr. Nat. CCCX.

*liquidum alimentum Deorum. Forte etiam synecdochice ad solum nectar referendum significat, ita ut alterum nomen subintelligendum sit, quod ad ambrosiam referatur. Verum multo simplius dixerimus & Homerum & Hesiodum minus accurate loquutos, neque ex ànegeleia ullum consectarium esse deducendum. Verum tamen est nonnullis Veteribus Nectar suisse solidum cibum, ambrosiam vero potum, quod ostendit Eustathius, in sequentibus verbis, ex Anaxandride, Alcmane & Sappone. Sic parum sibi constant Poëtæ, in meritis fragmentis.*

*Si originem vocis νέκταρ à Græcis petamus, respondent\* ita dici οὐδὲν πάμις, οἰοντεὶ τῷ αὐτέχον τὸς πίνοντας αὐτὸν πότην, οὐδὲ τὸ νέκταρ καὶ τὸ ἔχον, οὐδέκαπε, καὶ καὶ συγκομινόν νέκταρ. Μὴ καὶ Ηένι αὐτὸν καρπό, Ιλιας. Δ. Alii verò deducunt οὐδὲ τὸν σεπτικούν καὶ καὶ τὸ φρούσον. Dicere debuissent κτέρων, unde κτεῖλον, justa facio & κτήριον mortui. Quam Etymologiam, si Græca vox sit, veram esse suadet vox ἀμβροσία, quæ ejusdem est significationis; de qua & hoc observandum, non esse nomen substantivum, sed adjективum, cum quo subintelligenda vox νέκταρ, cibus. Αμβροσίον passim, apud Poëtas, divinum significat, non secus ac νέκταρ. Quod si verum sit, videbitur Hesiodus hoc velle Jovem immortalitate donasse socios suos, præbitis nectare & ambrosiam, quibus solidi Dii uti credebantur; quo munere accepto, fortius in Titanas pugnarent. Sed mihi verisimilius Νέκταρ aut nectar vocem esse Phœniciam, quæ suffitum sonat; qui veluti potus Deorum habebatur, ut caro victimarum cibus. Adi Luciani librum de Sacrificiis. Clericus.*

*655. Πιει μὲν περιπλόκον] Scribendum videtur: οὐδὲν οὐ περιπλόκος, οὐδὲ δὲ οὐ πόμπη. Quietus.*

*657. Σύς δὲ πεπορφυραῖς μοσχίοιν] Scribo*

*πεπορφυραῖς μοσχίοιν. Hesych. πεπορφυραῖς ιπποῖς, ή διπλῶσι, πεπορφυραῖς, οὐ ψάμμοις. Quietus.*

*658. Μάχην δὲ αὐτίζαπτον ἔχειν.] Ex hac descriptione proelii Deorum & Titanum satis constat Poëtum nostrum non solùm, ut vult Quintilianus, in mediocri illo dicendi genere excelluisse, sed etiam ad summum Poëtices fastigium assurgere potuisse. Nihil certè grandius occurrit vel in descriptione illa Homericā & Iliaca, quæ adeò à Longino celebratur.*

*Οὐ τὸς ἀμφοτίπερ μάχεις διοι διερίσσεται Σύμβολον, ἐν δὲ αὐτοῖς ἔειδε ἐργαστε βαρῖα.*

*Δεπότε δὲ Κέροπος πατήρ ἀνδρῶν τε, θιάν τε Τύφωνιν αὐτὰς ἔπειρε Ποσειδάνιον ἐπίναξε  
Γαῖαν ἀπερεπόν, ὅραν τὸν αἰπεῖνα κάρπην.  
Πάντες δὲ ταῦτα πόδες πολυποδάκις Ιδης,  
Καὶ κορυφαῖς, Τρόπον τὸ πόλις, καὶ γῆς Αχαΐαν.  
Εὐθέστον δὲ ὑπέριρρητος ἄραξ ἐπέραν Αἴδηνος,  
Δεῖσις δὲ ἐκ Ζεύς ἀλπο, καὶ ταχὺς μὴ οἱ  
ὑπίποδες*

*Γαῖαν ἀραγγέψας. Ποσειδάνιον ἐρεσθεντον.  
Οικία δὲ θυντοῖσι, καὶ ἀδανάτουις φασίν  
Σμαραγδέα, οὐράνια, τὰ τοιούτα θεοῖς εἴρη.  
Τέλος εἴρη κτύπος ἀρπὸς θιάν ἔειδε Ευριπίδην.*

*Hos versus merito celebrat Longinus cap. 9.*

*“Επειλέπτεις, ἐπεῖψε, οὐτε, ἀραγγίγυμφίν μὲν ἐκ  
“βάθεων γῆς, αὐτὰς δὲ χυμοφύλακας Τατάρας, ἀρα-  
“γονον δὲ ὄλη, καὶ διάσπον τὸν πόρον λαμπάνον-  
“το, πάντ’ ἄμικ, ὥραδες, ἄδης, τὰ θυντά, τὰ  
“ἀδάνατα, ἄμικ τῷ τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκιν-  
“εῖ πορδίει τῇ μάχῃ;*

*Si vero præsentis pugnae descriptionem conferamus, in ea etiam omnia æque terribilia apparebunt; concussio terræ, ponti, cœli, tartari; mortalium omnium, atque immortalium confusio.*

*Δεῖσις δὲ στείχει πόντος ἀπέποντον.  
Γῆ δὲ μήτη ἐμπαράγοντον ἐπίσετε δ' ὄραδες τύρπες  
Σειμενος, πειδότες δὲ ἐπινάσσετο μαχρὶς Ο-  
λυμποτο.*  
*Πιεῖν τὸν ἀδανάτον· ἔροις δὲ ἵρης βαρεῖα  
Ταρπεῖον ἱστορεῖται — &c.*

*\* In Dymol. Magno.*

*Et*

Αμοὶ οὐ γὰρ  
Συμφελέον κατάζονται, καὶ Οὐγανδὸς εὐρὺς ὁ  
πιθεῖν,  
Πόντος τὸν οἰκεῖον τε ἔστι, καὶ πάρτηρα γάιον.  
Ποσεῖ δὲ ὅπ' ἀδανάτων μέρας πιλημένην οὐ  
λυμπίαν  
Οργυθόνος ἄγακτος· ἐπιτεινάχει τὸν γάιον.  
Καῦμα γάρ τοπού ἀμφοτέρων κάτιχεν ιοιδία πίν-  
τον,  
Βερυτῆς τε, σερπῆς τε, πυρὸς ψεῦτον πί-  
λαρην,  
Πρηστήρων ἀνέμων τε, καρανῆς τε φλεγέντων.  
Τρίτος Αἴδης δὲ ἐνέργοις καταφθιμόσιν ἡ  
γάσκων.  
Τιττήνις δὲ ὁ παταράτερος Κρόνος ἀγρίς λόρτες,  
Αστέρες κατάδοιο, καὶ αὐτὸς ἀνιστάτος.

Observare liceat, quod hanc trepidationem Plutonis, utpote imaginem nobilissimam, & excelsissimam, Latini etiam Poëtæ imitati sint.

Virgil. Aen. 8.

*Non secus ac si qua penitus vi terra  
debiscens  
Infernus referet sedes, & regna re-  
cludat  
Pallida, dīs invisa, superque immo-  
ne barathrum  
Cernatur, trepidantque immisso lu-  
mine manes.*

Et Ovidius lib. 5. Metam.

*Inde tremit zelus, & rex pavet  
ipse silentum  
Ne pateat, latoque solum retegatur  
biatu;  
Immissusque dies trepidantes ter-  
reat umbras. Rob.*

687. Ex δὲ τῷ πόντῳ ... Φάντα Βίντ.] Potentiam Jovis immittuit Poëta, cum dicat, omnibus ei viribus opus esse ad vincendos hostes. Messiam in Angelos rebellis fulminantem grandius describit Miltonus lib. 6.

*Let half his strength be put not forth,  
but check'd  
His thunder in mid volley, for be  
meant*

*Not to destroy, but root them out of  
heaven. Rob.*

699. Θεώνος κάτιχεν Χάος] Χάος hic signat sine dubio ingentem aëris extensionem, quæ vacua capitibus nostris imminent; nam Hesiodus describit prælium, quod supra terram, non infra, commissum est. Nec obstat quod ante dixit, *flammam ad aërem pervenisse*, cum quia sunt hic frequentes repetitiones, tum quia haec aliquatenus differunt; nam καῦμα θεώνος *ingens ardor*, aut *incendium* est effectus flammæ. Sic Χάος usurpavit Aristophanes in Nubibus, p. 151. Ed. Genevensis majoris, ubi ita loquentem Socratem inducit, inanem aërem ostendentem:

*Allο τὸ μῆτ' εἰ γορεῖς έπει Θεὸς οὐτέντα, πᾶν  
ἄπειρον ἥμεται,  
Τὸ Χάος τοῦτο καὶ τὰς νεφέλας καὶ τὴν γλάρην,  
τοῖα ταῦτα.*

*Aliud quidquam non existimabis Deum  
esse, præter ea quæ nos existimamus;  
hoc Chaos & Nubes & Linguam, tria  
hæc. Ubi Scholastes: Χάος λέγεται ἄστρα,  
παρὰ τὸ κοχύδιον, ἵμον νερὸν παρὰ τὸ χάινεν,  
biare. Vide dicta ad v. 116. Vide etiam  
Aristophanem p. 164. & alibi. Clericas.*

*Ibid. Καῦμα δὲ θεώνος κάτιχεν Χάος]* Non assentior Clerico, qui supponit τὸ Χάος hic significare ingentem aëris extensionem, quæ vacua capitibus nostris imminent. Nam præterea quod, hoc sensu admisso, inepta esset repetitio versus 696 ubi dicitur, οὐδὲ δέ μη πᾶν οὐαῖς --  
ἄστρος, quis non sentit longe grandiorē esse imaginem Jovis, ultra ipsius mundi limites fulgura torquentis, quam ejusdem, flamas in ambientem aërem jaculantis? Miltonus nostras veterum Poetarum emulator, & perfectior, hunc locum respexit videtur lib. 6.

*Eternal verabit  
Burnt after them to the bottomless  
pit.*

*Confounded Chaos roar'd  
And felt tenfold confusion in their  
fall Through*

*Through his wild Anarchy, so huge  
a rout*

*Incumber'd him with ruin.* Rob.

719. Τύπον ἔργον] Similis apud Homerum occurrit Tartari descriptio Il. 8.

Η μὲν εἶδεν ἐγώ τις Τάρταρον ἡρόστρα  
Τῆλε μάλι, οὐχὶ βαδίσας γένη χθονος τοι βέ-  
ρεσσον

Εκδια πολύτεραι τε πάλαι, τῇ χάλκῳν ὑδεσ,  
Τίσσων ἀργοῦ ἀστέρα, οὐντις ἄρεβος τὸν παντας.

Et hinc etiam Virgil. Aen. 6.

*Then Tartarus ipse*

*Bis patet in praeceps tantum, ten-  
ditque sub umbras,  
Quantus ad aetherium celi prosp-  
ctus Olympum.*

*Hic genus antiquum terræ, Tita-  
nia pabes,*

*Fulmine dejecti, fundo volvuntur in-  
imo.* Rob.

727. Αὐτὰρ ὅπεραν τὸν ἐγένετον] Tartara, nimirum, non intra terram esse putabant, sed inferiora, in tenebris-  
sis spatiis, quæ terræ subiecta esse existi-  
mabant; cum nescirent terram esse ro-  
tundam, & vicibus soli sua hemisphæria ostendere. Clericus.

730. Χαῖρε οὐρανον, πλούτος ἔχετε γάιον] Hic versus addititus videtur. Quietus.

730. Πλούτος ἔχετε γάιον] Hic versus Guieto videtur addititus esse, cui assen-  
tior. Mendosus enim est, nec Grammati-  
cae congruens. Rob.

739. Χάρος μήν] Pulcherrimam illam ideam Satanae per Chaos iter facientis abhinc videtur traxisse Miltonus Lib. 2.

*A vast vacuity: all unawares*

*Fluttering his pennons vain plumb  
down he drops*

*Ten thousand fathoms deep, and to  
this bourn*

*Down had been falling, had not by  
ill chance*

*The strong rebuff of some tumultuous cloud*

*Instinct with fire and nitre burried  
him*

*As many miles aloft —— Rob.*

740. Οὐδες ἵκοτι, οὐ περφτα πυλέων ἐντο-  
δε γένοτο] An scribendum? Εἰδες ἵκοι σι  
περφτα πυλέων ἐγένετο γένοιο. Sic in ἔργοις,  
τινὶ δ' οὐδεγρ ίκνα scribendum, pro quo  
vulgò scriptum ἴκνα. Quietus.

741. Πρὸ θύελλα θύελλη] Scribo θύελλη πρὸ<sup>την</sup>  
θύελλα θύελλη ἀρχαλέην. θύελλη πρὸ περφτα  
una voce. Homer. Od. T. ἐπειδὴ μὲν ἀρ-  
πᾶσσα θύελλη σήχοτο περφέρεσσα. Quietus.

747. Λαον ἱέσαι] Vulgo legitur ἀρέσαι;  
sed monente Graevio, & consentiente  
MS. Bod. restitui λαον, quod sequentia  
verba ἀλλάς αργοτενor requirere viden-  
tur. Rob.

755. Καοίγεντος θεάστατο] Similiter Ho-  
merus Il. 5.

Εἰς Τάτην ξύμβλητο, περγύντη θεάστατο.  
Et Virgil. Aen. 6. Εἰς consanguineus le-  
tibi sapor. Rob.

758. ————— εἴδη ποτὸν αὐτὸς

Ηέλιος πάρεστιν ἀπόδηκατος ἀκτίνοστιν  
Οὐδὲ ἐποτὸν ἀλλαχούσιον περβάθει  
Οὐδὲ ὅταν ἀλλαχούσιον ἀποβάθει περ-  
πάτηται.

Videtur esse imitatio Homeri, qui ita  
de Cimmeriis Odyss. A.

———— εἴδη ποτὸν αὐτὸς  
Ηέλιος πάρεστιν ἀπόδηκατος ἀκτίνοστιν  
Οὐδὲ ἐποτὸν ἀλλαχούσιον περβάθει  
Οὐδὲ ὅταν ἀλλαχούσιον ἀποβάθει περ-  
πάτηται.

Neque unquam eos Sol lucidus adspicit  
radiis, neque cum illo ad cœlum stella-  
rum, neque cum iterum ad terram è  
cœlo convertitur. Clericus.

773. Ιερόν τοι Λίθον νὴ τιμῆν Περσεφ-  
όντας] Ιερόν, ubi de Deo sermo est, ver-  
ti debet ἰχεσ potens, non fortis, præ-  
fertim cum loquatur Poëta de Plutone.  
Persephone filia Cereris dicitur alio no-  
mine Φερεπβαττα, quod si scribamus  
Phoenicio charactere ΦΕΡΕ-ΡΙΦ ιερεβ-  
τα, significat fructum copiosum; no-  
menque hoc terribile habebatur, quia  
sacrum. Plato in Cratylo, p. 265. eo  
prolato subjicit: πολλοὶ καὶ τέτο φοβούτω τὸ  
ερεμα, multū reverentur hoc nomen. Περ-  
σεφόνη

οὐφόννινον viri docti interpretantur, ex eadem Lingua, פְּרִי סָפָן peri-sapoun fructum occultum, quod signat semen terræ commissam. Malim intelligere *reconditum* in horreis. Utrumque nomen aptissimum est filiae Δίνη, hoc est, *Dæc copia*. Ceres Regina fuit Sicilia, cuius filiam rapuit Pluto, aut raptam uxorem duxit; quod in Enarratione \* Gallica Mysteriorum Cereris multis ostendimus. *Clericus.*

775. Δεινὸς Στυγέας ἀφέξθε οὐκεανοῖο  
Non difficile est intellectu cur Stygem vocet *Hesiodus* filiam Oceanis, cum sit tanta rerum affinitas; ne dicam ex vaporibus Oceanis, qui in pluvias densantur, oriri fontes. Sed tria sunt hic, non ubique obvia, animadvertisenda. Primum est descriptio Stygis, quam prorsus fidam esse nos credere vetat quod habet *Pausanias* in Arcadicis, seu Lib.VIII. p. 483. ubi postquam meminit ruderum Oppidi Arcadii, cui Nonacri nomen erat: Τάρ τὸν εἰπεῖν, inquit, ἐπέχειν κρηπύνες δὲν ὑπέλεστον· οὐχ ἔτεσσον τὸ πούτον ἀνίκαντα οὐκενοῖδε. οὐδὲ καὶ τὸ κρηπύνειον καλέσειν δὲν ελλίπειν αὐτὸν οὐδὲν Στυγεῖς. Εἴναι δὲ τὸν Στυγεῖαν Ήσιόδος μὲν ἐν Θεογονίᾳ ἵστορι (Ηεβδὸς γὰρ δὲ τὴν Θεογονίαν τὸν οἰκουμένην) πεποιημένα τὸ δὲν ἐπταῦδε οὐκεανὸς θυματέα τὸν Στυγεῖαν, γωνίαν δὲ αὐτὸν τὸν Παλλαστὸν: non procul à ruderibus, est alta montis crepido; non aliam vidi, quae in tantam altitudinem attollatur; aqua vero secundum præruptam rupem stillat. Vocant Graeci hanc aquam Stygias. Eſſe autem Stygem *Hesiodus* in Theogonia cecinit; (neque enim desunt qui Theogoniam opus Hesiodi esse credant) cecinit autem Stygem fuisse Oceanii filiam, & uxorem Pallantis. Hoc fictum quidem est, ut pleraque alia, sed ex verbis Pausanizæ intelligere licet, quare dicat *Hesiodus*:

καταὶ δύματα τείνει  
Μακρῆς Πέτρης κατηρέστη, ἀρψὶ τὸ πάρτη  
Κίονις ἀρχύρεοισιν φέρειν εἰσίεινται.

*Inclytas. ædes incolit ingentibus faxis supernè rectas, circumquaque vero columnis argenteis ad cælum firmatae sunt.*

Alterum, quod hic animadvertisendum est, ad id pertinet quod Poëtæ aiunt aquam esse inferorum; quod inde ortum, quod aqua illa lethalis esset, quemadmodum paullò post docet *Pausanias*: Θάραν τὸν οὐδὲν πέπει τὸν τοῦ ἀρδεότονος καὶ ἄλλης ζῷος πάρτην: lethalis est hæc aqua & hominibus, & omnibus aliis animalibus. Alios etiam habet miros effectus aquæ illius omnia perrumpentis, præter ungulam equinam; sed qui fortè minus veri sunt. Verum hinc liquet, cur in inferis collocetur, nec dubito quin ea aqua ab antiquissimis Graecis colonis dicta sit קְרַתְוֹק מ' me ſhouk, hoc est, aqua silentii, quod ad regna silentium eos demitteret. Eodem respicere videtur *Hesiodus*, in sequentibus, ubi dicit eum quid per Stygem pejeravit καὶ θεοὺς ἀρανδρ, jaccere sine voce.

Tertiū observandum aquam hujus fontis fuisse jurijurando consecratam; quod quid potuerit fieri, si lethifera erat, non immiterit querant Leætores. Videtur enim qui jurabat bibisse τὸν κρεοτὸν περιόδυνα τὸ δὲν ἐπταῦδε οὐκεανὸς θυματέα τὸν Στυγεῖαν, γωνίαν δὲ αὐτὸν τὸν Παλλαστὸν: non procul à ruderibus, est alta montis crepido; non aliam vidi, quae in tantam altitudinem attollatur; aqua vero secundum præruptam rupem stillat. Vocant Graeci hanc aquam Stygias. Eſſe autem Stygem *Hesiodus* in Theogonia cecinit; (neque enim desunt qui Theogoniam opus Hesiodi esse credant) cecinit autem Stygem fuisse Oceanii filiam, & uxorem Pallantis. Hoc fictum quidem est, ut pleraque alia, sed ex verbis Pausanizæ intelligere licet, quare dicat *Hesiodus*.

783. Μέγας ὄρκος! Hoc est, per quem magnum iurijurandum concipitur. Sic Homerus vocat ὄρνια πτὰ agnos qui ad-

hibebantur ad solennius jurandum. I-  
liad. v. 245. Clericus.

785. Ο. τ' ἡ πίνεις γεταλούσιον ἀλέσμενον] Respicit ad id quod ex Pausania protulimus, qua de causa etiam Homerus \* vocat καταλύματος Στυγὸς ὕδωρ, *fillantem aquam Stygis.* Tῶν μὲν δὲ ἴνοντων, inquit Pausanias, ὃς ἐν ιδῷ εἰς τὸ ὕδωρ τῆς Στυγὸς σῖστος: *haec cecinit, quod viderit aquam Stygis fillantem.* Clericus.

794. Κατὰ τηντύπος τὴν τὸ ἵψις] Hæc poëticè facta & adaucta, sed ex vero na-  
ta; nimis, ex noxia Stygiæ aquæ na-  
tura. Clericus.

805. Ωγύρος] Græci antiquam inter-  
pretantur, quasi ab Ogyge, antiquissimo  
Rege nescio quo. Intelligimus *amaram*,  
quod apprimè quadrat in exitialem ef-  
fectum hujus aquæ potæ; ex Phoenicia  
Lingua, in qua οἱ Αἴγαγοι significavit,  
ut apud Arabas, *amaram reddidit aquam.* Hinc quoque dicta *amara*, aqua  
illa jurisjurandi & zelotypiæ, quam, a-  
pud Hebræos, bibere jubebatur mulier  
adulterii suspecta. Vide Num.V. Cleri-  
cus.

806. Εὐθὺς γὰς διοφίππος] Hic & tres  
sequentes versus è superioribus repetiti  
sunt, post versum enim 734. collocan-  
tur. Sed hinc fortasse tollendi. *Quietus.*

806. Εὐθὺς γὰς διοφίππος καὶ τὸ ἵψις] Hæc  
sunt τετραλογίαι poëticæ, quæ nihil ex  
vero ducunt. Clericus.

808. Πάντων πάντα καὶ τοῖστας ἵστοι] Πάνται  
hæc videtur *initium* significare, nam so-  
lius πάντα posset dici *fons*, non terræ,  
tartari, aut coeli. Clericus.

820. Τυρκία] De hoc egimus ad v.  
307. Describuntur scelerati homines  
Jordanis accolæ, quorum historiam &  
excidium Græcis olim narraverant Phœ-  
nices; hoc est, mendaces mendacibus  
augenda atque exornanda tradiderant.  
Clericus.

822. Οὐ χεῖτος μὲν ἵστοι τὸν ἵψιν ἵψυματ' ἔχουσαν] Vertunt: *cujus manus quidem*

*sunt ob robur occupatae, aut operibus aptæ, quasi ἵψυμα idem sit hæc ac ἵψιον.* Sed quodnam opus memoratur Typho-  
nis, aut Typhoëi, seu antequam à Jove  
vinceretur, seu postquam in Tartara de-  
trusus est? Deinde quid frigidius hac  
descriptione virium, *cujus manus pro-  
pter robur babent opera?* Non potuit  
hoc ferre Fr. *Quietus*, qui suspicatur  
legendum διῆμα ἄνων, mirabile auditu.  
Verum tanta mutatione opus non est,  
cum præsertim non minus frigidum sit,  
& minus Græcum: *cujus manus sunt  
in robore.* Cum olim sine notis accen-  
tuum & spirituum scriberent Græci OT.  
sequè facile potuit efferti & non ac ἵψι,  
*cujus*, quod si feceris sententia egregia erit:  
*Nec manus, propter vires, babent quid-  
quam quo impediri queant; & pedes for-  
tis illius Dei sunt indecessi.* Egyptiæ hæc  
deducimus ab ἅρη, coercito, probibeo.  
Hoc unum in hac nostra interpretatione  
paullò durius videri queat, quod particula  
negativa sit paullò remotior à ver-  
bo. Sed nec deflunt ejus rei exempla,  
& eam omnino postulare videtur sensus.  
Clericus.

816. Πῦρ ἀμέρινον] *Ignis* hæc vocatur  
oculorum splendor, ut & in sequente  
versu, nequis putet Poëtam ignem pro-  
priè dictum in oculis hujus monstri col-  
locasse. Superant hæc omnem τετραλο-  
γίαν. Clericus.

836. Θρησκίαν καὶ ἀδικάποντον ἀναζητεῖν] For-  
tè nata est hæc circumstantia ex narra-  
tione Phœnicum, qui dictabant infe-  
rioris Jordanis accolæ *bellum Deo &*  
*bominibus indixisse*, aut utrorumque  
*hostes ac spretores fuisse.* Quæ loqua-  
tiones perperam intellectæ monstra hæc  
pèpererunt, quasi fuisset terræ filius  
Draco, qui bellum Jovi intulisset. Cer-  
tè *Lucretius* describens *Epicuri* dogma-  
ta de Nominе, quod verbo posuit, re-  
fustulit, ita de Epicuro loquitur quasi ei  
bellum intulisset, Lib.I initio:

\* Iliad. O. v.37. ubi Juno jurat per Stygem.

*Quare Religio pedibus subjelta vi-*

*cissim*

*Obteritur, nos exæquat victoria cæ-*

*lo. Clericus.*

838. *Σεπτεμβρίας*] Non male hisce verbis describitur subversio Sodomæ, Gomorræ vicinarumque urbium, de qua vide de Dīs. nostram. *Clericus.*

840. *Τάπτησα γαῖαν*] Hoc est, remotissimæ partes terræ, quæ est significatio vocis *tartara*. Vide not. ad v. 119. *Clericus.*

841. *Ποσεὶ δὲ τὸν ἀδανάτων*] Patem in his versibus reperias sublimitatem ac in Homericis illis à Longino celebratis, utpote quæ ἄχαρτον ποτὲ μήτε τὸ θαυμόν, ποτὲ ἄχαρτον τείσιν.

— *Τρέψα δὲ τὰς μαρτρὰς, καὶ ὅλη*

*Ποσεὶ τὸν ἀδανάτων Ποσειδῶνος ἰερός.* Eandem sublimitatem Miltonus assequitur,

*Under his burning wheels  
The steadfast Empyreans took through  
out;*

*All but the throne itself of God-- Rob.*

843. *Ιορδάνη πόνον*] Hic intelligendum *mare mortuum*, seu lacus Asphaltites. *Clericus.*

846. *Εἰς τὸ χθὸν πᾶν*] Vicina, nempe, infimis partibus Jordanis; qua de vide memoratam Dissertationem. *Clericus.*

858. *Τῷοῦ ἀντροῦ*] Araç, nimis, ut jam diximus, vox est honorifica quæ Regem quidem sonat ut plurimum; sed eximium etiam quidpiam significat, quale erat in suo genere hoc monstrum. *Clericus.*

859. *Οὐρανὸς ἡ βίος*] Inter montes Moabitidis & Chananææ situs est lacus Asphaltites, in profunda valle. *Clericus.*

869. *Νέστος Νέτε, Βούλας τοῦ Αγρισίου Ζε-*

*ψεύσιο*] Hic mirum est fieri duntaxat mentionem trium ventorum, omisso *Euro*, qui tamen *ματαιά* non potest vocari. Quod cum non concoquerent non-

nulli, legerunt γὰρ Αγρισίου, Ζεψίου τοι, quemadmodum habet in Allegoriis Joannes Diaconus; quod etiam respicit alter Scholiastes, qui memoratis quatuor ventis cardinalibus, ut vocantur, subjicit: Αγρισίου δὲ Απολίτης, δὲ λέγεται δὲ Ουρανός Εὔρετος: *Subsolanus* quem vocat Homerus *Eurus*. Recta sine dubio esset lectio, si constaret ἀρχήν uspiam dici Eorum, cum contra constet esse occidentalem ventum, qui & Corus vocatur. Plinius Lib. II. H. N. c. 47. Sunt bini, in quatuor cœli partibus; ab oriente æquinoctiali *Subsolanus*, ab oriente brumali *Vulturinus*; illum *Apelioten*, hunc *Eurum Græci* appellant. A meridie *Auster*, & ab occasu brumali *Africus*; *Noton* & *Lyba* nominant. Ab occasu *Æquinoctiali Favonias*, ab occasu solstitiali *Corus*; *Zephyrum* & *ARGESTEN* vocant. Præterea eosdem ventos tres commemorat v. 379. ubi ἀρχήν est etiam epitheton *Zephyri*, quemadmodum hic ex vulgata lectione. Crediderim hanc omissionem esse negligentiæ tribuendam; nam non ignorabat *Hesiodus* esse Orientalem ventum.

Idem Plinius paullò antea: *Veteres quatuor omnino servavere, per totidem mundi partes (ideo nec Homerus plures nominat) habebit ut mox judicatum est ratione.* Vide *Homerum Odyss. E. v. 295*. *Hesiodus* autem *Homerο* in ejusmodi rebus nequaquam inferior erat, ut satis liquet ex Operibus & Diebus. Obiter notandum *Hesiodi* τέτοιο vocem ἀρχήν nondum suisse nomen venti, qui à *Zephyro* distingueretur; cum conjungatur ea vox cum *Zephyro*, quasi epitheton, quo significetur ejus *celeritas*, aut simile quidpiam. *Clericus.*

871. *Αλλα ματαιά*] *Ματαιάς* scribo. *Hesych.* *ματαιάς*, *μάταιας* αἴρεται, ἡχεται προαι. vulgo scriptum ἀμφοι pro αἴρεται. ex αἴρεται fit ματαιά retro, in casum. Sic ex αἴρεται, ματαιός, ματαιός mox, τιθεται. *Quietus.*

884. *Διαδικαστο πνεύματα*] Hoc est, munera

vera illis divisit, sed posteritas eos honores intellexit de iis, quibus singula Numinia praesesse postea credita sunt. *Clericus.*

885. Λαληρ δίνο Μήν] Clarum est hic allegoricum esse matrimonium, quod Regi conjunctus nihil esse debeat quam prudentia. *Clericus.*

885. Per hanc Allegoriam significat Poëta, conjunctissimam esse Divinæ Naturæ sapientiam. Similis figura in libro, qui nuncupatur *Sapientia Solomonis*, pulcherrimè usurpatur. Cap. 8.

Τάλπης (sc. τὸ σπέρμα) λείποντα, καὶ ἐξεργάζοντα  
in νόστοις με.

Καὶ ψέπηντα νούσους ἀγαγόντα θεατῶν.

*Sapientiam amavi, & exquisivi ab adolescentia mea,*

*Et eam pro sponsa expetivi mibi.*

Rob.

887. Αδύνη] Deam disciplinarum & fortitudinis meritò Prudentiæ filiam facit Poëta; cum absque hac nulla sit vera fortitudo, nec eruditio. Ceterum Adynæ est, Phœnicia lingua אִירְנָא estheria, hoc est, fortis, ut ab aliis jam animadversum. *Clericus.*

894. Τερψίνη] Sic dicitur Minerva quasi genita à capite Jovis, nam si scribamus Phœnicii litteris חַרִיךְתָּא tbrītō, intelligemus deducendam vocem אֶרְחֵת resb, quod, pro mutatione solenni ת & ו, idem esse potuit ac וְיַת rescb, Chaldaicè & Syriacè caput. Ejus antiquæ vocis significatio remanserat etiamnum apud Athamanas. *Hesychius:* Τεττα, Νίκησθε οι Κολοφόνιος γνωτή τελευτὴ τηλεῖται Αδεμάτης. Apud Cretenses, idem hac voce significatum esse auctor est *Eustathius* in Illiad. Δ. Ed. Rom. p. 504. Hanc quidem circumstantiam Palladis natalium hic non tradit *Hesiodus*, sed summo consensu reliqui omnes Mythologii & Poëtae habent. Facile est intellectu cur sapientissima Dea & Artium Praefecta à cerebro, vel capite Jovis nata putetur, cum caput existimetur esse se-

des animi. Aliæ vocis Etymologiæ non sunt flocci faciendæ, si cum hac conseruantur. *Terepheta* verterant Romani veteres *Capitam*. *Ovidius* sub finem Lib. III. Fastrorum :

Parva licet vides Capitæ delubra  
Minervæ,

Quæ Dea natali capit habere suo.

Nominis in dubio causa est, capitale  
vocabamus

Ingenium sollers; ingeniosa Dea  
est.

An quia de capitis fertur, sine ma-

tre, paterni  
Vertice, cum clypeo profiliuisse  
suo? *Clericus.*

898. Εἰν τυχάδην τυδίν] Hoc est, prudentialm perpetuū sibi adesse consilia-  
tiam voluit, nec usquam eam dimisit.  
*Clericus.*

899. Ος οἱ φράσται θεὰ ἀγαθῶν τε τε-  
χόντε] Bonum & malum omnia signifi-  
cant, apud Homerum, & in Hebraico  
etiam sermone. Vide not. ad Genes. III,  
5. *Clericus.*

900. Θίμη] Dea hæc est Praeses Ju-  
stitiæ, quæ non minus ac Prudentia Re-  
gibus necessaria est. Si scriberis Phœ-  
nicii litteris תְּמִימָה, illico liquebit esse  
vocem Phœniciam, אֶתְמִימָה integer, pro-  
bus, ita ut nomen Themidis integrata-  
tem sonet. *Clericus.*

Ibid. Η τίκη Ωρα] Hora est ab He-  
braica voce תְּקֵה, or, quæ lucem sonat  
propriè, & tralatitio significatu cogni-  
tionem, quæ in Rege uia cum integritate  
conuncta esse debet. Posset huc  
fortè trahi conjunctio *Urim & Thum-  
mim*, in Pont. Maximo Hebraorum.  
Affinitas Horarum harumce cum Dea  
Justitiæ significatur earum nominibus  
Εὐρούη, Δίαι & Εἰρήνη, quæ sunt Justitiæ  
consectaria, & veræ eruditionis comi-  
tes. *Clericus.*

903. Μοῆρας οἵ τε πλεῖστη πρώτη ματί-  
τη Ζεύς.] Quamvis affinitas sit inter Ju-  
stitiam & munus harum Dearum; non  
est

est credibile hos versus esse *Hesiodi*, cùm alios parentes Parcis tribuerit anteā v. 215. Homo ineptus, qui supplere conatus est quod non deerat *Hesiode* sed deesse putabat, hos de Parcis versus adsuīt, & fortasse plures. *Clericus.*

903. *Mōīas* 3] Eadem, quæ Clerico, fuit sententia Doctiss. Thomæ Gale in notis ad Apollodorum p. 6. Sed utrisque ut opinor, fraudem fecit prava Hesiodi interpretatio. Non enim in hoc loco asserit poëta Themin peperisse *Parcas*, quæ suprà *Noctis* esse filiæ dicuntur, sed Themin peperisse *Horas*, quæ venustatem operibus hominum, *Parcisque* conciliant. Accusativus casus *Mōīas*, ut Grammatici loquuntur, proximum verbum τὸ ὄγανον, non τὸ τίκτυν sequitur; & sententia sic exposita sensum exhibit verissimum, viz. *Bonæ leges, iustitia, & pax humanam sortem pulchram, & felicem reddunt.* Rob.

917. Λητὰ δ' Ἀπίλωνα] De nomine Latonæ, egimus ad v. 406. Nunc dicendum quare ejus filius vocaretur Φοῖβος Ἀπίλων, nam paßim ita appellatur ab Homero, quasi *Apollo* sit cognomen. Si autem scribas Hebraicè: פָּה-כּוֹן הַפְּלִילָה bapollon, Linguae Hebraicæ peritus statim interpretabitur os in eo mirum, quod apprimè convenit Deo fatidico. Vide dicta de *Phœbe*, ad v. 404.

*Ibidem.* Καὶ Ἀρτεμις ιοχέαρας] Phoenicio charactere ἡράκλιμη bartbemi, significat, mons admiratio mea, ab דְּהַר har, mons & תְּמַר thamah, admiratus est. Diana, nimirum, venatrix montibus maximè delectabatur. Antiquissimus hymnus in Dianam, qui Homero tribuitur, sic eam describit:

Η τερτ' ὅπι σύβετα, καὶ ἀκειας ἵπποδασας  
Αχει περπομόνη παγχύστη τέξα πτάση.  
Quæ per montes umbrosos & promuntoria ventosa, venatione oblectata totum aurecum arcum tendit. Sic ipsa, apud *Callimachum* in *Hymno*, qui ipsi in-

\* *Diodor. Siculus Biblioth. Lib. I. p. 24.*

scriptus est, loquitur, v. 19.

— απαρτὸν γό ὅτ' Ἀρτεμις ἄσυ κάτεναι,  
Οὐρσαν εἰκόνα.

Raro Diana in urbem ibit, in montibus habitabo. Vide ejusdem Hymni vss. 3 & 18. Apud *Lucianum*, in Dialogis Deorum, p. 212. T. I. dicitur ὄφεος montana; & p. 217. T. I. Amor negat se posse vulnerare Dianam φύγοντας αἱ ἀλεήταις ὄφεος, fugientem semper per montes. Talia innumera possent proferri.

Observandum huc & alibi clarè distinguui Apollinem & Dianam à Sole & Luna, qui v. 371. dicuntur Hyperione & Thia nati. Attamen constat postea Apollinem quidem & Solem unum Numen creditum fuisse, Lunam verò ac Dianam alterum; quod idē factum puto, quia Apollinis quidem animum, post mortem, in Solem ivisse, ut æternæ illi flammæ præfasset, dicebant antiquissimi Poëtæ; Dianæ verò mentem Lunam infedisse. Genus hoc fuit adulatio[n]is, quo vetustissimi Græci prosequuti sunt liberos Jovis. Sic & Ægyptii Isidi adulati erant, cùm columnæ, sepulcro Isidis-impositæ, cùm alia, tum etiam hæc inscripsissent: \* Εγώ εἰμι ἡ λύρα τῆς Κυκλαδικῆς: *Ego sum, quæ in Canis sidere exorior.* Indidem factum ut stellis omnibus imposuerint nomina illustrium virorum & foeminarum; qua de re agit *Hyginus*, In Lib. II. Poëtici Astronomici, de signorum cœlestium *Historiis*. *Clericus.*

920. Λοιδοτάτην δ' Ἡραν Σαλιρην ποίουσαν ἄκατην] Attamen hæc sola legitima uxor habita, ceteræ omnes pellices. Dicitur, apud *Lucianum*, Jovis ἡ γόμφη γαμητὴ legitima conjux, in Dialogis Deorum p. 192. Tom. I. & Jovi ευμελοδεῖν, p. 213. *Clericus.*

921. Ήεν] Hæc Dea fuit juventutis præses, quam nomen traxisse liquet ex Hebraica voce בָּנָה eb, viror, qui juventutis est Symbolum; quod plantæ tum

vigeant maximè, cùm maximè virent. Hinc apud Poetas, passim *viridis juvenus* dicitur, imò & *senectus* cùm contingit eam juventuti esse similem. *Virgilius Aeneid. V. 295.*

*Euryalus forma insignis VIRIDIQUE juventuā.*

Idem Lib. VI, 304. dē Charonte :

*Jam senior, sed cruda Dco VIRIDISQUE senectus.*

*Ibidem. Apna.]* Notissimum est Martis sedes haberi montes Thraciæ, quos aut filius Jovis, Thessaliæ Regis, aut ex ejus posteris quispiam iasedit, unde dictus est יְהוָה bari, hoc est, *homo montanus*, nam, ut diximus, יְהוָה est mons, ὄρη. Cùm autem ex bello & latrociniis viveret, creditus est post mortem præesse bello, cui tam sæpè vivus interfuerat. Elegans est descriptio palatii Martis, apud Statium Lib. VII. Thebaïdos, ubi de Mercurio ad illum missio, cuius descriptionis hoc est initium :

*Hic steriles delubra notat Majoria sylvas,*

*Horrexitque tuens, ubi mille furibus illi*

*Cingitur adverso domus immansueta sub Aemo :*

qui, ut notum, mons est Thraciæ. Hinc à Thracibus Mars impensè cultus. *Herodotus Lib. V. c. 7.* Θεος οὐ εἰστιν μέντος ταῦται, Απα, καὶ Διόνοος, καὶ Αρτεμίου; *Deos bos Solos colunt, Martem, Liberum, Dianam.* Ac sanè mores eorum cum ejusmodi Religione consentiebant. Idem Scriptor paulò ante de moribus Thracum : ἀργὸν τίνειν κάλλιστον, γῆς οὐ λεγέτων ἀπομόνωτος τῇ ζῆν πόλεμος καὶ λιτίσιος κάλλιστος : otiosum esse boneftissimum, agricolam vero contemnissimum. *E bello atque rapto vivere pulcherrimum.* Clericus.

*Ibidem. Εἰλείδυα]* Vox ηγίγνεται belidja aliunde non potest deduci quam ab ηγίγνεται belid, hoc est, fecit parere; sic enim formari potest *Hipbil* in verbo יְלִבְלִי.

*Tom. I. p. 213. in Dial. Junonis & Larvae.*

*jalad* peperit, æquè ac in aliis verbis ejusdem formæ. Quam hoc autem nomen benè conveniat Deæ partui præfidi nemo non videt. Observatu dignum est distingui hoc Numen à Diana, cùm ab *Hesiodo*, tum à Scriptore antiquissimo Hymni in Apollinem, qui *Homero* tribui folet, narrat enim primum *Eileithyiam* nescivisse Latonam parturire, deinde ait advocatam è cœlo fuisse, & partum Latonæ venientem accelerasse. Sic habet v. 97.

*Μήν δὲ ἐκ ἀπότομοι μαρούσιος Εἰλείδυα.  
Sola nescierat partus laborem levans  
Εἰλειθυία.*

Postea v. 15.

*Εὐτὸν δὲ Δίης Καρε μαρούσιος Εἰλείδυα  
Τὴν τόπον δὲ τόκος οὐδέτε, μαρούσιος δὲ τούτου.* -

*Ubi in Delo incessit partus dolores levans Eileithyia, tunc illam partus cepit,  
& parata erat parere. Qui ergo factum  
ut Diana cum hoc Numine misceretur  
& partibus etiam præficeretur? Qui po-  
tuit credi τὰς τεκνάς ματέρα παρθίνης θεα,  
ut utar verbis Junonis apud *\*Lucianum?*  
Nimirum, credebat Luna Numen præ-  
esse partui, quod praesit mensibus, intra  
quorum certum numerum foetus in lu-  
cem eduntur; cumque eo Numine mis-  
cebant Dianam, quæ, eo pacto, quam-  
quam virgo, obstetricis munere fungi  
statuebatur. Aliam rationem commini-  
scitur *Callimachus*, Hymno in Dianam  
v. 20. & seqq. ubi sic Dea loquitur :*

*Πόλισιν δὲ δημιούμενα ἀρδρῶν  
Μήνος ὁτ' ὁξεῖσιν τελείωσι γυναικίς  
Τετράρχης καλέντος βονδούος ήσι με μῆτρας  
Γενορθίου τοποῖσιν ἐπελίκεσθε ἀρίστεν·  
Οὐδὲ με καὶ τίκτεστα, καὶ ἐκ πληγῶν φέρεσσα  
Μήτηρ.*

*Urbibus vero admiscebor hominum, tan-  
tum cum acutis pariendi doloribus mu-  
lieres oppressæ vocarint me opitulatri-  
cem; quibus me Parca, ut primum  
nata sum, sortem adsignarunt opem fe-*

*ren. ii;*

rendi; quoniam & cum me pareret, & cum me ferret non doluit mater. Sed commentum hoc est Callimachi, qui cre-didit indignum Dea esse dolere, instar mulierum; non sententia antiquissimo-rum Græcorum, qui Diis incommoda, imò & vitia humanæ naturæ tribuere solent. Philosophi postea, cùm non possent hæc concoquere, ad allegorias conversi sunt; & Poëtis recentioribus corrumpendæ veteris Historiæ, dum istorum volunt loqui, occasionem præ-buerunt. At qui me audiet is antiquissi-mam Græciæ famam esse credet, quæ humana Diis tribuuntur, quod ejusmodi rerum fingendarum nulla ratio fuerit, si aliter sensissent Græci. Imò verò periculosisimum fuisset istorum de Deo sen-tientibus talia obtrudere. Contrà verò & Philosophi & recentiores Poëtæ gra-ves rationes habuerunt, cur humana incommoda & vitia Diis detraherent; nec sine Religionis specie, adprobationeque audientium turpes de Diis historias mu-tare aggrediebantur, quod non semel fa-cit in hisce Hymnis *Callimachus*, & præ-sertim quidem Hymno in Jovem. Sed ne conjecturis agere videamur, en-lo-cum ex Hymno Homericō in Apolli-nem, in quo contraria affirmantur v. 91.

Λατὼ δ' ἐννυμάρ τε καὶ ἔννα γικτες ἀστόλος,  
Ωδύνων πίκαρη.

*Latona novem diebus & novem nocti-bus incredibilibus doloribus torquebatur.* Dabimus etiam auctorem gravissimum sententiæ de Luna partuum præside. Is est Cicero de Nat. Deorum Lib. II. c. 207. *Dianam*, inquit, & *Lunam eam-dem esse putant*; cum — *Luna à lu-cendo nominata sit, eadem est enim Lu-cina.* Itaque ut apud Græcos *Dianam* eamque *Luciferam*: sic apud nos-tros, *Junonem Lucinam* in pariendo invocant. — *Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnum-quam, aut plerumque novem Lunæ cur-*

*sibus; qui quia mensa spatha conficiunt, menses nominantur.* Clericus.

926. *Ἐπιλέπτη μήτησα]* Legendum & φιλότητη μήτησα, nam quemadmodum Ju-piter solus genuisse dicitur Minervam: sic & Juno ζεύδην τῇ νεώτερῃ παρασκοτη, intendit vires, & contendit cum suo ma-rito, genuitque sôla & peperit Vulca-num. Sic quoque legit Scholia-stes, qui habet: οὐδὲ Ήφαστος τῷ μόνῳ Ήφαστίῳ, hic (Hesiodus) ex sola Junone Vulcanum inducit; οὐδὲ Ομηρος in Δίος τῇ Ήφαστος, Ho-merus vero ex Ιοβ & Junone. Ex He-siodi sententia, adoptavit Juno celeber-rium fabrum, qui vocabatur Ήφαστος. Phœnicii litteris אַשְׁרָתָן אֲשָׁרָתָן epescho, hoc est, qui coquit in igne, nimirum, metalla; nam תְּפִלָּה est coxit, & אֲנָרָתָן ignis, unde Græcè ισια, focus. Sic legit hunc locum Hesiodi *Lil. Gyraldus*, o-stenditque olim ita lectum. Clericus.

930. *Τείτων τύρβην γένετο μήτησα]* No-men τυρβήν deduxerim à τύρτη reget, timor, aut à τύρτη retat, Chaldaice tre-muit & Arabicè, tumultum excitavit, clamorem edidit. Nomen non male convenit Deo cui tribuitur

*Buccina, que, medio concepit us  
• aëra ponto,  
Littora voce replet sub utroque ja-  
centia Phabo.*

Quæ verba sunt Ovidii, Metam. I. Cle-ricus.

936. *Αρρωτίν Σ' ἦν Κάδμος τετράδυμος  
Στέγακοιτη.*] Ingeniosè Sam. Bochartus Chanaanis Lib. I. c. 19. nomen Kadmi conjicit significare ejus patriam; erat, nimirum, קָדְמָוִן Kadmoni, ex iis Kad-monæis de quibus Moses Gen. XV, 19. Harmoniam verò dictam ex monte Her-mone, quæ pars fuit Antilibani, ad or-tum fontium Jordanis. Clericus.

937. *Ἀτλαντίς Μαΐαν τίκα μεδίου Ερμῆν]* Primum, hæc animadvertendum *Maiam*, quæ fuit una Pleiadum, dici filiam At-lantis altissimi montis, qui cœlum ipsum ferre dicebatur; ob nexus, scilicet, & vici-

viciniam. Deinde Pleias hæc dicitur Maia, hoc est, מִאֵה five aquosa, nam מַיָּם majus aquæ dicuntur, à veteri singulari מֵ Mai aqua. Aquosa autem nomen optimè convenit nobilissimæ Pleiadum, quandoquidem Pleiades passim imbriferæ, madidae & aquosa dicuntur à Poëtis; quod iis, initio veris, orientibus, pluvium soleat esse cœlum. Vide collecta hanc in rem à Nicol. Loydio in Lex. Historico. Filius hujus Pleiadis dictus est Εὔπολις, hoc est, אֶרְמָעַ berma, quod à Radice בְּרַע, baram, caliditate usus fuit. Quo nomine egregiè describitur indeoles Dei furum, & fraudium. Quam in rem legendus Hymnus in Mercurium, ex quo pauculos dumtaxat versus, quibus describitur ejus ingenium, proferemus; ubi ita de Maia, v. 13 & seqq.

Καὶ τὸν ἡγεμόνα πάντα πολύτερον, αἰσθανόμενον,

Αἴσινέρ, ἐλαττῆρα βοῶν, μήτηρ ὀνείρων,  
Νυκτὸς ὀπωτῆρα, καὶ τὰ ἔχεται.

Tunc peperit filium vafrum & blandiloquum, prædonem, abactorem boum, ducem somniorum, noctis spectatorem. Hæc epitheta Mercurii, historiæ ejus fraudium, quam multis prosequitur, in sequentibus confirmat Poëta. Clericus.

939. Καδμίον δ' ἄρα οἱ Σαμίλιοι τίκη φάσι.  
μον γένεται] Quoniam hic est primus, qui ab Hesiodo ex Deo & mortali muliere, genitus dicitur, inquirendum est hoc in loco in rationes, ob quas ab antiquissimis Græcis nonnulli filii Deorum crediti & dicti sint, quos non diffitebantur ex mulieribus natos; quales fuere Bacchus & Hercules Thebani, aliique innumeris. Sed antea animadvertisendum est horum generationem narrari, post Deorum omnium natales ex Deabus; unde intelligere est mulierum hosce liberos esse natos iis temporibus, quibus jam primi Græciæ coloni Dii habebantur, & colebantur, nec tamen planè memoria

obsoleverat, quæ & ipsos homines fuisse constabat. Memorantur enim hi novi Dii, ex aliis cœlo jam receptis, nati; quorum tamen parentes numquam cum mortalibus concubuisse dicti essent, nisi crediti fuisse & ipsi mortales fuisse.

Quod cum ita sit, triplici de causa homines potuere Deorum filii dici & credi. Præmita est petita ex antiquissimorum Græcorum dialecto, in qua à Diis nati atque educati dicebantur quicunque aliqua in re Diis similes esse judicabantur. Reges, qui imperare videbantur hominibus, ut Jupiter Diis & Regibus, propterea vulgo dici solebant Διογένες & Διοτρύφων, à Jove geniti & educati, ut ex innumeris Homeris locis liquet. Sic loquitur Poëta Iliad. B. v. 196.

Θυμὸς γε μῆτρας τὸ διογένες βασιλεὺς.

Τιμὴ δὲ τὸν Διὸν δῖον φιλοὶ γε μητέρα Ζεὺς.  
Ira est magna à Jove nutriti Regis. Honor autem à Jove est, & illum (Regem) amat consiliarius Jupiter. Ad quem locum, sic habet Eustathius: Εργάσιαί τοι πολὺ διογένες καὶ διοτρύφων τὸς βασιλεὺς λέγει, εὐχὴ ὅπε τὸν Διὸς τὸ γένος ἔλειπε, ἀλλ' ὅπε εὐέντη αὐτῷ οὐ πάντα: ὑβρίζει τοι τὸν Διὸς τὸ γένος τὸν διογένες βασιλεὺς εἶποι Διὸς τὸν διογένες τὸν βασιλεὺς.

Αὐτὴν χαλκίνας μὲν ὑδεῖομεν Ηραίσιο,

Τευχίσας δὲ Αρῆν, ἐπακτῆρας τη Χιτώνας

Αρτέμιδος, Φάιτης γε Λίπης τὸ εἰδότας οἵμας.

Εκ τοῦ Διὸς βασιλεὺς ἐποιεῖται διογένες τὸν διογένες τὸν βασιλεὺς.

Primò quidem fabros canimus esse Vulcani, Milites deinde Martis, Venatores vero Cbitones Diana, & Phœbi qui lyrae probe sciunt modos. At ex Jove sunt Reges, quandoquidem Regibus nihil divinus est quam Jupiter.

Quæ verba nos admonent secundæ rationis, ob quam mortales immortalium filii dici potuerunt. Nimirum, in Lingua Phœnicia, pater artificum dicitur is qui

qui eorum artificium primus invenit, & magister discipulorum. Vide Genes. IV, 21. ubi *pater* artificum dicitur qui primus eos artem docuit. Sic & Propheta dicitur *pater* discipulorum suorum, 1. Sam. X, 12. & discipuli *eius filii*, 2 Reg. II, 3. IV, 38. Sic Aesculapius & Orpheus dicti sunt Apollinis filii, quod ab eo Medicinam didicerint. Hinc etiam *Dei filii*, dicti, qui Dei virtutes imitabantur, ut liquet ex Gen. VI, 2.

Tertid filios Deorum dixerunt eos qui ex Sacerdotibus, vel aliis fraudulentis hominibus, nati erant; ut honori puerorum, quæ ab iis ludificatae fuerant, consuleretur. Cum, nempe, in lucis Diis illis sacris gravidæ factæ essent, aut compressæ à Sacerdotibus indutis eo ornata, quo statæ Deorum indui solebant; non sine quadam specie veri, apud rudes populos, poterant dicere se ex Diis gravidas esse; rumoremque ejusmodi occultè adjuvantibus Sacerdotibus, res tandem credulis pro comperta habetur, præsertim si nati ex furtivo concubitu postea rebus gestis aut inventis famam sibi parerent. Apud Ovidium Metam. III. Juno sub persona Beroës nutricis Semeles, ita hanc alloquens inducitur

Optem  
*Jupiter ut sit, ait: metuo tamen omnia, multi*

*NOMINE Divorum thalamos in- iere pudicos.*

Hinc videmus, ex fabula Penthei, non facile creditum Bacchum illum Thebanum esse filium Jovis. Si haec sæpius, & alibi facta sunt, ut credibile est, præsertim ruditiori ævo, non est cur miremur tot Deorum filios in antiquissima Græciæ Historia occurtere. *Clericus.*

*Ibidem.* Σιμέλην] Phœnicium nomen fortè fuit Σιμέλης *ts'melah*, quod virginem viro maturam apud Thalmudicos sonat. Solent Phœnices ortum cuiuspiam ab alio hisce verbis exprimere: צַא מִרְכֹּז jatla mijerecho, *egressus est ex ejus fe-*

*more, ut liquet ex Genes. XLVI, 26.* Hinc nata fabula de Baccho Thebano è femore Jovis nato. Ceteræ circumstantiæ conflictæ sunt à Græculis, ut rationem redderent loquutionis quam non intelligebant. *Clericus.*

940. Διάδρυστος πολυγύνεια] Bacchum multò antiquiore fuisse Cadmo, nec alia de causa Thebanum creditum, quam quia conditores Thebarum ejus cultum ex Oriente attulerant multis ostendit Sam. Bochartus Chanaan. Lib. I. c. 18. Existimat ille Nimrodum fuisse qui Chaldaicæ dicebatur בָּר־כּוֹשׁ *bar-coush*, hoc est, *filius Cbusi*, filii Chanannis, qui nepos fuit Noachi ex Chamo. Quæ felix est conjectura; at coacta est, nec ullo modo toleranda ea, quæ vult Διάδρυστος dictum, ex inscriptione altaris a Moysi, quod dictum fuit י'הוָה נָס' *yehova nissi*. Quasi Tyriti, Aegyptii aut alii populi, ex ejusmodi re nomen fecerint antiquiori multò Mose Numini! Debuit vir summus scribere Chaldaicis litteris hoc nomen ר' אֲנוֹנִים, deinde querere quid Dionis, Lingua Chaldaica, significare queat; & invenisset hanc vocem significare eum qui vi imperat, nam ר' est qui & אֲנוֹנִים, vi imperans, ab Radice אָנוֹן *anas*, coëgit. Quod egregiè convenit Nimrodo, qui primus Tyrannus fuisse censetur. Postea Græci perperam crediderint Διάδρυστος dictum ex Genitivo Διὸς *Jovis*, & Nauvæ urbe Arabiæ, in qua fuerit educatus. *Clericus.*

942. Αλκαλίνη δ' ἄρ' ἐπικτη βίην Ηρακλεῖν] Hoc est, Herculem, de quo in singulari Disl. in qua ostendemus Herculem Thebanum, nec unum, nec antiquissimum fuisse eorum qui Hercules dicti sunt. *Clericus.*

944. Αγλαΐνη εἰ Ηρακλεος &c.] Dignum est notatu Vulcano dari uxorem primogenitam Gratiarum non Venerem; nam ceteri omnes Poëtæ Vulcani Venerem uxorem tribuunt. *Clericus.*

946. Διάδρυστος ξασθή Αειάδην] Fortè uxor

uxor fuit Bacchi, eo modo quo Paulina Mundi; hoc est, Sacerdotis cuiuspiam Bacchi. *Clericus.*

949. Ηενία &c.] Fortè fingunt Deam juventutis collocatam Herculi, quod, cum unum hominem fuisse crederent, nec intelligerent quā vita unius hominis sufficere posset, ad eas res gerendas, quas gessit, æternam juventutem ei datam à Dii putarent. Cujus rei vestigium certe est in v. 954. quamvis dicatur de Hercule in Deorum numerum jam relato. Nam erant & alii Dii semper juvenes, ut Apollo, Bacchus, Mercurius &c. *Clericus.*

966. Οστροὶ δὲ θρησκευόμενοι τὸν θεόν  
διάβατον πειράτην διώκειαν τίκτε] Vidimus quare nonnulli dicti sint Deorum filii, sed omnes rationes, quas attulimus, huc pertinere non possunt; attamen Deatum filii potuere dici, qui similis videbantur Deabus. Sic formosi vocati fortè sunt *fili Veneris*, ut *Aeneas*, aliique quorum mater ignorabatur, & forma eximia erat. Sed & fortè Deorum Antistitis, aliæque quæ clanculum pariebant, liberos suos tribuebant Deabus, quæ præsidebant lucis, in quibus infantes expositi inveniebantur; nec amasii, ut consulerent earum honori, contradicebant; præter quām quod honorificum videbatur concubuisse cum Dea; qua de causa infantes tollebant, quos se ex Deabus suscepisse jaetabant. *Clericus.*

968. Δημητρίου δὲ Πλάτωνος ἡγεμόνος] Partus hinc est metaphoricus, quo significatur ex copiosis segetibus nasci divitias. *Plutus* persona est Poëtica, de qua vide *Lucianum* in *Timone*. *Clericus.*

974. Απολύτην.] De hac diximus, ad v. 934. Cum esset formosa & strenua, & ignorarentur ejus parentes, Marti & Veneri tributa est. *Clericus.*

979. Κέραν δὲ οὐδετέρα, τῷ τῇ ἔχειν] Hæc omnino addita videntur ab imperita manu, quia res jam dicta est supra v. 287. & seqq. hoc verò in loco est planè alien-

na. Nam hinc sermo est de iis, quos viri mortales suscepserunt ex Deabus, oportetque Chrysaorem virum mortalem haberí, quod contrarium est iis quæ ante, loco memorato, dixit *Hesiodus*. *Clericus.*

983. Τιθύρη δὲ ήσε τίκη Μήνην &c.] Crediderim *Memnonem* & *Hemathionem* ab antiquissimis Græcis dictos fuisse, Phoenicismo noto, *Auroræ filios*, quod essent *Orientalium* regionum incolæ collati cum Græcis. Certè superior *Ægyptus*, aut *Æthiopia*, cujus Rex fuisse dicitur *Memnon*, collata Græcia ad orientem solem spectat. *Hemathionis* nomen alludit ad appellationem Syriacam Σύρην *hēmatēsh*, quomodo vocabatur *Syria* urbs, ad quam pertingebant Septentrionales fines Terræ Promissæ. *Clericus.*

986. Ιφιδημος Φαιδωνος] Alius fuit *Solis* & *Clymenes* filius, cujus fatum descripsit *Ovidius Metamorph.* Lib. II. *Clericus.*

988. Παιδίον ἀπολαθεύοντα] Puerum puerilia sapientem. Scribendum videtur ἀπολαθα, ab ἀπολαθε, ἀπολαθεν. *Guiccius.*

1012. Αγετος ιδίων Λαππον] Latinum *Hyginus Fab.* cxxvii. *Circes* & *Tellemachi* filium prodidit. *Diomysius* verò *Halicarnasseus*, ex veteri Italorum fama, narrat Lib. I. p. 34. *Herculem* suscepisse *Λαππον* *in m̄oνον* *καὶ οὐδὲν*, *Latinum ex quadam septentrionali puerula*, eamque postea nuptum dedisse *Fau*no *Aborigineum Regi*, quo factum ut plerique Latinum hujus putarint filium, non *Herculis*. Hinc *Virgilias* Lib. VII. *Eneid.* v. 45.

— *Rex arva Latinus & urbes*  
*Jam senior longa placidas in pace*  
*regebat,*  
*Hunc Fauno & Nympha genitum*  
*Laurentie Mericā*  
*Accipimus. Fauno Picus pater, if-*  
*que parentem*

Eee

Te,

*Te, Saturne, referit, tu sanguinis  
ultimus auctor.*

Sed veluti sui oblitus Lib. XII. v. 164.  
*Solem avum ejus vocat, quasi fuisset filius Circes solis filia; ad quem locum ita Servius: Latinus secundum Hesiodum in Æandrovic (imo Θεονία) Ulyssis & Circes filius fuit, quam multi Maricam dicunt; secundum quem, nunc dicit, Solis avi specimen, Nam Circe Solis est filia. Sane sciendum Virginum in varietate Historiae sua dicta variare.*

Pro Aeneor libenter legerim Adspior, propter Adriaticum pelagus. Mos enim est Veterum à priscis heroibus deducere nomina regionum, ut vel ex Latini nomi-

ne liquet, à quo volunt dictum Latium. Certè in MSS. Codd. exiguum est delictum inter Γ & Δ, si basis τὸ Δ delecta sit, aut fugiat oculos. Ceterum dicit *Hesiodas Agriū & Latinū* procul à recessibus sacrarum Insularum imperare Tyrthenis; quia in continentí imperabant accolis utriusque Maris, non in Insula *Æa*, quæ sedes fuit matris Circes, eique sacra. *Clericus.*

1015. *Naufragor & Naufragor* vocat filios Ulyssis ex Calypso Nympha, quia Ulysses *animum* habebat in *nave celere*, cum esset apud Calypsonem, hoc est, vehementer optabat habere navem quā rediret. Vide Odyss. E. v. 219. & seqq. *Clericus.*

## VARIORUM NOTÆ

## IN

## SCUTUM HERCULIS.

V. I. **H** [οῖν] Scribendum omnino videtur ἡσίν. Matutina Alcmena. *Gaietus.*

I. H [οῖν] Hæc est, ut quidem videtur, comparationis, cuius *σεβτοσις*, cum initio Poëmatis, periit. Cum ergo antecessisset τὸν μὲν, *qualis quidem* &c. crediderim sequutum *Tοῦδε*, *talis* &c. ut in hoc Homericō versu Iliad. Z. 146.

*Οἵης φύλων γῆν τοῦτο καὶ ἀρδεῖν.*  
*Qualis foliorum soboles, talis ἐπι βομι-*  
*num.* Vide & v. 9. Fortasse cum Dea quapiam conferebatur Alcmena, ut apud *Homērūm* Odyss. Z. 102. Nausicaa, ubi comparatio incipit à vocibus, οἰν μὲν. Quam hisce expressit *Virgilinus*, *Æneid.* I. 502. & seqq.

*QUALIS in Eurotæ ripis, aut per*  
*juga Cynthi*

*Exercet Diana choros &c.*

*TALIS erat Dido, talem se lata*  
*ferebat*

*Per medios &c. Clericus.*

I. H [οῖν] Quin poëma hoc, quod *Λαῶν Ἡρκάλου* nuncupatur, majoris poëmatis fragmentum sit, nulli dubitant. Aliquis videtur pars esse istius poëmatis, quod *Μιγάλου Ηοίου*, sive *Γιαννικού Καπιλόν* inscribitur, cui à crebra repetitione vocum οἰν, cuiusque scēmine Encomio præfixarum, istum titulum adnexum credunt; cumque eadem voces in hoc etiam poemate sint primæ, illud existimant *Μιγάλου Ηοίου* istam esse partem

tem in qua Alcmenæ laudes celebrantur. Conjectura sane probabilis — cui tamen objici potest, quod absurdum videatur in poëmate foeminarum laudibus dedicato Alcmenæ Encomium paucissimis versibus concludere, deinde vero Herculis res gestas, ejusque clypei straturam quadringentis carminibus celebrare; præterea quod absurdum esset & inelegans post tam longam digressionem poëmatis subjectum ex improviso resumere, & alterius foeminae Encomium vocibus non inchoare. His rationibus inductus crediderim *Aeneam* fragmentum esse poëmatis Γυναικῶν Ήρακλεῖ sive Ήραγορία nuncupati, quod inter Hesiodi poëmata ab antiquis scriptoribus recensetur, in quo cum Herculem Alcmenam natum poëta indicasset, sic forsitan progressus est,

*H. oīn φερετῆσσα δέμις καὶ πατέρα γάμον.*  
Non non, autem qualis, ut vulgo, sed non, illa sola. Hanc tamen opinionem meam nolui obtrudere, ideoque antiquum textum lectori exhibui. Rob.

5. Eidi τη μοχίδη τη] Haud aliter Xenophon in Kύρῳ παθεῖται lib. E. à corporis proceritate laudat Pantheam, foeminam elegantissimam. Διλύριον ἐνταῦθα φέρεται μὲν μοχίδη, ἔποιηται δὲ τῇ ἑρόῃ &c. Ad quem locum vide que adnotavit Clar. Hutchinsonus. Quibus adjicias & illud Theocriti de Helenā, Idyl. 18.

Ωδὴ καὶ χρυσία Ελένη μοχίδητείν εἰναι,  
Πίονα, μοχάλη, αὐτὸν ἀνέδραμεν σύμμονος ἀρέψεω,  
Η κατόπιν κατέπισθε, καὶ ἀρματα Θεαταὶ  
ιπποτοί.

Et Virgilianum illud de Diana Aen. I.

*Qualis in Eurotae ripis, aut per jagula Cynthi  
Exercet Diana choros, quam mille  
secutæ  
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pbareram  
Festum humero, gradiensque deas supereminet omnes. Rob.*

6. Τίς δὲ Σοῦ χρήσειν] Ab his versibus,

ur opinor, pulcherrimam illam Veneris descriptionem mutuatus est Virgilius Aen. I<sup>mo</sup>.

— *Avertens rosea cervice refulgit,  
Ambrosiaeque comeæ divinum vertice odorem*

*Spiravere — Rob.*

9. Η οἱ καὶ ὁς] Quamvis pulcherrima esset, maritum suum deamabat. Sarcasmus in foeminas formosas, quas suæ formæ conscientias, crebrisque blanditiis insolentes, maritos suos spernere inuituit poëta. Rob.

11. Η μόνοι πατέρι τιλόντες ἀπόκτανται] Pallitur Scholiares Apollonii, qui ad lib. I. v. 747. haec habet verba. “Η Τάρος μόνος οἱ δέ μία οἵ Εχεράδων, ἢν ἄποκτει Τιλόντες οἱ φεύγοντες οἱ Αρεβίας οἰκεῖτες ἀγροῖς λατρίκαιοι. πατέρι τε τέλοντον οἱ οἴς Αργος έπικλόντες ταῖς Τιλόντεσσι φίδες ἀπόλασσοι τῷ πατέρος Αλκμήνης. γενεράτεροι δὲ μάχες, καὶ οἱ Ηλεκτρίδων, καὶ οἱ τόποι πατέρις ἀπόριδνοι. δὲ Αλκμήνη μετιστι, οἱ ἀπόκτηντες δὲ ταῦτα γάμον τῷ πιμερισμάντες δὲ πατέρος φόρον. πιμερισμάντες δὲ Αμφισσαῖοι οἱ ηγεμονοί. οἱ ιστεία οὐρανοί παρ' Ήραδην.” Alia certe est apud Hesiodium historia. Dicit vero Apollodorus Electryonem filiam suam Amphytrioni despondisse, posteaque ab eo fortuito interficatum; itaque narratur historia in Scholiis Joannis Diaconi. Rob.

22. Οἱ μάδαις θέμις δισ] Subintellige ἐκπελέσαι. θέμις δισ fas erat, hoc est, ἀναγκαῖον. Sic Horatio nefas est adūtarior, quicquid corrigerere est nefas. Guietus.

24. Τητροὶ σακιαὶ ποιοτες] Hoc est, sub scutis caput non occultantes, intrepidi, audaces. Guietus.

24. Recte Guietus, super clypeis, non sub ut in plerisque editionibus. Τητροὶ σακιαὶ ποιοτες] Πολεμοίς οὐ μία ποιοτες Αχαιοί. οἱ κρίπτοτες δὲ δύοι, ἀλλ' ἀντίκρις μαχαίρων. Tzet. Rob.

32. Τυφάνων] Cum Typhaonii monstis in Boeotia nusquam alibi occurrat mentio, contra vero celebris fuerit Typhonus οὗτος, mons Tilphosius, sub quo erat fons

sōns *Tilphosius*, fortasse pro *Tuphōr* legendum h̄ic *Tuphōr*. Vide *Strabonem* Lib. IX, in descriptione Boeotiae. *Phicīi*, in quo fuerat *Phix*, ut loquebantur Boeotii, seu *Sphinx*, non rara mentio apud Poëtas & Mythographos. *Clericus.*

42. *Aarōsōr*] *Aarōsōs*, libenter. *Guis-*  
*sus.*

42. *Aarōsōr*] H̄ec vox etiam, apud *Homerum Odyss. E.* v. 398. quem locum imitatur h̄ic *Hesiodus*. *Clericus.*

46. *Πλευρής*] Est *ἄνωγρ*, nam aliquam noctis partem cum Alcmena consumserat Jupiter. *Clericus.*

*Ibidem.* *Πατεῖδα γῆαν*] Mycenæ, quārum Rex fuerat Electryon ejus pater. Vide *Apollodorum* Lib. II. Cap 4. quamvis per omnia non consentiat cum *Hesiodo*. Neque enim in hisce notulis historiam fabularum narrare instituimus. *Clericus.*

50. *Καστρίπητα μὲν πᾶντα*] H̄ec est *versus cultura ruentis*, nam superiora verba rem satis docent. *Clericus.*

55. *Κακεύθινον φύεται*] Hoc est, sobolem *ἀγκακεύθινην distinctam*, seu quæ facile secerni poterat. *Clericus.*

58. *Ἐν τελείωτε Απέλλων*] Quod erat in Pagaseo agro, ad Septentrionem Pelasgici sitiū. Vide v. 70. *Clericus.*

72. *Tis καὶ ἔκτινος*] Vulgo legitur *ἔκτινος*, illi, Sc. Marti. Sed M. S. Harl. legit *ἔκτινον*, quod quidem restitui ute pote accommodatius ad id quod sequitur,

*Κείνον γὰρ μετάλλου τε βίν, καὶ χείρις ἀπόλοι,*  
*Καταντίνο vero usurpatur tam cum Gen-*  
*nitivo, quam Dativo. Rob.*

80. *Ηλίπητε Αμφιτίνον*] Quasi, nempe, irati Dii ei objecerint scelerum occidendum; quo facinore admisso in exsiliū abire coactus est. Nam Deos putabant ad prava facinora interdum homines impellere, ut liquet vel ex v. 89. Quamobrem eos meritò castigavit *Plato* Lib. II. de Republica. *Clericus.*

83. *Ικέτη δ' εἰς Κρητίνην, καὶ Ηριόγρη ταῦτα.*

*metor]* Illa vocatur *Eoēdīm* Sophocl. Attig. 1194.

*Καὶ μὲν ὅρη ταῦταν Εοēdīm οὐκέ*  
*Δάμαρτα η̄ Κρέοντος — Rob.*

89. *Τι μὲν ὄπεις ἐξελεπτο Ζ. δις*] Sic & *Æschylus*, cuius h̄ec verba habet memoratus *Plato*.

— Θεὸς μὲν αὐτίας φίει βερνοῖς  
Οταρ ταχνῶντα δύμα παμπίδην Σέλην.

*Deus causam præbet mortalibus, cum*  
*prorsus perdere domum vult.* Incertus alius *Tragœdus*, in *Grotianis Excerptis* p. 461.

*Οταρ γέ Δαιμονος ἀσφῆ προσώπει ταχνά,*  
*Τὸν τοῦ ζελατῆρος φέρετον φέβεται.*

*Quoties alicui destinat clades Deus,*  
*Vim λαδίτις illam in mente, quæ de-*  
*liberat.*

Alia multa similia impiè dicta occurrent apud Poëtas, quorū Dii non multò meliores hominibus. *Clericus.*

89. *Τι μὲν ὄπεις ἐξελεπτο Ζεὺς*] Idem de *Glauco Homeru* II. ζ. quod tamen in splendidiorem alium sensum torquere frustra conatur Cl. Popius nostras. Et II. 1. de *Agamemnōne*,

*Ἐν γένος οἱ ὄπεις τίλλον ματίτα Ζεύς.*

Vide etiam exempla, quæ citavit Clericus in nota sua, ubi dicit, alia multa similia impiè dicta occurtere apud Poëtas. Ego autem nullam hisce dictis impietatem inesse existimo, cum in ipsis S. Scripturis dicatur Deus *obdurare cor, oculos occacare, & aures occludere.* Idem penè dixit Paterculus de Cæsare I. 2. c. 57. *Ineluctabilis fatorum vis, cuius cum fortunam mutare constituit consilia corruptis.* Hujusmodi phrases ab impietate vindicavit Grævius in nota sua ad *ipy. v. 15.* quam vide. *Rob.*

104. *Ταῦπος Ερροθαῖος*] Vide *Ioannem Tzetzes* ad hunc locum. Ex hoc Neptuni cognomine dicta *Tauera*, quæ, ut docet *Hesychius*, fuit ἡ οἶκος της ἀγορᾶς *Ποσειδῶνος*. *Clericus.*

104. *Ταῦπος Ερροθαῖος*] H̄yεν διὰ τὴν τυμάτων ἔχει, ὡς ταῦπει γένος μυκότητα. ή ὅπ ταῦπει

ταυροπόνος θάρη ἡ ὁν ταύρου παντεδίνη ἐν πόλει Βαιωτίας, διὰ τὸ ταύρος διάδειν αὐτῷ, καὶ μάλιστα ἐν Ογχοτῷ. Διὰ τοῦτο καὶ ταυροπόνος τὸ παταμένος Τζετζες.

*Dicitur Neptunus Taurinus, vel à sonitu flumini, qui mugunt, ut tauri; vel quoddam taurinum caput habeat; vel quoddam colatum Taurinus Neptunus in urbe Baetiae sacrificio taurorum, & praeципue Onchesti. Inde etiam vocantur flumina tauriformes. Vide Grævii notam, & Daciarii ad Horat. l. 4. od. 14.*

*Sic tauriformes volvitur Aufidus.*

Rob.

112. Διὸς πάντας] Hic πάντα pro qualibet è posteris sumitur; nam Hercules quidem filius erat, Iolaus vero nepos Amphitruonis. Clericus.

120. Αρείονα κωνοχόατο] Αρείον ἵππος, ὃν ἔλατοι ὑστεροῦ Αρείας. Ophorus.

Οὐκ εἶ καν ματόπαδες Αρείονα δίστον δλαγήτε,  
Αρείας ταχὺν ἵππον.  
Οὐτος τοῦ Αρείδεος, ὃπερ ἐγένετο ὁ Ηρακλῆς τῷ  
Αρείονα φασὶ ἵππον κεχρύδη, φόβον χειρόν οὐδὲν οὐδὲν.  
Διόπειτο τοῦ Θεοῦ οὐδὲν τούτον. Tzetzes. Vi-  
de quæ plurima de hoc equo ex Poëtis  
&c. excerpta concessit Nicolaus Lloy-  
dius in Dict. Historico Poëtico. Rub.

137. Αδάμαντος] Hoc est, ferri doris-  
simi, subintellige τὸν ιχθύαδάμαντος. Gui-  
sus.

137. Αδάμαντος] Non dubito quidem  
quoniam lapillorum pretiosissimus ἀδάμαντος sit  
dictus, quasi ἀδάμαντος, ob duritatem.  
*Nomen*, inquit Plinius, Lib. XXXVII.  
c. 4. *indomita vis Græca interpretatione*  
*acepit*. Sed & metallorum durissimum  
chalysb, hoc est, ferrum probè purgatum  
ac temperatum, eadem de causa ἀδάμαντος  
dictum est, quod sègrè dometur. Ex hoc  
genere adamantis conflata erat galea  
Herculis, & reliqua omnia, quæ cùm  
conflari possent ex metallo, adamantina  
dicuntur. Itaque delirat Diaconus, qui  
hic lapillum intelligi somniat. Sed &  
illi falluntur, qui *adamantinum* dici putant  
dumtaxat durum; cùm, ubi de la-

pillo sermo non est, conflata ex ferro,  
aut quæ cerè eo possunt conflari sola  
dicuntur *adamantina*. Clericus.

139. Χιστὸς μὲν σάκος εἴλες] Qui clypeos  
Homeric, & Hesiodi inter se comparave-  
rit, hac in parte Homerum, in illa He-  
siodium superiorem inveniet. In utroque  
poëta prælii descriptio occurrit, in qua  
quidem palmam Hesiodo dare non du-  
bitem.

Ἐτ δὲ ἦν ὑφίνη λαπθάνην αἰχμητίον

Ἐν δὲ Λέαρτος βλοσφερῶν ποδῶντος ἔπειρος ἄππι  
Χεύστων ἐν τῷ αὐτῷ ἐναρρέος ἄλιος Αρείος  
Αἰχμὴν ἐν χειρότονος ἔχων, αριστέων πελοῖσιν,  
Αἰματοφόνικον, ἀντὶ ζεύς ἴραείσαν, οὐδέ τοι διάφορος θεός  
δίσημος θεός. παρὰ δὲ Δεύτης περὶ οὐδὲν

60 το

Επειδὴ, κέρδην πέλεμον καταδίδηκεν ἀνδρῶν.  
Ἐτ δὲ Διός θυγάτηρ Αγαλείη Τριπλέγενε,  
Τῇ ἱκλα, ἀστοῖς τε μάχην ὕπειλκοντα κορίστειν,  
Εἴχετο ἔχοντος ἔχοντος τε πειράλεσσαν,  
Διηδότη τὸν ἀμφοτελέσσαν. διὸ δὲ ὅμητο φύλοπον  
αἰνίν.

Et infra.

-- Τοὶ δὲ αὖτε μάχην ἔχον, αἱ δὲ μητέρες  
Κέρες κωνάται, λευκὸς ἀρεβῶνται δόλυτας,  
Δενταποί, βλοσφερῶν περὶ μαροίοις τ', ἄπλο-  
τοί πε.  
Δῆρεις ἔχοντος πειράτων. πάσαι δὲ ἡπειροί  
Λίμνη μελανὰ πτονεῖ. ὃν δὲ φερόντος μεμφτοῖσιν  
Κειρόμονος, ἡ πτολοτα τούτων, ἀμφὶ μὲν αὐτῷ  
Βαλλ' ὄνυχας μιγάντες. &c.

In his Contentio, Metus, Fuga, Parca, Mars, Pallas, aliæque omnes imagines poëticæ, quæ terrorem excitare possint, mira arte componuntur. Non tamen exinde inferre velim, in hujusmodi descriptionibus semper plus posse Hesiodium Homero; *Quis enim Hesiodi tam fau-  
tor incepit esse?* Cum autem in præde-  
centibus Iliados libris omnimoda præ-  
liorum genera depinxisset Homerus, fa-  
cile se excusandum putavit, si eandem  
rem hic loci minus accurate tractaverit.  
Sed Hesiodus, quanto erant apud se ra-  
tiores

riores istiusmodi descriptiones, tanto si-  
bi magis elaborandum duxit, ut occasio-  
ne oblata hunc locum pro virili ornaret.

Obsidio apud Homerum in singulis  
circumstantiis accurate describitur. Se-  
nes, & mulieres muros defendantes, ju-  
venes portis erumpentes, insidiae posite,  
armamentorum interceptio, ortumque exin-  
de prælium, verissime pinguntur.

Τὸν δὲ ἵππον τέλειον ἀμφὶ σύνορον στρατὸν εἶπεν,

Τείχος λασπόδημος δίχα δὲ σφιστὸν πένθειν  
βούλει,

Ηὲ Αἰγαπαδίου, ἡ ἄνθιχα πάντα μέσονται  
Κῆποι, οὐν τοιούτοις ἵπποις θετὸς θέργιοι.

Οἱ δὲ ἄποι πενθεῖσαι, λόχοι δὲ τοῦ θεοφόρου θεοῦ.

Τείχος μὲν δὲ ἀλοχοῖς τοῖς φίλαις, καὶ γύναις τέκναι,  
Ριάτοις ἐριστήσεις, μετὰ δὲ ἀρέτης, οὐδὲ γῆρας.

Οἱ δὲ ιεροὶ δέξιοι σφιστὸν Αἴρους, καὶ Πανταλέωνας,

Αμφὶ χρυσούσια, χρυσούσια δὲ εἶματα ἔδιπτον,  
Καλά, τῷ μηχαλέῳ σὺν τεύχεσσι, οὐδὲ τοιούτοις

περι,  
Αμφὶς αργίσκων· λαοὶ δὲ ὑπολίτοις ἀργοῖ.

Οἱ δὲ οὐδὲ δὲ δὲ ιεροί, οὐδὲ σφιστὸν δέξιοι λο-  
γοῖσαι &c.

In obsidione Hesiodi pauciores quidem  
sunt imagines, illæ tamen grandiores, &  
magis magnificæ. Viri pro liberis, &  
parentibus pugnantes; fletus mulierum  
de turribus prælium spectantium; Senes  
pro portis trepidantes, & pro filiis in con-  
spicuæ suo pugnantibus vota facientes,  
sublimiter admodum, & pathetice de-  
scribuntur.

Αγρόποιοι μετεργάθησαν πολεμία πούχε ἔχοντες  
Τοὶ μὲν διὰ σφετέρης πόλιος, σφετέρων το-  
ποῖσιν

Πολὺδὲ ἀμύνοντες· τοὶ δὲ πραδέσιν μεμαῖτες.  
Πολλοὶ δὲ κέποι, πλεονεις δὲ ἐπὶ σφιστὸν ἔχον-

τες

Μάργαροι· αἱ δὲ γυναικεῖς τοῦδε μέντον δὲ πύ-  
ροι

Χάλκεοι δέδην βίσσοι, κατὰ δὲ ἐδρυπλογούσι πα-  
ρετάσι

Ζεῦσιν ἕκειναι, ἔργα κλυτῆ Ηραΐστοι.

Αγρόποι δὲ οἱ περισσοτέροις ἔοι, γῆράς τε μέμα-  
πον,

Ἄρρενοι ἔκπλασιν πολέμου ἔστε, οὐδὲ γῆρας  
Χεῖρες ἔχοι μαργάροις, αἵτινες σφιστόν τοῖς  
Δανέοις.

Imago quidem Tristitiae (ut cap. 9. ad  
öfvers animadvertis Longinus) odiosa po-  
tius est, quam terribilis, & θεοὶ ἔπεινοι τὸ  
εἴδελον, ἀλλὰ μωσέον. Sed, pace tanti viri  
dixerim, non ideo reprehensione dignus  
est Hesiodus. Describendæ sunt res, ut  
sunt. Odiosam depinxit Tristitiam, & o-  
diosa est, & nequaquam ad incutiendum  
terrorem accomodata.

Ut vero prælia, & objecta terribilia  
in Hesiodi Scuto melius depinguntur; sic  
Ruris descriptio apud Homerum sub his-  
ce quinque imaginibus comprehensa  
viz. arationis, metris, vendemis, armenti,  
pecoris, longe elegantior est, & accuratior  
quam apud Hesiodum. Nec adeo  
mirandum est, hoc ita evenisse. Poëta  
enim rusticus, qui antea hanc rem ex  
destinato tractaverat, descriptionem ru-  
ris obiter illatam exornare noluit. Sed  
Poëta ille πολιορκός, ruris prospectu quasi  
fortitudine oblato, majorem ei depingendæ  
operam dat. Simplices nempe sunt, &  
inornatae Hesiodi descriptiones. Home-  
ricæ selectis pulcherrimis circumstantiis  
variantur.

Aratoribus, eum terminum jam agri  
attigissent, vinum ministratur.

Οἱ δὲ ὄποτε σφέλαρτες ικοίστοι τέλοντο ἀρέπεις

Τοῖσι δὲ ἐπειτὴ δὲ χεροὶ δὲ πατεῖσι μελικοὶ

οῖσι

Δέσμοις ἀντὶ δημοσίου.

Messiores ipse dominus gaudens intue-  
tur, iisque servi sub arbore prandium  
parant.

— Βασιλεὺς δὲ τοῖσι σιτάρῃ  
Σκηπτοῖσιν ἔχων ἴστηκει διὰ σύμμαχον  
κύρ.

Κέρυκες δὲ ἀπαρδεῖσιν τοῦδε σφιστὸν διῆτα πί-  
νονται. &c.

Vindemiatoribus citharoedus interludens  
operam levat.

Τοῖσι δὲ μέσοντοι πάντες φέμισσι λιγέσι  
Ιμψέσιν καθάριζε· λίνον δὲ τοῦτο καλὸν ἀπέδει-  
λεπτα.

Λεπταλέη φονῆ· τὸν γέ εὔωρτος ὁμαρτῆ  
Μαλπῆ τ' ἴνυμαι τε, ποσὶ σκάλερτος ἔπιντο.  
Utriusque clypei ambitus Oceanum con-  
tinet, qui nullo vel verborum, vel rerum  
ornatu ab Homero describitur

Ἐτ δὲ οὐτεμόιο μήτε θέσει θεατοῦ

Αἴτων πάρε πυράπονον αύτος πόλει πεινεῖνος.

Sed summa ab Hesiodo elegantia, pul-  
cherrimisque imaginibus decoratur,

Λαφεὶ δὲ τὸν γέ εὔωρον οἰκεῖον πλάνητον ἔπικεν·

Πλάνη δὲ συνείχει σώκος πολυδιάδελφος· εἰ δὲ  
κατ' αὐτὸν

Κύριοι ἀγριστοὶ μεράλη ἔπινον· οἱ δὲ πολ-  
λοι

Νύχεροι τε ἄρρον ὑπερ· περὶ δὲ ἐρχόντες οὐκο-  
νάντος &c.

Ut jam de utroque clypeo judicium  
meum interponam, Homericum certe  
praestantiorē censō, Hesiodum vero  
proximum non longo intervallo. Ideo-  
que recentiores illi Critici iniqui Home-  
ri fautores habendi sunt, qui utrique  
clypeo Sannazarii versum applicuerant,

Illum hominem dicas, hunc posui-  
se Deum. Rob.

148. Δεῖν τεις πάντων] Non modò  
intoleranda est licentia Poëtæ, quod mul-  
tò plura poneret in clypeo, quām pote-  
rant contineri; sed quod eum impletet  
ἀπομέτρος, qualia multa postea occurrent.  
Scio nonnullos propterea abjudicasse  
hoc Poëma *Hesiodo*; sed iidem deleant  
etiam oportet quod habet *Homerus* de  
anciliis anteis Vulcani, suspectamque  
habeant descriptionem clypei Achillis,  
quæ est *Illiados* Σ. Atqui veteres illi Poë-  
ta nullam verisimilitudinis rationem ha-  
bebant, ubi sermo erat de operibus Deo-  
rum. Quamobrem non semel *Hesiodus*  
monet hæc fuisse εὐτηνὴ ἡγεμονος Ηε-  
σιον, ut fictionum audaciam minuat. Cle-  
ricus.

148. Δεῖν τεις πάντων] In Clerici no-  
ta ad hunc versum duas reperiet ob-  
jectiones Lector. 1. Quod plures imagi-  
nes in clypeum congregaverit Poëta, quam  
poterant in eo contineri. 2. Quod eum

impleverit τοῖς αὐτομάτοις, rebus sese ultro  
moventibus.

Priorem objectionem diluerunt Boivi-  
nius in dissertatione sua de clypeo Ho-  
merica, & Cl. Popius in notis suis, qui  
clypeum in partes dividentes, suum cui-  
que imagini locum facile assignarunt.  
Ad 2<sup>dam</sup> respondeo, Quod τὰ αὐτόματα  
nequaquam in clypeo coelentur.

Δοτὴ Ερης πεινεῖν, i. e. coelata erat  
imago Contentionis volitantis. Semper  
intelligenda sunt ἄρει, ἄναξ, &c. quæ  
in aliis locis exprimuntur.

Καὶ τὰ συνείχειν, ὅσοι ζεῦσιν ἔπειτε. 189.

Αἴματα πορειῶν, ὅσοι ζεῦς ἐραπίζειν. 194.

Τῷ ικέλῳ, ὅσοι τε μάλιστα ὀθίλησα κορίνθεν.

198.

Δολέρεις τῷ γῇ τῷ ἐδώλοις ἐχθράστες,

Νηχορύμοις ἵκελοι.

Sic etiam Virgilius, subacti judicii Poë-  
ta, in descriptione clypei Αἴνεα, nota  
loquendi figura, imagines quasi vivas,  
& actiones quas veras describit.

Et circum argento clari delphines in  
orbem

Ἄρουραν τερρεβant caudis, æstumque  
fecabant.

Et iterum.

Atque bis auratis volitans argenteus  
anser

Porticibus, Gallos in litaine adesse  
canebat.

Quis sanus suspicetur anseres in clypeo  
revera volitantes, vel Delphines natantes  
Virgilium introduxitse. In his omnibus  
intelligas, *quasi*, *similis*, *videbatur*, &c.  
ut idem postea Poëta.

Ipsa *videbatur* ventis regina vocatis

Vela dare. Αἴν. l. 8. Rob.

153. Στίποι] Quamvis *Ibycus*, si *He-  
sychio* credimus, omnia astra στίπα voca-  
verit; ceteri tamen omnes Poëtæ aut  
Solem, aut Caniculam eo nomine appellarunt.  
Quæ astra cùm omnium, inter  
errantes, inerrantesque stellas, potissima  
haberentur, credibile est dicta στίπα qua-  
si *principes*, nam τῷ σεβαρὶ Phœnicia  
Lin.

Linguā princeps dicitur. Sol certè dicebatur *præesse*, vel *dominari diei*. Vide Gen. I, 16. & quæ ad eum locum notavimus. *Clericus.*

156. Εἰ δὲ οὐκούνης ἡδωνήτος] Hic versus, & tres sequentes in Homeri etiam Scuto occurunt, nisi quod apud Homerum legitur ὄμιλος; quod verbum cum minus violentiæ in concurrendo exprimat, minus videtur accommodatum personis introductis quam nō ἡδωνήτος. Barnesius vero, nescio quamobrem, nisi ob τὴν αἰλοφονίαν, præfert nō ὄμιλος. *Rob.*

170. Οὐδὲν τὸ τῶν] Aliae Editiones habent τῶν, sed ex MS. Harl. restitui τῶν, quod melius videtur — τῶν οὐδὲν. *Rob.*

181. Μόψος τὸν Λαπύκιδην, Τιταρέτοιο] Existimasse videtur Grævius Τιταρέτοιο fuisse nomen proprium Lapithæ, distinctum. Errat certe vir Doctiss. Est enim nomen gentilium, Mopsique attributum à patria sua. Hoc satis confirmat Diaconus, quem non bene hic loci reprehendit Grævius.

Τὸν Μόψον δὲ ψὸν εἰον Λαπύκος τὸν Τιταρέτοιο οὐ τιταρέτοιο τόπον. De eodem Tzetzes in Scholiis ad Lycoph. O Μόψος εἴσεστις τῷ Αργοναυτῶν δὲ ψὸς Λαπύκης, καὶ Χλαιέδος τῷ Οπαρθίῳ. οὐ δὲ Λαπύκος ψὸς Τίταρεών, ἀλλὰ καὶ τούτους. Ipse etiam Lycophron ad v. 881 &c. ejusdem Mopsi mentionem facit —

Μόψος Τιταρέτοιο ἐντὸν ταῦτα  
Θαύβια ταρχύσαστο, πυρεῖαν δὲ ὑπὲρ  
Κρητίδ' ἀντικλανεῖσαν, Αργάνθον δέρεις  
Κλαδὸν πίτουρον, γερτάσαν καμῆλον  
Αύστηδα, Κινύρειον δὲ τίγγανον ἔδος  
Ναομοῖς λιπάνει.

Sic etiam Ammianus lib. 14. Et Mopſi, vatis illius domicilium Mopſi, quem à commilitio Argonautarum cum aureo vellere direpto, & errore abstractum deſtatum ad Africæ littus mors repentina consumpsit; & ex eo cespite Punico teſſi Manes ejus Heroici dolorum varietati medentur plerumque hospitales. *Rob.*

184. Κέρτωνει] Narrant Poëtæ hos fuisse Ixionis filios, ex Nephele, hoc est ut putant, *nube*, quam pro Junone amplexus est, & compressit. Hæc verò nos de hac fabula, deque nomine Centaurorum conjiciebamus. Ixion, antiquissimus tractus Thessalizæ Regulus, videtur Jovis totius Thessalizæ & Græcizæ Regis conviva fuisse, deinde in carcerem missus; qua de causa, dictus est εἰς τὸν destrus. Duxerat ille uxorem mulierem Νεφιλίνην *Nephilith*, hoc est, stirpe *Nephilæorum*, vel τῶν *Nephilim*; quo nomine Phœnices vocabant equites latrocinia exercentes, à verbo Νεφιλίνην *nephelai*, irruit. Vide notata à nobis ad Gen. VI, 4. At Græci posteriores ex Lingua sua, quæ ab antiqua, lapsu temporis migrationibusque gentium, immensum quantum mutata erat, interpretati sunt νεφέλην *nubem*. Ex hoc connubio nati dicuntur *Centauri*, seu Κοντρίρια *cōnoterim*, hoc est, *quasi observantes*, vel *insidiantes*; qui crediti sunt semihomines & semiequi propter diurnam equitationem, quæ circumcursabant vicina omnia, & subitis incursionibus infesta habebant. *Clericus.*

185. Ασελον] In miscellaneis Auditorum emendationibus, quæ singulis membris edebantur, hanc observationem legimus. “Ασελος auditor ad nomen Centauri in Fornace, Poëmate proculdu-“bio recenti, alludit.”

Αμψί μέγας Περγαῖος id' Ασελος οἰωνιστήν. In Fornace. — Συμάρτυρτε, η Ασελον. Ex qua, inter alias rationes concludit Vir Cl. τὸν Ασελονē esse recentem, nec genuinum Hesiodi opus. Sed hoc nequam pater. Quo enim probatur argumento Scutum Herculis ad Fornacem allusisse?

De Scuti quidem antiquitate ambigitur; sed Fornacem recentem esse constat. Verisimile igitur est, siqua hic loci sit allusio, Fornacem ad Scutum, non Scutum ad Fornacem allusisse. Miror vero quamobrem Vir Cl. in antiquis codicibus

dicibus versatissimus, affirmaverit, τὸν Αστερὸν in Fornace legi. In vetustissimis, omnibusque aliis, quos vidi, libris legitur Αστέρος, quem quidem Barnesius, nulla, quam scio, auctoritate fatus, in Αστερὸν commutavit.

Αστερός antiquissimum est Centauri nomen. In Epigrammate veteri à Philostrato in Heroic. citato ab Hercule crucifigi dicitur.

Αστερός εἴτε θεῶν σφουμάνεις ἔπει, εἴτε ἀνθρώπων,

Τρικόμαιο χριμαστὸς ἀπὸ αἰλιπτὸς κατὰ πού-

χηρῶν  
Σύγκηνος μόχα δεῖππον ἀμαρτοῦσσος κοράκεων.  
Eundem, ut credere par est, inter Scriptores Ante-Homericos numerant Veteres. (Vid. Fabric. Bib. Græc.) Ideoque nequaquam probari potest τὸν Αστέρα recentem esse ex eo quod in isto poëmate hoc nomen occurrat. Rob.

203. Αγυντὶ Ολυμπίος] Hoc est fracto cytharae sonitu resonabat. Vide viri doctissimi Lectiones Hesiodeas. Clericus.

204. Πιελ οὐδὲν ἀντιεργός] Si qui faverent Codices, multò mallem legere ὄχλον, hoc sensu: *Erat in cœlo cætus, & circumquaque stabant turba immensa Immortalium instar corona;* audientiam, nempe, certamen musicum Apollinis & Musarum. Οὐδὲν quid sit hoc in loco, & quid ad rem faciat, neminem puto intelligere; ego certè non intelligo. At in ἄγορᾳ vel concione Deorum ὄχλος sit necesse est, propter innumerabilem Deorum turbam. Clericus.

204. Οὐδὲν] Notat Clericus "siqui faverent Codices multo mallem legere ὄχλον &c." Ego vero, etiam si faverent Codices, vix admirerem ὄχλον, qui saepissime malo sensu usurpatur, & significat multitudinem tumultuosaem, ideoque non bene exprimit coetum Deorum. Quid verò οὐδὲν ad rem faciat paucis accipe. Non semper significat hæc vox & μῆνη, sed nonnunquam, sensu metaphorico, & τιθημονια, (vid. Phav-

rin.) ut *beatus* à Latinis ponitur pro diuite. Quare igitur non legamus? *immensa autem beatitudo circumfusa erat.* Quid melius convenit coetui deorum, quam infinita felicitas? Illum tamen sensum præfero, qui maxime communis est hujus vocis, *divitiae, pompa, splendor.* Erat, inquit poëta, coetus immortalium, *circumfusus autem erat immensus splendor.* In simili apud Homerum descriptione eodem sensu usurpatur χρόνος quo hic loci ἄνεσ. Il. δ. v. I.

Οἱ δὲ οὐδὲν οὐδὲν τινὶ καθάριοι ἡγεόμενοι  
• Χρυσόν οὐ διατίθε, μετὰ δὲ ορίοις πετεινοῖς  
Hc &c.

Ad quem locum Scholiares — Λυτὴ εὖ, διὰ τῆς καρχηδονίδος, ηὔ καλλή πότης. Ιστορία δὲ, ὅπερ ἐξ σεριῶν λέγεται βέλος, πότε πολύζελλον φυτόν ὅπερ δὲ, καλλίς, χρυσόν λέγει ἡρακλῆς. Rob.

211. Αραφοτέντι] Hoc est, *respirantes*; qua de causa, Delphini ad summam aquam emergunt, caputque è mari proférunt. Plinius Lib. IX. c. 8. Cum fasciæ conciti fugientem in vada ima persequuti pisces diutius spiritum continuere, ut arcu emitti ad respirandum emicant; raptaque præda in aere vescuntur. Quales duo describuntur hic ab Hesiodo. Clericus.

218. Επειδὴν ἀστεροῦ] Quæ nota-  
ta sunt ad v. 148 huc etiam referenda  
sunt. Ut imago Persei nullibi nitetur  
fieri non potest; sed profecto tanta arte-coelata fuit, ut nullibi nisi videretur.  
Sic recte Diaconus. Οὐτοις δὲ τεχνίτες  
αὐτῷ κατεπεινοῦν, ὅτι οὐκέτι μὴ ἴστανται πο-  
τοί. Rob.

221. Αρρ.] Alias dicitur ἄριν ἀδαμαντίνη, *cathartēus gladius.* Quæ vox est à Phoenicia נְרֵבָה harbo, aut נְגַרְבָּה bbarbo, quæ gladium sonat. Vide hanc fabulam, apud Apollodorum Lib. II. c. 4. Clericus.

222. Οὐ τε τινὶ ιποτάτῳ] Deos cogitationis celeritatem motu æquare non raro dicunt Poëtae, quæ celeritate major nulla

nulla esse potest. Hymni in Apollinem v. 186. ita describitur ejus Numinis ad cœlum iter :

Ἐρδίν οὐκέτε Ολυμπον, καὶ χθονὸς, οὐτε γῆς,

Εἴσι Δίδεις αὐτοῖς ἀνάμε.

*Hinc ad Olympum, à terra, instar cogitationis, it ad Jovis domum.* At de autem idem dici nequit, sine ipsa illa licentia, quæ statuas per se mobiles hīc nobis peperit; hoc est, sine spe quam conceperat Poëta admirationi fore quidquid elegantibus versiculis exprimeretur, quæ sanè inanis non fuit. *Clericus.*

Scholiaastes ad locum exponit Μελίνον, ἀθροιστὸν μελίας ξύλου γενομένοις. Sic in Nostro, Τῦ, ἐκ μελιᾶς δεινός, & τοῦ, ἀλλοῦ τοῦ μελιῶν, vel τοῦ μελίας δεινός, eadem esse significationem existimo. Utraque præpositio ἡ, & ἀλλοῦ, ab optimis tum poëtis, tum prosaicis scriptoribus indiscriminatim usurpatur. Sic Thucydides, Ex ἦλι ὅπλων pro ἀλλοῦ τοῦ μελιῶν, *vi armorum*. Obiter notari potest in hujuscce conjecturæ confirmationem, Ovidium, qui in quatuor ætatum descriptione ad Hesiodum respexit, æneum saeculum per armorum studium ab aliis distinguere,

*Tertia post illas succedit ænea pro-  
les,*

*Sævior ingeniis, &c ad horrida prompti-  
tior arma. Theobaldus.*

150. Τοῖς δὲ τῷ χαλκῷ μὲν τούτῳ] A metallo de quo arma siebant nomen suum traxit hæc ætas; ad quod illustrandum, hunc Herodoti locum adhibere non piget lib. 2. Πέμψαντο οἱ Εἰς τὸ Χειστί-  
ειον, ἵλετε χρυσὸς, ὃς τοῖς ἔπειται Σαρδαῖοις χαλκίοις ἀνδρῶν διηφανέστεν. καὶ τῷ μὲν ἀπό-  
τιν μετάλλῳ ἀποκέκυπτο χαλκίος οἱ ἀνδρες ἔπειται  
διηκέρευσ. χείροι δὲ εἰς πιλῆς διελθόντος, ἀναγ-  
κεῖν κατέλαβε Ιωνίς τε καὶ Κάρας ἀνδρας κατὰ  
ληίνην ἐκπλάσσεταις, ἀποτελθεῖσαι εἰς Αἴγυπτον.  
ἐκδύσταις δὲ εἰς γλυῖς, καὶ ὀπλιδέντες χαλκῷ, ἀγ-

γέλλει οὕτω τοις Αἴγυπτοις εἰς τὴν Ἐλαστικόρομον, τῷ φαμματίχῳ, (ὃς ἐκ τοῦ περιττοῦ χαλκοῦ ἀνδρες ὀπλιδέντες) ὃς χάλκεοι ἀνδρες ἀπογείρονται οὐδὲ θαλάσσης λιμναπλῆσι τὸ πεδίον. οὐδὲ μαδαίον χριστίειον διητελεύμνον &c. Rob.

151. Μέλες δὲ ἐκ τοις σίδηος] Si constarent sibi figura Poëtica, hanc progeniem occidisse oporteret, ante tempora Prometheus; qui ferri cudendi artem inventisse à Poëtis, magnō consensu dicitur. Verum non tantopere exulta erat ars mentiendi, iis temporibus, ut mendacii partes consentire necesse esset. Clericus.

151. Μέλες δὲ ἐκ τοις σίδηος] Existimant nonnulli, ferrum quamvis rarum etiam in æneo saeculo inventum fuisse; ideoque ne fides Hesiodo derogetur, legunt Mήλας δὲ ἐκ τοις σίδηος, sed qua auctoritate, vel sermonis proprietate, nescio. Verisimile est ferrum æneis hominibus incognitum fuisse, cum Trojanis temporibus adeo rarum fuisse & pretiosum accepimus, ut vel arma ex ære fierent, ut ex innumeris apud Homerum locis patet.

Ferro vinum emerunt Achivi Η.Η.442.

Ἐνθέντε δέ τοις σίδηος χαρκομάντες Αχαιοι  
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δὲ αἰθανοι σίδηος.

In illis quidem locis quibus captivi ferrum pretium redemptionis pollicentur, dici potest, ferrum illud ob artem solummodo qua erat elaboratum pretiosum fuisse — χρυσός τε, πολυκυκλούς τοι σίδηος. Il. Z. 46. Sed in Il. I. 366. ubi opes suas enumerat Achilles, ferrum etiamsi non artificiose elaboratum, pretiosum fuisse innuit Poëta,

Ἐνθέντε χρυσός, καὶ χαλκὸν ἐρυθρόν,  
Ηλίον γυναικας τοισίδες, πολέμοι τοι σίδηος  
Ἄξεμα —

Hoc verò evidentissime patet Il.Ψ. 827. ubi Achilles discum ferreum etiam à fornace rudem in isto certamine victori insigne præmium proponit, Λύταρη Πιλόντης Σικελος σόλοις αὐτοχθόνοις &c. Ad vocem αὐτοχθόνοις Scholiaastes; Ex χοιρίνοις ὥλης σικη-

χαρακούμενος αὐτοχόος τοι. οἷον μη ἔχοντα ταπεινὸν περπάνη, εἴτ' ἐν πολυπάνη, ἀλλ' ἐν μόνης χαρέσιας ἀνθελπίσιντα. *Rob.*

152. Καὶ τοὶ μὲν χειρίσαντι] Non intellexerunt Græci interpretes & cum iis Latinis Αἴγαλος quas Poëta ponit inter λέξεις diversarum æstatum. Quas sine λέξει interiisse dicit, eas ait vel Δαμίλων, vel Σατύρης καλέσθειται. Quas autem significare vult λέξιν constituisse ex se, nec interiisse funditus; ait οὐδὲ γῆς καλύψας: quod primæ & secundæ ætati contigit. Tertia ætas contraria, de quibus: Καὶ τοὶ μὲν χειρίσαντι οὐδὲ σφιτέρησι διαδέηται Βασιλεὺς ἐν οὐρανοῖς τὸν κριτήν Αἴδην Νότον μοι. Tales Αἴγαλοι Homero familiares sunt. Sic Iliad. Γ. Οππότεροι τάδε ἔργα μετ' ἀμφοτέρουσιν ἔδικοι, Τὸς δὲς διαρθίμνον διώσιν δόμον Αἴδης εἶσαν. Ubi manifesta fit διασολὴ, non placet tamen frigida illa Grammaticorum. Eustath. τὸ δὲ διαρθίμνον διέτιν εἰς ἄδυτον, τοῦτος διασολὴν οὐρανοῖς οὐδὲ δίζει ποδοῦς μαθηδούμνων διῶσι εἰς ἄδυτον, ὅπους ὁ Πειρίθεος, καὶ ὁ Ενορεός, καὶ ὁ Οδυσσεός, καὶ ὁ Ηρακλῆς. Sicut igitur ibi Homerus διαρθίμνον διῶσι εἰς ἄδυτον dixit, τοῦτος διασολὴν. ita Hesiodus homines ætatis tertiae, διῶσι εἰς ἄδυτον, sed διαμεινάντες οὐδὲ σφιτέρησι χερός: secundūdē rariopuras. . Observatio illa etiam magis necessaria est in Heroum ætate, quam duplēcēt facit: eorum qui Thebanum bellum gesserunt, & qui Trojanum. Priorēs interiisse dicit sine λέξει, sicut tertiam: posteriores partim interiisse, partim λέξιν habuisse, idque in μακρόστενοι νοοῖσι. Divisio quam male percepērunt interpretes, ibi est:

Ἐνθὲ δέ τοι μὲν διατάσσεται τοῖς ἀμφοτέροις,  
Τοῖς δὲ διχάδρομοις.

Illud enim τοι μὲν & τοῖς δέ eos distinguit qui funditus interierunt, ab iis qui translati in beatorum insulam fuerunt. Qualis apud Homerum Menelaus est, cui prædictit Proteus:

Σοὶ δέ εἰς θεοπάτοντας διοργίσθε, ὃ Μενέλαος,  
Αγράδεις οὐ πολλότερος δαίσας, καὶ πότμον ἐπιστοῖν,  
Αλλά σ' οἱ Ηλύσιοι πολίοι, καὶ πειραταὶ γάιοις  
Αθάνατοι πάντας —————

Hoc Hesiodi loco decepti fuerunt ii, quos magistri notant insulas beatorum Thebis constituisse. Thebanos Hesiodus sine λέξει, suo scelere, interiisse dicit, nec λέξιν constituisse. Trojanos partim interiisse, partim λέξιν constituisse cognominem, id est, Heroicam; quibus opponuntur οἱ rariopuras θήσοντες. Ex iis maximè excipiebantur illi qui in undis pereirant, quorum præcipuus fuit Ajax, cui ne locum quidem in sua νεκύαις concessit Homerus, quod funditus interiisse existimaretur. Quod & Synesius notavit: Εμὲ δὲ εἰ τοῖς θεοῖσι, δημητρίῳ τοι δεὸς ὁ γριοτρίας περισσεύει, τὸ Ομηρεύον ἐδραπεῖται ἐκεῖνο, μὰ ἄρτα ἀλιτές εἴη, τὸ καθ' ὑπατος δάκτατον, ἀλιθρόν τοι ποτὲ τὸ φύγει. λέγει γάρ δέιν ὅπι τῷ ιππον, Αἴδης δὲ ἐξαπόλαλει ἐπεὶ πάντας ἀλμυράνεις, τὸ διαλέπιθη δάκτατον ἀκείσαταις ἀπέλασε τοι ποτέ μοις. οὐδέτερα γεννάδιοι ἐξαπόλαλεν φοιτούσι, οὐδὲ διατελεῖσθαι, ταῦτα ἄρτα καὶ εἰναῖς νεκύαις ὁ μηρὸς Αἴδης ὑπατος τὸ δράματος εἰσαγένεται, οὐδὲ τὸ φύγει εἰς τοὺς ἄδυτούς. *Heinsius.*

158. Δικαιοπίειν] Si ætas illa melior fuit antecedente, sceleratissimam profectō fuisse priorem oportuit: quae enim sclera de hac non narrantur? Quād consclerata fuit Oedipi familia? Quād mali homines, Troicis temporibus? Veturum *Homerus* usque ad eum laudarat eos, qui ad Trojam bellum gesserant, tamque caros Diis descriperat, quamquam meros latrones, si rem intropiciamus; ut *Hesiodus* deteriores eos superioribus dicere ausus non fuerit. Sic temeraria priorum æstatum laudes ad posteros transmittuntur, & quos vituperaremus, si de iis sine præjudicio judicaremus, ad cœlum tollimus, quia sunt olim à Majoribus nostris, præ imperitia, laudati. *Cleonicus.*

158. Δικαιοπίειν] Haud sanè mortaliū optimi οἱ Επέδη fuerunt, si Homericū audire fas est. Ille enim Il. Δ. v. 409. Sthenelum Capanei filium ita loquenter inducit,

H h h

*Kairos*

*Koῖτες δὲ οὐρανίοις ἀπαδυλίσου ὄλογτο.*

*Rob.*

162. Τές μὲν τῷ ἐπανύπακρῳ] Intelligit non tantum τὰς ἐπτά δὴ Θήσεως dictos, sed etiam eos qui Εὐρύων dicebantur, id est, τὰς ἐπτά τὸ δὴ Θήσεως filios. Utrique Thebas adorti sunt. Diodorus Siculus libro III. Οἱ δὲ τότε πεντε Εὐρύωνοι ὄντας δίτες, τὸ πατέρων διάτατον ἐπέχοντες, εἴρηται σπαρδεῖν τοινῦ δὴ τὰς Θήσεας. Aeschylus quoque non tantum Επτά δὴ Θήσεως tragœdiām, sed etiam Εὐρύων scriptis. Ex ea interpretes Pindari versus οἰδεὶ χράσαν adferunt:

Λοισται Δίὸς μὲν περφότειν ὥραις γέμε  
Ηρας τε, τῶν τε δευτέρων χρᾶσιν τέμενος.  
Τείτην Δίὸς σωτῆρος τύπταντας λέσα.

qui corruptissimè ibi scribuntur. Et Androgonus ab Athenaeo narratur τύμπανον τὰς Εὐρύωνας. *Heinsius.*

163. Μίλων ἔριξ Οἰδίποδα] Tametsi recte Interpretes Graeci observarunt μῆλα hīc dici metonymicē omnis generis divitias; tamen vertendum non censuimus opes, pro oībus, in translatione verbis usque adēd adstricta; cum nihil vetet oīes nos in ea interpretari, ut μῆλα in Græcis Hesiodi verbis. Hebrei מִקְנֶה promiscuè vocant divitias & pecudes; quia, ut omnibus notum, divitiae antiquissimis temporibus in pecudib⁹ præsertim erant sitæ. *Clericus.*

167. Ήστα] Lucretius quietes vocat. *Scaliger.*

171. Εὐ μαργαρούς rhoioi] Etiam si Homerus insulas non memoravit, attamen plerique eum auctorem hujus fabulæ fuisse volunt; inter quos Strabo, qui Lib. I. à Poëta Elysium campum dictas beatorum insulas fuisse contendit. Profert p. 2. celebrem locum ex Odyss. Δ. ubi describuntur campi Elysi. Quibus subjungit: καὶ αἱ τῷ μαργαρῷ τῷ rhoio τῷ μαργαρίνῳ τοῖς τῷ ἐγάρτη τοῖς διοῖς: beatorum verò insulae sunt εἰς regione ultimæ Mauritaniae ad occasum. Attamen Elysios campos querit etiam in continente Hi-

spania, addit enim: οὐδὲ μέρες ουαρέχει τὸ δὲ Ιενεῖας τὸ ταῦτη πέρας: eodemque Hispaniae occidui fines pertinent. Verum hoc posterius copiosius prosequitur Lib. III. p. 103. & seq. ubi docet Poëtam, cūm sciret multas expeditiones in extremam usque Hispaniam suscepatas fuisse, & de fertilitate earum orarum à Phœnicibus aliquid rescivisset, ibi piorum sedes sitas & Elysium campum finxisse. Adsentitur ei Enstatbius, ad memoratum Homeri locum, cuius imitatem Hesiodum hīc esse leberide cæcior videbit. Ita etiam senserat Plutarchus, quem vide non procul ab initio vitæ Sertorii. *Hac ex schedis paternis.* Ceterum quod habet Strabo de Phœnicibus qui fertilitatem Baeticæ Homero descriperant, viam ostendit Sam. Bocharto inveniendæ rationis, cur campi illi Elysi dicti sint. In lingua, nimirum, Ḳhœnicio, עַלְיָזִים balizim dicuntur gaudentes. Eum adi Chanaanis Lib. I. c. 34. Non equidem crediderim Homerum finxisse esse aliquam beatitudinem post hanc vitam, de qua nemo antè, apud Græcos, quidquam dixisset; sed cūm dudum recepta hæc esset opinio, nec constaret quo rerum naturæ loco collocandi essent beati animi, ex ingenio sedes felicitatis illius in ultima Hispania, aut in Insulis Fortunatis, posuisse. *Clericus.*

171. Παρ' οὐκανὸν βαθυδίνῳ] Veteres Critici, totum hoc, παρ' οὐκανὸν, interpretati primò omnium videntur ī τῷ ἀέρει: postea vocem οὐκανὸν ita sumserunt, quasi quæ per se τῷ ἀέρᾳ designaret. Hesych. οὐκανὸς ἀέρ, θάλασσα. Item, οὐκανὸς πόσιον, τῷ ἀέρᾳ τῷ αἱ φυχαὶ τῷ πλευτόντων θαλασσῶν. Postremò alia. Atque hinc Heroas suos, qui παρ' οὐκανὸν constituantur, Αέρις in latis campis constituit Maro. At Græci interpretes magno se ἀτοπικαν traduxerunt, cūm, παρ' οὐκανὸν, verterunt, καὶ τῷ οὐκανὸν, quod & reliqui secuti sunt. Melius multò & prudentius Silius, Ultra Oceanum reddidit lib. XIII.

*Vc-*

*Vc: uns ultra Oceanum sacro conser-  
mina fonti,  
Letbaos latices & sacra oblivia po-  
tat.*

Quod Græcè esset πίπα η Ωκεανός. Ceterum cur ibi Heroas constitutat Hesiodus, ratio hæc est. Oceanum veteres causam aliquam statuebant & adīmū διάί-  
της, quæ justissima & facillima, καὶ μᾶ-  
διγούσιν, è terra petebatur prius: postea cùm Oceanum πέρι τῆς tentarent, actum de justitia fuit. Atque hæc cau-  
sa vera est, cur Hesiodus vitam illam, quam Homerus βίον γίνεσθαι vocat, ultra Oceanum esse voluerit, quod nihil plus commercii cum Oceano & ejus præside Fortuna haberet. Hinc Pindarus, in multis Homeri & Hesiodi interpres, ele-  
ganter, ubi σει μαρέσθαι & eorum νίκαν agit, negat illis πόντον υδρας σει διατασσεῖν. Quem locum in hanc sententiam & Theon adducit. Verba ejus sunt ad il-  
lum Arati, ubi Astræa describitur, & de saeculis agitur: Λύτος δ' ἔνων. χαλεπή δ' ἀπίκαιο τά δέλλαστα. ἵνεσθη τὰ δημόσια ἄγοντες τε καὶ ἄγονται. καὶ Πίνδαρος. Οὐδὲ πόντον υδρας κερνού-  
σθαι διατασσεῖν. Ubi legendum καταστησθείσται δια-  
tar ex ipso Pindaro. Opponit καταστησθείσται δια-  
tar Oceanis, τῷ πάντῃ βιοτῷ. Quamvis no-  
bis ipse Arati locus quoque usui esse po-  
test, ubi hunc βίον γίνεσθαι describens Oceanum ab illis sejungit: Λύτος δ' ἔκανον. χα-  
λεπή δ' ἀπίκαιο τά δέλλαστα. Καὶ βίον τῶν τῆς Στέπρας ἱέντων, Ανδρας βίος καὶ ἀρχητης. Si-  
cūt ante δημόσια & δημόσιηποτε, Oceanus ignotus erat, aut semotus: ita Her-  
roum καὶ σει μαρέσθαι animæ ultra Ocea-  
num constituuntur, quod extra δημόσια  
sint, quæ qui carent τάσσα ζεῦν dicuntur.  
Veteres enim, teste Synesio, qui hunc Arati locum τῷ Πινδαρίῳ eleganter interpretatus est, justitiæ locum esse exi-  
stimabant απειδέσθαις χωρίας, ταυταῖς δὲ λατινizantibus. Hesiodus in hoc libro  
(nam in eo laboramus ut auctorem, præ-  
cipueque mentem hujus libri interpre-  
temur) injustitiæ poenam constituit πί-

πειανὸν, tamquam necessarium, à quo etiam justos separat: quibus hoc præ-  
mium proponit, futurum, ut ne Oceano quidem opus habeant. Θάλασση δ' ἀγαθοῦ-  
σι θεούπολις, τῷ δὲ τῷ Νέονοττῳ, καρπὸν τὸ  
άρπαγον ζεύδεις ἄρπα. Ipse Poëta cur He-  
roas suos πέρι Ωκεανὸν constitutat, causam satis ostendit, cùm addit, πόντον μελινδικὸν  
καρπὸν Τελοῦ τῷ ἔτει δέλλαστα φέρει ζεύδεις  
ἄρπα. Terræ enim fructum, quem γίνεσθαι  
βίον vocant, Oceano opponit; sicut Hor-  
atius περατας ερπαλις, ut alibi ostendimus, mari & mercaturæ. Poterat præ-  
terea epithetum βαθυδικους grammaticos in officio continere, & eorum deprecari ambitionem, ne multa de voce Oceani dicerent, quæ nihil præster ostentationem nobis eorum detegunt, ut cùm de Horizonte & aliis. At Homerus, ex quo tam multa nugati sunt, simplicissimè lo-  
cutes erat, cùm σει μαρέσθαι νίκαν dixerat. ΑΜ αὐτὶ Ζεφύρῳ λιγνωτέοντας οἰ-  
κεῖσθαι δίνειν. Duo enim significarat Poë-  
ta: primò secutus opinionem eorum, qui Oceanum patrem ventorum statuunt, pro diversis ejus partibus, sicut Herodo-  
tus fluvios τῷ αὐρῷ, id est, vaporum, qui ab aliis νεφέλαι dicuntur: unde Nilus  
ἀρίστης à quadam dicitur. Secundò, ostendit sicut eorum σει διονύσος esse, quem ubique ex ventis designat: nec enim voce Zephyri ibi Poëta utitur τῷ  
τῷ ιππανδρῷ, ut magistri loquuntur, & fru-  
strâ: vel, quod saperè facit, σει ποτέντη φι-  
λονός ἄρπας μάρια, sed ut dixi. Notarunt  
jam olim etiam veteres Homeri inter-  
pretes toto hoc opere τὰ δέλλαστα καὶ τὸν  
Ωκεανὸν Ηπιδημονοποιημένον. Ceteri Poë-  
tae cùm Hesiodum & Homerum non be-  
nè perceperissent, ipsum Ωκεανὸν sedem  
beatorum statuerunt. Plato in Phædone  
& Ωκεανὸν τῷ Αχίερην simpliciter oppo-  
nit: quod spectasse videntur etiam ii,  
quos Patriarcha Photius notat scripsisse,  
θεοῖς ἀδεια κρύσσοις φέρει & Ωκεανὸς μαγιστρὸς τῷ  
Οδυσσεῖ, ἡ γετὴ τὸ Σικελίαν, ubi περὶ Hesio-  
dico modo sumitur. Heinicus.

174. Μάκετ' ἔπειτ' ἀφελον ἡγά ] Hunc locum eleganter expressit Valerius Catullus:

*Ergo quod Deus atque Heros, cur non minor ætas?*

*Infelix ego, non illo qui tempore natus,*

*Quæ facilis natura fuit: sors ô mea lava*

*Nascendi, miserrimumque genus, & sera libido*

*Tanta meæ, &c.*

Opponit minorem ætatem, id est, τὸ πεμπτὸν γήρατον, διός καὶ ἡμέν. Deos ætatem auream vocat: quia ætas illa τὸ διώρος χρῆστα λαβεῖν constituit. *Facilem naturam* dixit, τὸ ἑπτούρον βίον. Legendum autem versu secundo, *Sors ô mea lenta Nascendi*. Ita planè mentem Hesiodi dat. *Heinsius.*

174. Μάκετ' ἔπειτ'] Priorem hujus voti partem pulchre exprimit Horatius. Sat. 2. Lib. 2.

*Hos utinam inter  
Heras natum tellus me prima tu-  
lisset. Rob.*

175. Η ἔπειτα γένεσιν] Hoc est, post quintam generationem, quasi sequentes meliores sint futuræ. *Quietus.*

176. Νῦν γδὲ οὐ μόνον διὰ συντηρησίαν] Ætas igitur hæc proximè successerat Troïcae. Quando autem hic ætatem dicimus, intelligimus γήρατον, hoc est, prolem quamdam hominum, non intra triginta, aut triginta quinque annos, natorum, sed per majorem annorum numerum florentium. Ceterum quid deterius habuerint Hesiodea tempora Troïcis, me nescire fateor. Præsentia, nimisrum, dumtaxat mala sentimus, præteriorum obliiti. *Clericus.*

176. Νῦν γδὲ οὐ ] Tò νῦν hoc loco ex illis vocibus est, quæ sumi παππῶς à Grammaticis dicuntur: tale est illud Homeris:

—— τοῦ μὴν γάρ καὶ ἄλοις πέληπτοι  
ρυαγῆσσι.

182. Οὐδὲ πατὴρ πάλιστι ὄμοιος] Ex his ferrei sæculi notatur infelicitas, in quo permolere alienas uxores vulgatum erat: contrà inter præcipuas felicitatis notas recenset *Hesiodus*, in sequentibus, similitudinem liberorum cum parentibus, v. 235. Quod habet Poëta, quia Veterum ea erat opinio, dissimiles parentibus partus pro non legitimis habendos, ut qui adulterii suspicionem moveant. Res manifesta fit ex hisce *Catulli* versibus, in Julie & Mallii Epithalamio:

*Torquatus volo parvulus,  
Matris è gremio suæ,  
Porrigens teneras manus,  
Dulce rideat ad patrem  
Semibianta labello.*

*Sit suo SIMILIS patri  
Mallio & facile insciis  
Noscitetur ab omnibus,  
Et PUDICITIAM sua  
Matris indicet ore.*

Sic & *Theocritus* in Encomio Ptolemaei: Αστρύς δὲ γυναικός ἐπ' ἀλλοτριαῖς αὖταις,  
Πνιδαὶ δὲ γορὰς, τέκα δὲ ἔποις ἰοικότα μα-  
τεῖ:

*Mulieris autem conjugali amore caren-  
tis in alieno viro semper est animus.  
Sed facilis cognitu est soboles, nec liberi  
umquam sunt similes patri. Ex paternis schedis. Clericus.*

191. Ιερον] Aris τῷ ἵεριν καὶ κρῆτηρ  
ἀρθρωτον. Τοστον δὲ τὸ πατὴρ Εὐερπίδης ἐν Θεό-  
τητι. Πόλεμον, ἀριττὸν τὸ ιερικὸν, πολέμων. *Proc.*  
Recte observavit Proclus ιερον significare ἵεριν. Sed πόλεμον etiam poni pro  
πολέμων haud scio an ullis exemplis probari possit. Ita autem fabula Euripidis  
præter paucos versus penitus interiit. A Latinis quidem interdum ponitur Sub-  
stantivum pro Adjectivo amplificationis  
causa. Sic *Martialis*,

*Non vitiosus homo es, Zoile, sed  
vitium.*

*Lucretius,*

*Parvula, pumilio, χαεῖται τα,  
tota  
merum Sal.*

Et

Et à Græcis etiam pro Participio, ut à versu sequente patet,

*Magna atque immensis, κατάπληξι,  
plenaque honoris.*

ubi κατάπληξι idem sonat ac καταπλήξια. Rob.

198. *Ἄνδραιον φέρεισιν*] Per candidas vestes sanctimonia & puritas denotantur. Sæpiissime in sacris Scripturis hæc figura occurrit. Sic Apocalyp. 4.4.

*Καὶ ωκλόθων τῷ δρόνι θείοις ἕκοις ἡ τέσσα-  
ρις καὶ δύο τὰς δρόνες εἴδοι τὰς ὕκοις ἡ τέσσα-  
ρις φρεσούστρους καθημένας, φειδελημένις ἦν ἡμά-  
νιος λευκοῖς.*

Et 7. 9. 188, ὥχλῳ πολὺς, ὃν ἀειθμῖσσοι  
οὐτὸν ἔδεις ἱδιώσατο, ἐκ πατρὸς ἔδεις, ἢ φιλῶν,  
ἢ λαῶν, καὶ γλωσσῶν, ἵστηται ἵνωπον τῷ δρόνι,  
καὶ ἵνωπον τῆς ἀρίν, φειδελημένος σολὰς λα-  
ρζον.

Et 19. 8. Καὶ ἐδίδη μὲν ἡγεμονία σεβάληται  
βίστιον καθαρόν, ἢ λαμπεῖν. τὸ γὰρ βασιλεῖον τὰ  
δημοσιατά δὲ τὸ ἄγαν. Rob.

200. *Nemesis*] Vide dicta ad Theogoniæ v. 223. Hæc est altera illa Nemesis, quæ homines, non secùs ac pudor, ad virtutem incitabat. Proprie est *nemesis*, *justa vituperatio*, quo sensu sæpè, apud *Homerum*, occursit, ut animadvertisit *Eustathius*; cuius vituperationis metu, à delinquendo abstinemus. Ided cum Pudore conjugitur hinc ab *Hesiodo*. Quare idem Grammaticus observavit ὅτι *Nemesis* τοὺς τὸν Αἰδὼ ὡς τοὺς τὸν λέγεται, Αἰδὼς τοὺς γὰρ τὸν *Nemesis* γνωμὸν δημιοῦται, *Nemesis* γάρ μέντος ἐκ τούτοις ὃν αἰδέμενα γνωμὸν: *Nemesis* ēsse correlatam ad *Pudorem*; *Pudor* enim est attentio orta propter *Nemesis*, (seu *Castigationem*) *Nemesis* verò *vituperatio* ab aliquo quem reveremur profecta. Loca *Eustathii* indicabit Index Romanus. Hanc *Nemesis*, pro more suo, *οὐρανοποτεῖον* *Hesiodus*. Altera *Nemesis* fuit Dea *Justitia* præses, quæ peccata plectere putabatur & quam descripsit *Ammianus Marcellinus* Lib.XIV. C.II. ad quem vide Interpretes, ut & ad A& XXVIII, 4. *Clericus*.

200. *Περιπάτητ'*] Pro *εὐλιπέσσα* Nominitivo Duali Fœminino. Figura apud poëtas usitata, ut notavit Scholiastes Sophoclis ad Oedipum Colon. v. 1672. Ιδίωτη ἡ περιπάτητ' εἰπε τὴν ιδίωσιν την περιπάτητα. περιπάτητος ἐπὶ τῷ γένεται λέγεται, ἀπὸ τοῦ οὐκ ιδούσαν τὰ δέξειντα ποθεῖς. καὶ ἐν Ηλέκτρᾳ,

*Ω τοῖσιν ἔχεροις εὐ βιβλικοῖς ποτὲ,  
χύζεις ἀφειδίσσατε φρεσάτελα φύκε.*

Καὶ πάλιν

*Ορε, τοκῶς περέσσαντε, μὴ μείζω κεκλι-  
κτησιμεῖα.*

Καὶ Ομηρός

*Τάδε βάτην τένεσσι πελείσιν ἴδματ' ὄμοισι.  
Καὶ Ησίοδος — Περιπάτητ' ἀνθρώπους.*

Porro, hunc locum videtur respexisse Juvenalis Sat. 6.

*Credo pudicitiam Saturno rege moratam*

*In terris, visamque diu.*

*Paulatim deinde ad Superos Africæ  
recessit*

*Hac comite, atque duæ pariter su-  
gêre sorores.* Rob.

219. *Opsos*] Hic *Opsos* est Numen, quod præstle fixit *Hesiodus* religioni jurisjurandi, & de quo Theogoniæ v.

231. Sed quare injusta judicia comitari, & quidem curriculo, dicitur hoc Numen? Nimirum, ut perjuros judices plestat, quemadmodum ex superioribus & sequentibus liquet. Eodem sensu, *Justitia* dicitur ἵπποι, sequi populos & urbes de quibus poenas sumit, v. 222. Vide & *Hieroclem* in 2. v. Pythagoricorum Carminum. Similis fictio adhibetur in insigni Oraculo Pythiæ, quod extat apud *Herodotum* Lib.VI. c. 86. dignumque est quod hinc adscribatur:

*Γλαῦκ' Βικαδέδη, τὸ μὲν αὐτίκε κέρδος ἐπει-  
Ορκῷ τικῆσαι, ἢ χείματα λαΐσσασαι.*

*Ομνο, ἐπεὶ δάρατος γε ἡ νύορος μηδὲ ἄρδα.*

*Αλλ' Ορκοὶ πάσι δέσι ἀνθρυμος, εὖτε χείρες  
Οὐδὲ πόδες κραυπὸς δὲ μετόρχεται, εἰσεκά-  
πποις*

*Συριαράτες ὀλίση γνίσται, ἢ σίκοι ἀπαγτα.*

Glauce

*Glauce fili Epicydidis, in praesentia quidem satius sic jurejurando vincere & pecunias praedari. Jura, quandoquidem mors etiam in jurejurando religiosum virum manet. Sed jurisjurandi filius est qui nomine caret, neque ei adfuit manus, neque pedes; celer tamen consequitur, donec uniuersam corruptam sibolem perdidit, & totam domum. Clericus.*

219. Τὸς δίκαιος ἔισθι ] Male verte-  
runt Interpretetes, *Justitiae est fremitus.* Verte, *Justitiae aspera est semita.* Plu-  
tarchum asperas & montosas vias ἔδει  
appellasse notat Scholia, ex quo infert, Hesiodum intellexisse, asperam esse  
& indirectam viam, per quam Justitia  
à corruptis judicibus trahitur. Τὸν ἔδει  
οἱ μὲν ἄνθρωποι τὸ φόρον, ὅπερ καὶ ἔδει πάλαι τὸ  
κπύτεν κῦμα, καὶ ἔσημα. Πλέυταρχός δὲ Βοιωτί-  
ζος, [εἴτε δὲ φύλαξ Βοιωτῶν] τὰς ὁραῖς ὁδὸς  
τὰς σεῖς, καὶ θυσάτεροι ἔδεις ὄνομά τις τοιούτοις φοιτού.  
Εἰ δὲ τοῦτο χραστοῖ, λέγοι διὸ δίκαιος ἐλκο-  
μένος τὸν τὸν δικαιοσύνην τὰς δίκαιας κρινόντας  
χρεῖας, οὐδὲν εἶτι τοτε δέ, θυσάτεροι οὐδὲ τοιούτοις  
τραχεῖα δὲ τὸν ἀλλεται νόον τὸ δικαιον. Rob.

227. Τοῖσι τέθηται πάλις ] Cum hisce  
temporibus immortalitas animi credere-  
tur, mirum est, in recensione poenarum  
& præmiorum, alterius vitæ nullam men-  
tionem fieri. Quod & apud *Homerum*,  
non uno loco videre est. Perpaucos  
enim in inferis poenas dare fingit, pro-  
pter insignia scelera; Elysios verò cam-  
pos implet non bonis, sed celebribus vi-  
ris, quales Heroës Troicorum tempo-  
rum latrociniis quam virtutibus clariores.  
Clericus.

229. Αργαλέον πέλευσιν τεκμαίρεται ] Hesi-  
odus voce τεκμαίρεται utitur de Diis, sicut  
Aristophanes voce δηλουεύεται. Pluto;

Ατάρ αἵ τι γε τῶν ταῖς δηλουεύεται ποιεῖν  
ἔμετος,

Loquitur ibi de Jove Carrio, sicut hīc  
Hesiodus: quamobrem frustra non fue-  
runt antiquorum glossæ, nescio quæ:  
quæ nos monent, τεκμαίσματα παρ' Ομήρῳ

τὸ πελεῖον, παρ' Ησίοδῳ δὲ τὸ βυλοῦσι: quod  
Comicus δηλουεύεται dixit. Ceterum, quod  
notabant utriusque Poëtae studiosi, vel  
ex hoc Homerum apparer Hesiodo no-  
stro priorem, cui τὸ τεκμαίρεται est τὸ πε-  
λεῖον: antiqua enim lingua τέκμαρα ita in  
usu erat. Philosophus Rhetor. I. τὸ γῆ  
τέκμαρα καὶ πέρας τάντον δέ τι καὶ ἀρχαῖαν γλωτ-  
ταν. *Heinsius.*

231. Θαλίς δὲ μεμιλότα ἔργα νέμονται ]  
An μεμιλότος? Sic placet Heinsio & mihi.  
Θαλίς μεμιλότης, οἱ πλέυται μεμιλότης,  
πολέμαι μεμιλότης, hoc est, πολέμοι, πολεμοί.  
*Gaietus.*

235. Τίκτων δὲ γυναικεῖς ] Hinc peti-  
tum Horatianum illud

*Laudansur simili prole puerpera.*

Rob.

240. Πολλάκις καὶ ξύμπατα πάλις ] Si di-  
cerent Poëtae urbem dare poenas, eo quod  
viri unius scelera aut pravos mores pro-  
bat, vel certè ferat, cum nec probare,  
nec ferre deberet: nihil esset cur eos de  
Numinis justitia male sensisse querere-  
mur. Qui enim probat, aut facilè pati-  
tur scelus, haud melior est eo, à quo per-  
petratur. Sed cum immeritos dare poe-  
nas peccatorum alienorum volunt, tum  
verò Deo injustitiam aperte adscribunt.  
Quamobrem à Philosophis merito da-  
mnantur. Hæc quoque Theologos oportet  
diligenter ad animum revocare. Cle-  
ricus.

244. οὐδὲ γυναικεῖς πάτεται] Vide exem-  
plum Gen.XX, 17. Adi & *Callimachum*  
Hymno in Dianam v.127. & notata ab  
Illustriss. Viro *Ezech. Spanheimio.* Cle-  
ricus.

246. Η δέ τεχνεῖ ] In Clerici editio-  
ne δέ τεχνεῖ mutatur in τὴν τεχνεῖ, sc.  
quia δέ redundare videatur. Perperam.  
Nam vox δέ ita prolata peculiarem Em-  
phasim habet, & affirmationem quodam-  
modo adauget. Sic noster infra v.321.

Εἰ γάρ τις, καὶ χειρὶ διη μέγας ὄλον ἔλυται,  
Η δέ γάρ γλωττινα ληταῖς).  
Et 732.

Ego

# IN OPERA ET DIES.

431

- Εἰδόμενος δὲ ὁ θεὸς τὸν ἀνὴρ παπυρίδην εἶδε,  
Η ὅμη φέρει τῷ χορῷ ταῦλον εὐτρόποιον εὐήνος.  
Homerus Il. l. 409.
- Εἰσκύα σ' ἡ ἄλοχος ποίησι], ἡ ὅμη δέλτων.  
Callimachus Hymn. in Bacchum.
- Ελπίους, ἡ Ληγυπτίον ἀρίστην, ἡ ὅμη Κύ-  
προν.
- Pariter Latini. Virgil. Georg. 4. v. 254.
- Continuò est aggris alius color; bor-  
rida vultum  
Deformat macies; tum corpora lu-  
ce carentum  
Exportant teētis, & tristia funera  
ducunt;  
Aut illæ pedibus connexæ ad limina  
pendent.*
- Horat. Epod. 9.
- Terra marique vietus hostis Punico  
Lugubre mutavit sagum;  
Aut Ille centum nobilem Cretam  
urbibus  
Venit isturus non suis.*
- Et Od. 9. Lib. 1.
- Nec dulces amores  
Sperne puer, neque Tu cboreas.  
Quem versum optime defendit Celeber-  
rimus Bentleius. "Displacet viro sum-  
mo Julio Scaligero prénomēn *Tu*, hic  
intrusum. *Versus*, ait, coegisse videtur  
cum ut pronomēn interponeret: Sane  
à codicibus Petrensi & Galeano abest  
*Tu*; fortasse quodd & Librariis quoque  
otiose positum videbatur. Cur igitur  
iidem Virgilio ignoscunt, qui eodem  
plane modo locutus est AEn. 5. 456.  
"Præcipitemque Daren ardens agit  
"æquore roto,  
"Nunc dextra ingeminans ictus,  
"nunc Ille sinistra.  
"Senec. Herc. furen. 1246.  
"Per sancta generis sacra, per jus  
"nominis  
"Uirumque nostri, sive me altorem  
"vocas,  
"Sive Tu parentem.*
- Similis est Doctissimi Viri Samuelis Clar-  
kei nota ad Il. l. 409. ubi præter exempla à Bentleio prolatæ citat etiam Odyss.  
B. 326.
- H πάντα λα Γάλα ἔχει ἀμύντας ἡμαδίστρος,  
H ὅμη καὶ Στέρπετος. Rob.
249. Τλιψίδιον] Hanc litēm meam,  
non ut interpp. *Hanc iustitiam*. Sic  
suprà v. 39. οἱ πάντα δίκαια ἑθέλον δικάζεται.  
Sic Tzetzes. Et Inferius 269: *Tlui δέ  
δίκαιον πάντας. Guietus.*
252. Τεῖς δέ μου] Vide not. ad  
Theogon. vff. 187, & 215. Invehitur in  
bunc locum Clemens Alexandrinus, in  
Admonitione ad Gentes; sed ita ut liqueat  
Hesiodi integrum locum ei præ oculis  
non fuisse. Clericus.
253. Θάλασσας δρυμῷ ἀρσενὸν] Sextus  
Empiricus adversus Mathemat. lib. 8.  
hunc versum citans legit μεγάλον ἀρσενὸν;  
memoriae forsan lapsu. Omnes e-  
nim quos vidi codices habent δρυνόν. Rob.
260. Οφράντην Δῆμον ἀταδαῖας Βαρ-  
χαν] Vide ad v. 240. Si ipsa Justitia  
Dea præses efficit ut *quicquid delirant*  
*Reges plefantur Achivi*, quamvis im-  
probent ac vitent vitia ac delicta Re-  
gum, ubi erit Justitia? Clericus.
265. Οἱ αὐτὸι εργα τούχει ἀντρ] Hos duos  
versus cohædere recte observavit Hein-  
sius; sed in eo peccat quodd βυλὴ pro-  
τελοῦ, *in fiduciis*, accipi debere contendit,  
quamvis nullā id auctoritate firmare possit. Rem optimè intellexit A. Gel-  
lius Lib. IV. c. 5. quamquam ei inequi-  
tat vir doctus. In Senario: *malunt con-  
siliū consiliō pessimum est*, vocem  
consilior esse eum qui consilium dat, ne-  
mo non vider, ut in hisce Marii verbis,  
apud *Sallustiam* in Bello Jugurthino:  
*egomet in agmine, in prælio, consilior*  
*idem & socius periculi adero.* Ex Pa-  
tris schedis. Clericus.
266. Η δὲ κακὰ βαλλε] Hos septem ver-  
sus, nimirum, hunc, & sex illum sequen-  
tes, teste Proclo, Plutarchus rejiciebat,  
cui facile assentior. Guietus.
266. Η δὲ κακὰ βαλλε] Particula δέ ponit  
tur pro κα, ut Iliad. A.

Εἰ δὲ σὺ καρπεός τοι διὰ δὲ σε γένεται μάτηρ.

*Si præstantior es, teque peperit Dea mater; ubi posterius ἐστι πρὸς. Ex Paris schedis. Clericus.*

266. Η δὲ κακὴ βαλλ.] Malè hunc versum veteres plerique & recentiores acceperunt partim; partim supinè interpretati sunt. Cohæret enim cum præcedente, quem ad hujus intellectum adhibere debuerant. Inter eos est Gellius, ubi de Historia Hetruscorum Aruspicum, ex Annal. maximorum lib. xi. & Verri Flacci lib. i. agit: nisi quodd illud ambiguum sit, & utroque modo accipi possit. Ceterū minimè exprimitur ista interpretatione quod Hesiodus voluit; *Malum consilium consolatori pessimum.* ἡ κακὴ βαλλ, est, ἡ ἐπιβαλλ. ὡς βαλλεται, est, ὡς επισυλδεται, hoc est, quod in proximè præcedenti verbu fuit ὡς κακὴ πενήντα. Germanum sensum eundemque planè hi duo versus habent. Posterior à priore divulsus fuit maleque usurpatus. Nam nec τὸ consolator, nec τὸ consulens, quod alii, vocem βαλλεται exprimere potest. Redendum igitur erat: *Insidias insidiatori pessimae;* vel, *Malum consilium ei qui concepit pessimum.* Heinlius.

267. Πλάντα ιδὼν Δίὸς ὄφθαλμόν τὸ ἀέρα] In Hieroglyphicis Ægyptiorum, oculus τὸ δίκτυο significabat, teste Siculo Diodoro, vel τὸ δίκτυο προπτεῖον. Nec apud Hesiodium aliiter: apud quem veteres etiam vocem Δίὸς nunquam in hoc libro propriè accipi notarunt, quod valde ea confirmat, de quibus nos in Introductione disputavimus. Theon Δίὸς ὄφθαλμὸν τὸ ἀέρα interpretatus est. Hesiodos, inquit, Πλάντα ιδὼν Δίὸς ὄφθαλμός. τὸ ἀέρα ὡς καλῶν. Sed tales delicias Grammaticis relinquamus. Heinlius.

267. Πλάντα ιδὼν Δίὸς] Hunc & sex sequentes versus obelo configit Plutarchus quasi injustitiam & impietatem redolentes. Ο Πλάντα προπτεῖον, ait Proclus, τὸς ἐπὶ τέττας σίχυς εἰκόναλλει ὡς ἀράξιος τὸν Ησιόδον φει-

διγόνων ὑπὸ ἀδίκων χρίστων. Sed nequicquatu hæc res Plutarchum sollicitum habuit, cum versus 273 ab omni prorsus impietate Poetam absolvat,

Αλλὰ ταῦτα ἔπει τολμα τελεῖν Δίὰ τερπτικά πανον.

Haud dissimiliter de providentia divina locutus est Psalmista ipse entheus Ps. 73.

Ως ἀγαθὸς ὁ θεὸς πέρι Ισραὴλ, πᾶς εὐθὺς τῷ κρεβατίᾳ.

Ἐρῦν τὸ παρθενικὸν ἐπιλεύθησον οἱ πόλεις.

Παρ' ὅλην τὸ ἔχειν τὰ θεραπεύματα μη.

Οποιοῦντα δὲ τοῖς ἀνόμοις

Εἰρήνης ἀμαρτπλῶν θεωρῶν.

Sed postea v. 18. quicquid difficile & incongruum in hac re videatur, id divina justitiae & sapientiae conciliat Psalmista.

Πλάντα τὸς θολιθητας ἔπει αὐτοῖς.

Καττέσαλες αὐτοῖς ἐν πέρι ἐπαρδηται.

Πῶς ἐγένοτο εἰς ἐρήμων; Rob.

Μητ' ἐμὸς ψῆσ ] Ισέων ὃν ψῆσ Ησιόδος Μησίας δέ: Φιλόχοος δὲ Στησίχοος φησι δὲ οὐδὲ Κλυνιδήν: ἄλλοι δὲ Αρχέτη. Proc.

270. Νῦν δὲ ἡδὸν μητ' αὐτοῖς &c.] Viximum optimum non fuisse *Hesiodium*, si modò dicti hujus sui memor fuerit, intelliget quisquis secum animo reputabit virtutem, in hisce terris, numquam fuisse virtutem beatiorem, si omnia expendantur; imò verò semper fuisse gravissimas querelas de infelicitate bonorum. Non sati ergo cautè faciebat, qui virtutem suam pendere volebat ex felicitate, quam in hac vita à Numine exspectaret, & quam per pauci consequuntur. Clericus.

273. Αλλὰ ταῦτα ἔπει ] Ut, scilicet, injustus litem vincat. Guietus.

274. Ιχθυον τὸ τοὺς θηρεῖ ] Sine dubio Varro ex hoc loco mutuatus est versus istos :

*Naturā hominis omnia sunt patria,*

*Qui poterit plus urget, piscis ut sepe minutas*

*Magnus comedit, ut aves enecat accipiter.* Scaliger.

276. Τὸν δὲ τὸ ἀρδόποιον τύμονα δίετραχεῖ  
Κεριῶν] *Josephus Lib. II. contra Apionem*, p. 1070. negat olim fuisse notum *nomen legis*, apud Græcos, ed quodd, apud *Homerum*, non existaret vox *tūmos*, sed suppar ei *Hesiodus* ostendit hominem falli, & os sublitum ei fuisse à Græculo quopiam, à quo hoc acceperat argumentum. Verba ejus sunt *καὶ τὸ τέρομα πάλαι ἐγράσκετο πρεστὶ τῆς Ελλάς τῷ μάρτιον Οὐρανος ὑδατῆ ἢ ποίησε αὐτῷ χρηστόνθυμον: ne nomen quidem (legis) olim notum erat apud Græcos.* *Testis Homerus*, qui nusquam in suis poematibus co usus est. Verum casu contigit eam vocem non adhiberi ab *Homero*, qui sanè integrum Linguam Græcam suis versibus non est complexus: quemadmodum in *Cicerone* desunt voces, quæ in ejusdem ætatis optimis Scriptoribus sèpè leguntur. *Leges* portò *Jovis* dictæ videntur antiquissimæ consuetudines, quarum auctor, propter vetustatem, ignorabatur. Sic apud *Sophoclem Antigone* v. 455. quæ, spreto Creontis edito, Polynicen fratrems sepeliverat, quærentem Creontem cur id facere aula esset, alloquitur v. 455. & seqq.

Οὐ γάρ πο μοι Ζεὺς λύ ἔχωντας τάδε,  
Οὐδὲ ὁ ξωσίκος τὴν στὸν Δίκην,  
Οἱ τάσδ' ἀρδόποιον μέρη τύμοι.  
Οὐδὲ δίκαιον ποῦντον ἀρδεῖν τὰ ταῦτα  
Κρήτημαδ' ὡς ἀχαΐαν κεφαλὴν Στὸν  
Νόμιμα διώδειαν θεοτόκον ὅτις ἵππορειαν.  
Οὐ γάρ πο τοῦ μὲν κακοῦ, ἀλλ' ἀτί ποτε  
Ζῆ τεῦτα, κούνεις οἴδειν οὐδὲ φέρειν.  
Τέτοιος ἐγώ εἰς ἔμμαλον, ἀνδρὸς ἄνθερος  
Φεύγομα δέσκοστος, εἰς θεῖον τὸ δίκαιον

Διδούσαν.

*Neque enim Jupiter erat, qui mibi hæc edixerat, neque Justitia, quæ habitat cum Diis inferis; qui basce leges hominibus præscriperunt. Neque posse tamquam putabam tua edita, ut non scripta & certa Deorum jura posset mortalis violare. Non enim nunc demum & berri, sed semper vigens, nec quisquam no-*

*vit unde edita sint. Horum ego causā, hominis cujusquam animum timens, non debui apud Deos pœnas dare.* Clericus.

281. Οὐλοὶ διδοὶ εὐπόντα Ζεὺς] Ut negoti nequit quin interdum διδοὶ fuerint, qui justiorem ceteris vitam agebant: sic nemo vereatur affirmare non minus frequenter homines malos feliores bonis fuisse. Mala & bona, scilicet, hujus vita nec irascientis nec faventis Numinis indicia sunt, cùm promiscue in quosvis effundantur: quod multis locis Veterum probare liceret, nisi res experientiæ quotidiana sat liqueret. Itaque Poëtae nostri pollicitationes & minæ non sunt magni facienda. Ad alteram dumtaxat respiciendum vitam, ut monuerunt Philosophi & Poëtae recentiores. Clericus.

281. Οὐλοὶ διδοὶ] Pari ratione Vir Cl. affirmare potest sacerorum etiam scriptorum pollicitationes & minas magni non esse faciendas. Nonne talibus pollicitationibus minisque Scripturæ abundant? Ps. 92.

Δίκαιοι ὃς φίρεται ἀργίαν,  
Οὐλοὶ καίδειος ὃ εἰ τῷ Λεβάντῳ πλανυθίσθωται.  
Επι πλανυθίσθωται τὸ γέρες πάντα, τῷ εὐπά-  
σχτεις ἔστηται.

Et Ps. 112.

Μακέτος ἀπὸ ὁ φεύγειμιος & Κύετον.  
Δικαιοῖς εἰ τῷ γῇ ἔσται τὸ αὐτέρια αὐτῶν,  
Γενιὰ εὐδίαιον καλογράσθωται.  
Δέξα, καὶ πλήτειος εἰ τῷ οἴκῳ αὐτῶν.

Ex his omnibus satis liquet, viris bonis hujuscæ virtuæ ac futuræ promissionem esse. Hæ autem promissiones, quamvis non ita stricte accipiendas sunt, ut res ita necessario eventuaræ putentur, bonam tamen spem divini favoris afferunt, nec mediocria ad virtutem incitamenta sunt. Rob.

288. Οὐλοὶ μὲν διδοὶ] *Plato & Xenophon* hunc versum citantes legunt λόγον. Pulchrior certe λόγον quād διλόγον, præseritum cum postea dicitur μελα ή ἔγγραδι ταῖται, & virtutis semitas περιστέπτει huic ipsi λόγῳ opponi videtur. Sed dissentientibus

codicibus nihil muto, Hesiodum, quem invenio, exhibitorus. Fieri certe potuit ut vel memoriae lapsu ita scripserint Plato & Xenophon, vel etiam, si casu quodam e libris suis literulam o excidisse contigit, ob similitudinem τὸ λύγη, & τὸ λόγιν, posteriorem hanc vocem legit. Rob.

290. Μαχρὸς δὲ καὶ ὄρδος οἵματος] A Criticis nonnullis hoc traditur præceptum, ut Poëtae & Oratores res ipsas, quas describunt, vocum tum sono, tum structura debent imitari. Ita Dionys. Halicar. *de oratione*, cap. 20. Τάντα δὲ φθεγγήσαται δῆ τὸ ἀκαδέν ποιητικό το καὶ ἔπειρα μαρτιποὺς τίνει τῷ προσβλέποντι, ὥσπερ ἂν τὰς λύγης ἐπέρη, μὴ μόνον κατὰ τὰς ἀκλογικὰς τὸν διαμάτην, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς συνέδοις. Ο ποιῶν τιθειται δὲ λαμπονθετάτης οὐρανος . . . .

Καὶ μὴ Σίαυρος εἰσεῖδεν χρεῖτος ἀλλὰ τὴν θύλακα,  
Δᾶσαν βασικούς τοι πανδέους ἀμφοτέρους.

Ητοι δὲ τὸ σπειρόμενόν τοι χερόν το, ποιώ το,  
Δᾶσαν ἄρα ὁδούς τοῦτο λέφων. καὶ τὰ δέξια.

Τὸν δὲ ύπο κορυφῆς διπλαρέφουντα πάλιν καὶ κατακυλίδιμον πέπον τὸ τοιούτον μέματος τερπετον, ἀλλὰ ιστεργάνας καὶ συρρέας τὸ συνέδοι.

Δῆδις ἔπειτα πέποντα καλύπτει τὸν ἄρασ-

Hunc ipsum locum, artificii Homericī specimen, à cultissimi viro ingenii Josepho Addisono prolatum invenio, qui tamen istam observationem nimis temere sibi propriam dicavit, eatus Criticis intactam. Pulcherrima etiam de hac arte præcepta recentiores Critici tradidere. *Vida Poetic. lib. 3.*

*Haud satis est illis ut cuncte claudere versum,*

*Et res verborum propria vi reddere*  
*claras;*

*Omnia sed numeris vocum concordibus aptant;*

*Atque sono quacunque canunt imitantur, & apta*

*Verborum facie, & quae si carminis ore.*

*Nam diversa opus est veluti dare*  
*versibus ora,*

Diversosque habitus, ne qualis primus & alter,  
Talis & inde alter, vultuque incedat eodem.

Hic melior motuque pedum, & perniciibus aliis,  
Molle viam tacito lapsu per levia radit.

Ille autem membris ac mole ignavius ingens

Incedit tacito molimine subsidendo.

Hanc autem artem recentiorum Poetarum summus Alexander Popius optime & præcepit & assūctus est in *Arte Critica*, Poemate Angl. sermone conscripto.

Ita autem hac de causa notavi ut ostenderem hanc artem nec Hesiodo nostro ignotam fuisse, quod ex hoc præcipue loco illustrandum duxi, quoniam prælaudatis illis versibus Homericis affinis est.

Tis δὲ ἀρέτης ἴδροτα θεοὶ φευγάσθιν τὸν

Αἰαράτοι· μαχρὸς δὲ καὶ ὄρδος οἵματος ἐπ'

ώτιον,  
Καὶ τηγάνε τὸ φεγγότα· ἵππος δὲ τοιούτος

ἴκναι,

Πρᾶδις δὲ πηγετα πέλει, χαλεπή αἱ λύσαι.

In illo versu quo via longa & ardua esse dicitur, tria nomina eandem terminatinem habentia, ideoque longiorem vocis pausam facientia, usurpantur — μαχρὸς καὶ ὄρδος οἵματος. Asperitatem vero viæ describit asperrimis literis coēuntibus, & longiori pausa in versu medio — καὶ πηγὴς τὸ φεγγότα. Quum vero facilitatem progressus in cacumine velit describere, diversis numeris utitur, & vocales adeo frequentes, celeremque verborum cursum exhibet, ut quemadmodum loquitur Dionysius, ταῦτα εἰς φιστές έχειν αὐτοματήσοντας ἔργα, ἀλλὰ τέχνης μανιόντει τὰ γνόμονα πειρασθῆντα.

Πρᾶδις δὲ πηγετα πέλει, χαλεπή αἱ λύσαι.

Rob.

291. *Irrau]* Cūm veteres hunc locum lau-

laudantes habeant *καντα*, nec dissentiant Codices, mallem hoc retinere; non enim video cur via dici nequeat *οὐς ἄρπος ὅρηνειδι, περιενειδι*, per venire ad *summum monstrem*. Imd subaudiendum *ωδὲς* ostendit sequens *foeminitum ἔνδιν*. *Clericus.*

291. — *ἐπλευ δὲ τοῖς ἄρπος καντα*] Cum hunc librum aliquot juvenibus nuper explicarem, monebam eos, emendandum, *κανα*, quamvis apud Clementem, Philonem, Xenophontem & alios aliter legi non ignorarem: de eodem postea me monuit illustrissimus Scaliger, & doctissimus Meursius. *Heinsius.*

293. *Οὐς αὐτὸς πάντας νόμοις*] Quomodo *νόμοι* apud Hesiódum sumuntur, ostendendum suprà, ad locum illum, *ἢ πάντας καντανέων νόμοις*. Cujus significationis elegantiam si perpendissent interpretes, legendum notaissent, *ἢ αὐτὸς πάντας νόμοις*. Cæterum *αὐτὸς* sumitur elegantissimè sicut apud Theocritum in illo, *Πολέμῳ τὰς στοὺς τ' οὐλιον αὐτοὺς ἀπῆλθον*. Apud Virgil.

*Ipsæ lacte domum referunt distensa capellæ*

*Ubera* —

*Ipse*, id est, *sponde suā. ἢ αὐτὸς πάντας εἰστι, ἢ καντα πάντας αὐτὸς, πάντας γετ' αὐτὸς, οὐδὲς ὅτι, qui opponitur, τῷ λαζεὶ ἐπέρι πάντας νερινότας οὐδὲν γαγοντι.* *Heinsius.*

293. *Οὖτος μὲν παρέστησον*] *Ζύρων μὲν οἱ Σπανίδες ἐμπλήσιοι τὰς στήχεις, λέγοντες*

*Οὖτος μὲν παρέστησον οὐδὲν εἰπέντος πάντας· Εἴδηλος δὲ αὐτὸς κακεῖνος οὐ αὐτὸς πάντας νόμοις, τῇ ψυχείᾳ περισσεῖα διέδει, τῇ φρεγύσει δὲ τὰ διωτηρία. Αειστίπος δὲ, ἀπὸ θραντας, οἱ Σωκρατίδες, ἔλεγον, συμβέλει δεῖδημα χεῖσον τῇ Φρεγύσει.* *Proc.* Horatius autem (Epist. 17. Lib. I.) prudentiæ principatum attribuit.

*Quamvis, Scæva, satis per te tibi confulsi* —

Ad quem locum apposite Dacierus citat Livium Hesiodi verba pene transferentem. “Sæpe ego audivi, milites, eum “primum esse virum, qui ipse consulat “quod in tem sit; secundum, eum qui

“bene monenti obediat; qui nec ipse “consulere, nec alteri parere scit, eum “extremi ingenii esse”. Huic licet ad- jicere & illud Sophoclis Antig. v. 731.

*Φυλαὶ τὸ ἄρδα πάντας ἐπισκέψιμος πάντας.*

*Εἰ δὲ ἡ εἰ (φιλεῖ γὰρ τὸ μὴ ταῦτα γάπτειν)*

*Καὶ τὸ λευκόταν τὸ καλὸν τὸ μαλάρειν.* *Rob.*

299. *Διονύσος γένος*] Valde hujus Epitheti prodigi, ut ita loquar, erant Veteres, ut vel ex Homero liquet, qui *διονυσος οὐδέποτε, διονύσιον σύμβολον*, *διονύσιον σύμβολον* vocat Odyss. 9. v. 234. Sed & eo abutitur hic *Hesiodus*, qui non tam magnificè loquitur de patre suo, in frâ vss. 633. &c 634. *Clericus.*

299. *Διονύσος γένος*] *Διονύσος γένος ή Πέρσων λέγει, ή διὸν παῖδες Διονύσος λέγονται, ή διὸν εἰς τὰς θύσιας ἀρέσσονται γένοται.* *εἰς γάρ Ορφέα, καὶ Καλλιάλων τὸ γένος ἀρέσσονται.* *Moschop.* Quicunque sensus verbis affigatur, ego certe non intelligo quo pacto versus 633 &c 634 nobilitati hujus generis contradicant, nisi probaverit Vir Cl. neminem bona stirpe oriundum pauperem posse deve- venire. *Rob.*

300. — *ἔρπετος λιμὸς Εχθράρη, φιλέη* Λ] Parodiam hujus loci elegantem Cratinus fecerat;

*Εδον καὶ σῆν χαρπὶ δίδε χάρει, ἔρπετος λιμὸς Εχθράρη, Κορνᾶς δὲ πολυτέρας τοικίδιον.*

Erat autem Connas ille tibicen, pocalis addictus admodum, qui Olympicorum certaminum cum victor aliquoties declaratus fuisset, pauper admodum, nihil praeter κάπνον quo Olympici victores coronabantur, reservaverat. Aristophanes Ιππ. οὔτε Κορνᾶς σέραπος μὲν ἔχει αὐτον, διάφορος δὲ δολοπόλεις. *Heinsius.*

305. — *τεύχους ἀργοῖς*] Pro eo Sto- bœus, *τεύχους ἔδειτον.* *Heinsius.*

306. *Μέτεια ποσηδῶν*] *Τὰ δὲ τοῦ μέτεια ἔντα, ἵνα τὰ μέτεια ἔχοντα, hoc est, τὰ τὸ ἀργόν, τὰ περιστατὰ, τὰ ἀεισα, ἔχοντα, Pindarus epitaph. Hesiodi: Ήσον δὲ ἀρδαπότοις μέτειος ἔχει τοπίον, hominum præstantissimus, summam habens sapientiam. Μέτεια sunt bona, convenientia.* *Guicciardini.*

306. Σοὶ δὲ ἦργα φίλ' εἰς μέτεια πορνεῖ ]  
Μέτεια ἥργα quæ dicat Hesiodus non per-  
ceperunt Interpretes. Ac primum Mo-  
schopulus, qui μέτεια reddit σύμμετεια τῇ σῇ  
δυσάμενοι : neque Tzetzes, qui στηρίξῃ καὶ μὴ  
ἀστεριστοῦ. Multò minus Latini, qui *medio-*  
*cria* reddiderunt. Philosophi sāpē μέτεια  
dicunt, id quod in unaquaque re bona  
maximum est. Sic & apud Platonem μέ-  
τεια λέγεται, ubique est, optimè & verissi-  
mè dicere : quod quia observatum non  
est, & ex eo locus hic dependet. unum  
& alterum adducemus. Plato Phædone :  
τόπῳ δὲ φύλῳ τοιούτῳ, πατέρι δικαιολογοῦ, ὃν οὐδὲ τὸ  
ἴδειν οὐ πίπειν. ἐπειδὴ δὲ τὸ οὐτονόμον δὲ συρ-  
εῖ σύρκειαν περιφίωνται, τοῖς δὲ ιστόσι, οὐ δια-  
χεῖ & αὐτὸν λέγει οὐ τοὺς ἄλλους τὰ αὐτὰ σίκεια  
ἐκάστοις περιφίωνται, τοῖς δὲ δὲ οὐλίγον τούχοις οὐ-  
τα, οὐτε γε πολλῷ μεγούσιαι, οὐ δια τὸ ιστόν δὲ σημ-  
ιεῖν αὐτοποτούς, μέγας. ὅπου τόποι φύλων. ἐπειδὴ  
τοι μετέστως ; Εἷναι γέ τοπον ὁ Κέλες, id est : *Illi-*  
*lūd ceriè antea existimabam apud omnes*  
*in confessio esse, edendo bibendoque illud*  
*fieri. Postquam enim cibis caro carni*  
*accesserit, ossibus similiter ossa, atque ita*  
*eadem ratione reliquis quæ cum singulis*  
*maximè convenientiunt, maximeque iis pro-*  
*pria sunt, tunc illud quod minimum est,*  
*maximum evadere. Ita tum temporis*  
*arbitrabar : nonne tibi videor optimè ?*  
*Omnino, inquit Cebes.*

Ubi cum ex præcedentibus, tum ex  
Cebetis responso videmus manifestè quid  
sit μέτεια. Ita μέτεια paulò antè Dialo-  
go eodem : δὲ αὐτοὶ ταῦτα οἱ μεια εἰκρά θέ-  
ξειν ἀν δι ψυχή, τοιούτη σώμα, τοιούτη λέγεται  
τοῦτα σθεῖ αὐτοῖς μέτεια μοι φάντατο λέγεται, ὡς  
δι ψυχῆς δι πολυχρόνης θεοῦ, τὸ δὲ σώμα ἀδύνατο  
οὐ διληχθεῖντεο : id est, *Eodem mo-*  
*do ad corpus se babeat anima. Ac si quis*  
*eadem de illis diceret, optimè mibi dice-*  
*re videretur : animam, nimirum, tem-*  
*poris longissimi esse, corpus vero imbecil-*  
*lius minorisque temporis. Hesiodus post-*  
*quam exemplum τὸ κορώνων adduxit, τοιούτη*  
*μέτεια adhortatur fratrem, id est, la-*  
*bores indefatigatos : causam addit : οὐ*

κα τοι μέτεια βίβει τολμῶσι καλεῖται. Porro τὸ  
τολμᾶν non nisi ex maximis quibuscum-  
que contingit. τὸ μέτειον autem est, τὸ πέ-  
πειρον, *extremus rei terminus*. Theocritus  
in Epigrammati victorem quemdam ce-  
lebrat Demotelem, quem ait μέτειον γε-  
νίνειν πάσι, quod est, *excelluisse in omnibus*, contrà ac existimant Interpretes :

Δεμοτέλης ὁ χορηγὸς, ὁ τὸ τεῖχος, ὁ Διόβροτος,  
Καὶ οὐ τὸ ιδίων δικαιοντα μαργαρίταρον ἀράδει,  
Μέτειος λύει πάσι. χορῷ δὲ ἔκπλαστον γίγνεται  
Αρδρόν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ περούκον ὄφων.

Eodem modo Hesiodus in epitaphio, quod Pindaro adscribitur, μέτειον οὐφίαν ha-  
bere dicitur, id est, *multum sapientia*, vel, *in sapientia excellere*. Id enim quod  
optimum est, extra mediocritatem esse  
non potest, quia alias ad vitium defle-  
ret, & τὸ περούκον καὶ τὸ καλὸν transcede-  
ret; ut multis docet in moralibus Phi-  
losophus. Μέτειον igitur est τὸ ἔξοχον in  
omni re præclara. μέτειον erat in omni-  
bus Demoteles, id est, *excellens* : μέτεια  
ἥργα laudat Hesiodus, id est, τὰ οὐ μάλιστα  
σωτῆρι, καὶ καλά. Quod Interpretes Græ-  
ci minimè observarunt, multò minus  
alii. *Heinsius.*

311. Εργον δὲ τὸν ὄρονδες ] Nihil plau-  
nius hujus versus sententiā, cùm præser-  
tim toto hoc opere *Hesiodus* fratrem ad  
laborem hortetur, & ab inertia deterreat.  
Attamen Veteres ἤργον construxerunt cum  
ιδίᾳ, quod ansam præbuit Socratis accu-  
satoribus accusandi hominem, quasi ju-  
venibus nullam rem, quamvis flagitiō-  
sam, prohiberet. Quod videre est ex  
Lib.I. *Xenophontis de Memorab.* Socra-  
tis, ubi sic rem narrat : “Dixit, inquit,  
“ejus accusator illum illustrissimum  
“quorumque Poëtarum pessimis fenten-  
“tiis electis, iisque in testimonium ad-  
“ductis discipulos ad vitium & tyranni-  
“dem impellere ; interque eas Hesio-  
“deam illam sāpē usurpare, Opus nul-  
“lum est probrum, inertia vero probrum  
“est. Quibus Poëtam dicebat suadere  
“a nulla actione, sive injusta, sive turpi,  
“atsti-

## IN OPERA

**ET DIES.**

437

abstinendum esse, sed omnia lucri gratia facienda. Socrates vero, postquam fassus esset accusator, bonum ac utile esse homini operari, noxium vero & malum otio torpere, atque adeo opus bonum esse, otium pravum; eos qui boni aliquid facerent operari, & bonus esse operarios dicebat; eos autem qui talis luderent, vel aliud quidpiam pravi & damnosi facerent, otiosos vocabat. Quo sensu recte habeat dictum illud Hesiodi. Hactenus Attica Siren, quibus haud obscurè indicat Hesiodum & Socratem intellexisse quodvis bonum & laudabile opus. Idem Procli testimonio confirmatur, qui ait à Platone recte hunc versum explicatum, & nostrum Hesiodum cuiusvis secundum naturam opus ἕρως appellare; Homeri exemplo, qui optimum quodque opus ἕρως simpliciter vocat. Similia habet Eustathius ad v. 226. Odyss. P.

Αλλ' ἐπειδὴ μὲν ἔργα κακὰ ἔμμαυτον, τὸν δὲ θεό-

Egyor პաօւչավէ.

**Ex schedis paternis haec tenus;** unde colligere interdum à nobis, arte & ratione in interpretando-utentibus, ea cerni quæ multò peritiorum olim oculos fugerunt.  
*Clericus.*

311. Εργον δὲ ὅδιον ὄντες ] Delicatos  
cerē oportet fuisse Veteres, qui in hoc  
versu ἀδιάθετα scripsisse Hesiōdum vo-  
luerint : ita ut hæc verba Socrati pro-  
nunciata fraudi fuerint. Eustathius : 24.  
μέσουσι ὅτι τὸ Εργον δὲ ὅδιον ὄντες, ὃ εἶ ποτε  
Ηοῦς οὐκέτι μὴ γένος γεράρει, ἔλαφος τὸ  
οὐρός Σωκράτειν, ὃς εἰδὼς λέγει συχνὰ τοῖς Ερ-  
γον δὲ ὅδιον ὄντες, ἵησεν ὅδιον τὸ δέσποτον ὄντος τὸ  
ἐπί Εργον αἰγαλοῖς ἐμπλεύειν, συκοφαντίᾳ πλεύει-  
σαι, οἷα θυματίζειν, ὃς ἔργον ὁδίν, ἵησεν ὁδηγία  
ἴργασθαι, καὶ τὸ φύλον, καὶ τὸ χρηστόν, ὄντος δέσπο-  
τος ιεραγόριθμῷ κάρτυσιν εἰλάβεις ἃς ἀδιαφορῶν  
εῖσι τὰς περιάλεις. Sed Plutarcho accura-  
tissimo Scriptore, & Hesiōdi olim Inter-  
prete, quid faciemus, qui hoc propemodo  
modo hunc versum Hesiōdi usur-

pavit : ἐν δὲ τῷ τόπῳ χεργάσας, καὶ οὐδὲν  
ἔργον ἔδει λῦναι οὐδέποτε, ἀλλὰ τίχην Διοφανᾶς ἐργάζεται.  
Cum tamen τὸ ἔδει, non ad τὸ ἔργον, sed  
ad τὸ ὄντα referendum sit. Sed nihil est  
usitatius quād elegantiæ causā ad usum  
alium Homeri & Hesiodi versus trans-  
ferre. Quid si propterea procedat hæc  
calumnia, singulis versibus peccavit Ho-  
merus, nisi ignoremus delicias τῆς παραδί-  
των. *Heinsius.*

313. πλέτῳ δ' ἀρτὶ ] Horat. *Et genus o' formam regina pecunia donas.*  
Scaliger.

313. Πλέτῳ δ' ἀρέτῃ } Nescio an ἀρέτη  
hic loci melius exponi possit *forma*, *pul-  
chritudo*, & de hoc vocis istius sensu vi-  
de Cl. Hutchinsonum ad Xenoph. *Kuq.*  
*Paul.* p. 316. Voce vero sic exposita,  
huic sententiae accommodatius erit Ho-  
ratianum illud, Epist. lib. 1,

*Scilicet uxorem cum dolore, fidemque  
amicos,*

*Et genus & formam regina pecunia  
donat,*

*Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque. Rob.*

317, & 318. Hi duo versus, teste Plutarcho apud Proclum, ex Homero huc intrusi, cui libenter assentimur. v. 317.  
Αὐταὶ κορυτεῖ] curat, regit. an legendum  
σαρπεῖ? Guetus.

317. *Aidōs δὲ ἡν ἀγαθὴ &c.]* Hunc & sequentem versum leviter immutatos ex *Homero* sumvit *Hesiodus*; quod, ut habet *Proclus*, observarat *Plutarchus*, qui etiam eos ab alio insertos *Hesiodeo* posse credidit. Prior autem desumptus est ex *Odyss.* p. ubi hic versus legitur:

Aids ûr aýadò xexenabba áropd weixur.  
Pudor non bonus est egenti viro mendico.  
Alter vetrò ex Iliad. Ω ubi Poëta de Achille Hectoris cadaveri illudente :

Et si audias  
Gloriam est regnorum nostra omnia, sed vivere.  
Neque enim pudor est, qui homines validè  
laedit & juvat. Sed non est utriusque  
versus sensus idem apud utrumque Poë-  
tam.

tam. Sensus *Hesiodi* est, non oportere quemquam opus refugere, quodcumque sit, si modū illicitum non est, nec aliud quidquam honestius suppetat, quo victum querat. Ex paternis schedis. Clericus.

318. Αἰδος ἦτ' ἄρδης] Ita pene filius Sirachi cap.4.21.

Εστιν αἰχμὴν ἐπάγυσα ἀμαρτίας, καὶ ἔστιν αἰχμὴν δέξα καὶ χάρεις. Rob.

327. Ιούν δὲ τὸ ικάτηλον] Ex comparatione scelerum, liquet quanti facerent Græci, ab antiquissimis usque temporibus, supplicibus opitulari; cùm eos neglexisse æquè scelestum habeatur ab *Hesiodo*, ac fratribus uxorem corrupisse &c. Qui mos etiam diu viguit, ut liquet ex vita Themistoclis, apud *Plutarchum*, ubi narrat quomodo Admeto, Molossorum Regi, supplicarit, p.124. inviolabilisque suā illa iκάτηλον factus fuerit. Clericus.

329. Κρυπταῖς εἰνῶν] Moschop. & Proclus τὸ ἔνεκα, hīc subintelligunt. Tzetzes τὸ αἴσθηται supplet. Τὸ ἔνεκα placet. Sic in Λαοῦ. v.406. μυχάδων Αἰγαῖος ὁροστύχειον ἡ ἀγοραῖρης ἐλάσσον. supple ἔνεκα. Sic & versu sequente κρυπταῖς εἰνῶν subintellige ἔνεκα. deinde lege: Οὐδειαίτε, ἀπειπόντες ἡ ἀρδηστα. Moschop. Guiccius.

333. Ζεὺς αὐτὸς ἀγέντας] Jupiter, nimirum, *ixanthinos*, ut loquitur *Himerus Odyss.* N. ubi Ulysslem, qui se deceptum à Phœacibus putabat, sic loquentem inducit. v.213.

Ζεὺς σφέας πίστοι τοιούτης, ὃς τε καὶ ἄλλος  
Ανθράπος ἐφρᾶ καὶ πίνυται, ὅσις ἀμέρτη.  
Jupiter eos uliscatur supplicum vindex,  
qui δέ αλλοι βομβιεῖ inspectat, δέ plectit  
quisquis peccaverit. Clericus.

336. Καδδώχητος ἕρδειν] Socrates frequenter hunc versum in ore habebat, ut prodidit Xenophon Lib.I. memorabilium Socratis. Clericus.

336. Καδδώχητος δὲ ἕρδειν] Huic præcepto conforme est Horatianum illud, quo Mæcenatem è gravi morbo recreatum hortatur,

*Reddere victimas*

*Ædemque votivam memento;*

*Nos bumilem feriemus aquam.* Lib.

2. Od.17. Et Lib.3. Od.23.

\* *Cælo supinas si tuleris manus &c.*

Rob.

338. Θύεσι τε ἱλάσκεσθαι] Grævii sententiæ accedo, qui hoc in loco Sueton. vertit non *hostiis*, sed *odoramentis*. In priore versu præceperat Poëta, ut *hostia* Diis mactarentur, quæ quoniā fieri quotidie, à pauperioribus saltem, non possent, monet igitur, ut libaminibus & odoramentis, cultu sc. faciliore & magis expedito, matutino & vespertino tempore Dii placarentur. Porro si τὸ δῦνον & τὸ δύμα ejusdem sint significationis, satis constat τὸ δῦνον opponi τῆς ἵπετος. Sic enim Thucydides lib. I. Εστι γὰρ ἡ Αθηναῖος Διάσα, ἡ καλεῖται Δίὸς ἔορτή Μελιχέων μεγίστη, ἔξω τὸ πόλεων. ἐν δὲ παντὶ μητρὶ δύνεται πολλοί, ὅντες ἵπεται, ἐλαττὰ δύματα ἔπιχρεσι. Nam apud Albenenses quoque sunt *Diasia*, quæ maximus Jovis Milichii dies festus vocantur, & extra urbem celebrantur: In quo ex omni hominum genere multi immolant non hostias, sed placentas quasdam, quibus indigenæ uti solebant. Ad hunc locum videtur respexit Julius Pollux lib.

I. cap. I. ubi τὸ δύματα exponit ἀρσηματα λέγει (lege Suet.) εἰ πνεῖ. Τὰ δὲ ἀρσηματα καὶ δύματα καλεῖται. Θυκυδίδης δὲ αὐτὰ ἔπειται ἄγρα δύματα, τοῖς ταῖς αἰματορύταις καὶ σφατικοῖς ἀνταντεῖσι οὐρηραῖς, λιγανατίν. Aroma ta vero ipsa & suffumata vocantur. Sed Thucydides ea vocavit pura sacrificia, oppositionem faciens inter animilia que mactata aras cruentant, & inter myrrbam aīque ibunt. Rob.

342. Τὸν φιλέοντί δέ τι δύτη καλεῖν] Quis verò umquam, prætermisis amicis, inimicos ad convivium vocavit? Profecto nemo. Itaque à p̄cipiendo supercedere potuisset *Hesiodus*, qui hīc nescio quid habet senile & frigidum. Clericus.

342. Sapere in notis suis Joannes Clericus sterilitatis & frigiditatis Hesiodum

ac-

accusat. Ad hæc satis erit hoc in loco semel respondisse. Elegantiā & acumen quæ recentiores tam sedulo sectantur, in antiquis illis scriptoribus frustra requiras. Illi nudam simplicitatem, & veritatem non fucatam amaverunt, deliciarum omnium & facetiarum incuriosi. Quod quidem tum ex sacro Codice, tum ex Homero, qui solus ex profanis Authoribus ad Hesiodi ætatem creditur a surgere, abunde constat. Rob.

344. Εγχέιος] Legit hic Stephanus, in voce Καμην, ικόμων, quemadmodum legit etiam Proclus. Εγκώμων idem est ac ιγχέιος, quia κάμην & χώρα idem sunt: nempe, vicas. Ideoque adjectiva hæc sonant incolam vici, aut pertinentem ad vicum. Perinde est utramvis lectionem sequamur. Clericus.

344. Αλλο γίνεται] Tò ἄλλο h̄ic fortuitum exponit Heinlius, cuius vide notas. vers. sequi. γίνεται ἀλλοσ, vicini inermes. ζετωτο οι ποι. tardius veniunt ad suos. Gnietus.

344. Αλλο γίνεται] Rem non tantum inexspectatam, sed malam quæ alia dicitur κατ' εὐθύνα, significari dudum ostendit David Clericus, patruus meus. Quæstionum sacrarum XVI. quam adito. Clericus.

344. Εἰ γάρ τοι οὐ χεῖν' ιγχέιον ἄλλο γίνεται] Elegantissimum est illud ἄλλο, quo hoc loco eà ratione usus est, quæ frequenter Scriptores Attici τῷ ἄλλῳ. Sic apud Lucianum Venus in Judicio Deorum, cùm instaret Mercurius, ut causam sciret, cur de Paride tam studiosè inquireret, responderet, ἄλλος ἡρόulus. Est igitur, χεῖν' ἄλλο οὐ βαδέν, οὐ πάχη διπούσε, οὐ βαδέν, οὐ δειπνούσι οὐ πάχη λαυδάρε. detrimentum sive infortunium inexspectatum & fortuitum χεῖνα ἄλλο vocat. Virgilius, id quod Græci ἄλλος dicunt, tantum reddit. Sic in illo Sileni,

Serta procul tantum capiti delapsa  
jacebant.

οἱ σέρπειοι ἄλλος ἔκεντο. Quintus Calaber,

vitam humanam, ἀνθρώποις eleganter ἄλλο esse dicit, quia mala bonis, bonis mala sine ulla ratione attribuuntur. Locus est elegantissimus elegantis Poëtæ:

τῷ δὲ ἄλλῳτος ἄλλα φέρουται  
Προὶς οὐς ἀνέμοιο, οὐ ἀνέτο πολλάκις ἐντάξῃ  
Διπτυχίων μέρα πέμπει· λυγῆς δὲ δὴ κάκ-  
πων ὄλεθρον  
Οὐ πέποιτο. ἄλλος γέ τόποις βίοις ἀνθρό-  
ποις. Heinlius.

353. Τὸ φίλεστρο φιλεῖν] Hic & duo sequentes versus planè sunt illiberales. Attarēt en propterea eos non adjudicarim Poëtæ, ut fecit Plutarchus; quod nos docent Græci Scholastæ; nihil enim vetat eum parum liberalis, atque parum erēctæ fuisse indolis. Hæc eadem ratio facit ut minimè admittam eorum interpretamentum, qui volunt Hesiodum præcipere eos amicos feligendos, qui sciant esse amici & ab inhumanitate sint remoti; iisque dandum, qui liberales sint, non avaris; præterquæ quod vel hoc sensu frigidissima sunt hæc præcepta. Quis enim ejus amicitiam colat, qui sibi non sit amicus? Quis eum muneribus donet, qui sit dumtaxat avarus, nec umquam velit ea ullo officio remunerari, quamvis possit. Clericus.

360. Φίλοι οὐ ποτε] Vulgares editiones habent φίλοι καὶ. Sed cum omnium Codicum consensu restitui φίλοι οὐ ποτε, quam etiam lectionem tueretur Suidas. Rob.

369. Δεῖν δὲ ἵτι παθώμενοι φειδῶ ] Scribo δεῖν. Sicut Poëtis δεῖλιν, μῆ πλεονασμοῦ ιανικῆ, est δεῖλιν. Sic δεῖλος μῆ συγκοπῆς, idem est quod serum: quamobrem omnes quotquot hæc tangunt Scriptores serum vertunt. Sic in Catalektis Virgilii:

*Et belluato sera patrimonio*

*In fratre parsimonia.*

Namque huc respicit οὐ γενέσθενος. quod non fugit quoque magnum Scaligerum. *Sera parsimonia, δεῖλη φειδῶ, sicut δεῖλη οὐφία.* & similia. Heinlius.

370. Μιάδες δὲ ἀνδρὶ φίλοι] Hoc velle videtur Hesiodus, amico indigenti, si ejus opera

opera utamur, constituendam esse mercedem ejus operæ convenientem, non ejus amicitia abutendum. Digna sunt notatu quæ de hoc versu habet *Plutarchus*, initio fermè vitæ Thesei, ubi sic de Pittheo, Thesei avo: Δέξα μάλιστα πάντων, ὃς ἀνὴρ ἀδεῖος εἰ τοῖς πότε καὶ σφράγας, ἔχει. οὐ δὲ τὸ σφράγος ἐκείνης ποιῶντα τὸν ίδιον καὶ διώματος, αὐτὸς χρηστόμαχος Ησιόδος εὐδοκίμει μάλιστα ποτὲ τοῖς εἰ τοῖς Εργοῖς γνωμολογίας, καὶ μᾶλιστα ποτὲ εἰκείνης λέγουσι Πιττεῖος θύγατρας, Μιθρός καὶ τὸ ἔβης. Τοῦτο μὲν ἡ Λειτουργία ὁ φιλοτεχνος εὑρίσκει: babuit præ omnibus illius aevi famam eruditissimis sapientis viri. Erat autem sapientiae illius ea species & vis, quæ usus Hesiodus famam sibi peperit, præsertim in sententiis quæ sunt in Operibus. Unam barum illam ferunt Pitthei fuisse, Merces &c. Atque hoc etiam Aristoteles *Philosophus* tradidit. Clericus.

371. Εἰ μάρτυρα Σίδω] Si agatur, nempe, negotium alicuius momenti; alioqui vita non esset vitalis, si omnes insidiatorum loco essent habendi. Vivebat *Hesiodus*, apud Græculos, de quorum multis dici fortasse potuit, quod de Populo Romano scriperat *Lucilius*, cujus verba exstant, apud *Laetantium Inst. Divin. Lib. V. c. 9.*

*Uni se atque eidem studio omnes dedere & arti,  
Verba dare ut cause possint, pugnare dolosè;  
Blanditiâ certare, bonum simulare  
virum se,  
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.* Clericus.

372. Πίστις δ' ἀπὸ ὅμων] Scribo, postulante versu: Πίστις δ' ἀπὸ τοῦ ὅμων. Interpres *mīsis* legit in singulari, vertit, *credulitas*. Phædrus imitatus est hunc locum fabula X. lib. 3. *Periculorum est credere & non credere.* Guietus.

373. Πηγοσόλαι] Stolæ muliebres tunc temporis fortasse, in postica parte, erant in nodum collectæ. Jam à multis annis,

in magna Europæ parte, sunt omnes mulieres πηγοσόλαι. Clericus.

375. Φιλάτης] Est verbum purum putum *Æolicum*, quod in magna Græcia dicebant φιλάτης. Scaliger.

375. Φιλάτης] Απὸ φιλάτης. Α φιλάτης τὸ φιλέων, ἀπατῶν. φιλάτης impostor, ἀπατῶν, placet τὸ φιλάτης. habet Hesychius & alii. Tzetzes dubitat de vocabuli scriptura & τὸ φιλάτης videtur præferre. εἰπίχω. Guietus.

375. Φιλάτης] *Halladius* Bezztinus in Chrestomathia, quæ est apud *Photium*, in Bibliotheca: Κατ' εὐρημασίαν οἱ Αἴγιοι & καέπιλοι φιλάτης λέγονται οἰοντεὶ μωντόν. ή τὸ φιλάτης οἱ καέπιλοι, διότι φιλάτης λαζαράρει τὰ ἄλλητα: *Aitici boni omnis causā, furem φιλάτης dicunt, quasi exosum (nempe καὶ ἀντίφρασιν) vel φιλάτης fur, quia amat accipere aliena.* Crediderim potius dictum sic propriè furem non quervis, sed qui amicitiam simulans furatur; quales mulieres, quas describit hic *Hesiodus*. Vide tamen *Vossium* in Etymolog. ad vocem *Pilo*. Clericus.

377. Φιρέμενος ὡς γῆ πλῆτος] Hic versus quād inepiè cum sequenti cohæreat, fieri non potest, quin animadvertiscat quivis, nam plānē τὸ ἀκόλουθον desideratur. Ego dubitare non possum, Hesiodum hoc modo scripsisse, ut versus transponantur:

Μερογήμος δὲ πάσισι οὐδεὶς πατέσσιον οἶκον,  
Γηραῖος δὲ δάροις ἐπειργετο παῖδες ἐγκαλατίτοις  
Φιρέμενος ὡς γῆ πλῆτος ἀέρες δὲ μεζάρων.

Ita rei causa sequitur, quæ interpellata erat, absurdè interjecto illo versu: Ρέπε δὲ καὶ: nam τὸ δὲ apud Hesiodum αἴπολογοὺς esse, qui eum triverunt, ignorare non possunt. Porro ἐγκαλατίτοις ἐπειργετο παῖδες φιρέμενος, rectè dictum est. Pueri φερεδια dicuntur, dum in tenera illa ætate sunt, quæ crescunt nutriunturque, ut & βοσκέσσι. Tale est illud Sophoclis Ajace:

Τέας δὲ, κηροῖς πατέμασιν βόσκε, νέας  
Ψυχλῶν ἀτάλλων, μητεὶ τὴν δὲ χαῖμασιν.

Idem est βοσκέσσι, φερεδια, αἴπολεσσι. Mens hæc erit:

*Unicus verò filius domum paternam  
servet,  
Senex verò priusquam moriaris a-  
lium relinges  
Crescentem: ita enim divitiae in ae-  
dibus crescant.  
Jupiter enim pluribus facilè plures  
adjungit opes.*

dubitare non possum. *Heinsius.*

378. *Ἐπειρ]* MS. ἀταλὸν ταῦτα, hoc est, tenerum puerum. Nam quid sibi vult ἔπειρ ταῦτα? Ex senis felicitate est puerum heredem relinquere, nam proiectiores patribus molesti esse solent. ex ἀταλὸν ἄταλον, ex quo ἔπειρ. Hic versus Proclo ἀλγάντος & rejiciendus, Heinsio transponendus. vide notata. vers. sequ. πλάσμα, subintellige, sibi invicem succendentibus. v. sequ. 380. ἴστηκεν. subintelliges curse. *Guicius.*

378. *Πυροσίας]* Apud Suidam exponitur *Lena*, *Meretrix*, *Περαχόρη*, *Μακι-σπια*. A Moschopulo, *Ετρεῖς ιωνίων θεῶν πο-νεις σολίζονται*. Quibus adlentitur Proclus. *Rob.*

383. *Ἐπιτελομοδιαν]* Nullus Poëta, prater hunc, inseruit « in genitivo adje-  
ctivi nominis. *Scaliger.*

383. *Πλωϊάστων]* Hoc est, circa 11. Maii, nam hæc intelligenda sunt de ortu Heliaco Pleiādum, qui sèculo *Hesiodi*, ex calculo *Dionys. Petavii* Variar. Differt. Lib. II. c. 9. factus est in gradu Tau-  
ri I. Nam hoc circiter est tempus initii messis, in Græcia. Præterea *Hesiodus* Agricolas scribens de ortu loquutus est, qui conspicuus est, non de eo qui vulgo animadverti nequit, nec, nisi rationibus Astronomicis, innotescit. Multa habet, hanc in rem, *Claud. Salmasius* Cap. XXXVII. Exercitat. Plinianarum, sed ea valde intricata & perplexa, quæ castigavit *Petavius* memorati Operis Libro VII. Utrumque adire poterunt ii, quo-  
rum intererit nosse errata *Salmasii*, quæ ad *Hesiodum* nostrum non pertinent. *Clericus.*

385. *Λεύτης Ν Αποτελεσταν]* “Matuti-  
“num ortum πανθυρον, seu ἀνατολην, signi-  
“ficari, ac Σιν ιδων, seu occasum costrui-  
“cum ne pueri quidem nesciunt. *He-  
siodi* sèculo ortus ille contingebat in  
“Tauro. Stellæ sunt Vergiliæ plures,  
“una est ex iis lucidior ceteris, magnitu-  
“dinis tertia. Ea tempore *Hesiodi* oc-  
“cidebat heliacè in Gradu Arietis, 4, 8'.  
“oriebatur in Tauri gradu 11. 4'. At  
“prima stella, versus occidentem, occa-  
“sum Heliacum faciebat in gradu Ari-  
“tis 0, 51'. Intervallum inter occasum  
“primæ Pleiādum & ortum lucidae gra-  
“duis 40. Merito itaque diebus abscon-  
“di quadraginta Vergilias canit *Hesio-  
dus*. Sol in Arietem vero motu subi-  
“bat, *Hesiodi* tempore, Martii 31. Quip-  
“pe anno Per Julianæ 3714. verus locus  
“solis in Arietis initio fuit Athenis Mar-  
“tii 31. hora post medium noctem 1,  
“24'. Itaque Taurum ingrediebatur A-  
“prilis 30. Maii proinde 11. die, lucida  
“Pleiādum oriebatur, ultima verò Pleiā-  
“dum ad orientem Maii 16, quo tem-  
“pore Messis incipiebat in Græcia. Oc-  
“casus earumdem matutinus in Libra  
“19. gradu siebat, sed verus nec adspe-  
“ctabilis. Ideo circa initium Scorpii  
“δηματάδων πανορόδην accedit ineunte No-  
“vembri. Nam æquinoctium autumna-  
“le, per idem tempus, incidit in Octo-  
“bris initium. Tum igitur arationis ac-  
“fationis tempus appetit; quod *Vngi-  
lius* hisce versibus expressit:

“Ante tibi Eos Atlantides abscon-  
“dantur  
“Gnoſiaque ardentis decedat stella  
“Corona,  
“Debita quam fulcis committas se-  
“mina.

Hæc aliaque, in eam rem, habet *Peta-  
vius* Var. Differt. Lib. II. c. 9. Igitur in  
verbis *Hesiodi* mentio fit unius ortus  
Heliaci Pleiādum, & duplicitis earum oc-  
casus. Ortus tempus referendum ad 11.  
Maii. Prior occasus, qui arationis tem-  
pus

pus indicabat, fuit Cosmicus occasus, cum oriente Sole una cum Scorpione, in quo est, Pleiades in TAURO sitæ horizontem ex adverso subeunt. Quod circa initium Novembris factum, tempore *Hesiodi*. Posterior vero occasus obscurius indicatur v. 368. estque Heliacus occasus qui fiebat 3. Aprilis. & post quem in radiis solaribus per quadraginta dies latebant Pleiades. Ita tamen loquutus est *Hesiodus*, quasi confunderet utrumque illum occasum; nemo enim non dixerit, lectis ejus versibus, occasum cuius meminit v. 384. eum esse post quem Pleiades latenter per quadraginta dies ante messem. Sed sunt ejus verba benignius explicanda, cum non ignoraret quantum tempus sit inter arationem & messem. *Clericus.*

385. Ταυράκων ] Vide not. ad v. antecedentem. *Clericus.*

386. Κερύκη] Astrologi δύο τινακού occasum solarem dicunt quando stella involuta est radiis solaribus, quod vulgo vocant combustam stellam. Illa autem δύο deberet dici κρήτης. Est enim occultatio potius, quam occasus. Quando vero stella explicatur ex radiis solis, quod propriè dicitur Κερύκης, hoc vocant ἀντίκην τινακού. Intervalum autem ab occultatione ad Κερύκην Astrologi dicunt esse quindecim graduum, quod est circiter totidem dierum. Sed Hesiodus dicit non quindecim sed viginti dierum esse τὸ κρήτην, & totidem dicemus τὸ Κερύκην. *Scaliger.*

386. Πεντακούριον τινακτέ] Itaque intra quadraginta illos dies, quibus latere dicuntur Vergiliz, collocandum Hesiodi anni principium; quod fortasse referendum ad initium Tauri; quod spectare videntur verba *Virgilii Georg.* I, 217.

*Candidus auratis aperit cùm cornibus annum  
Taurus.*

Hoc unum ex verbis *Hesiodi* colligi potest. Vide tamen quae habet *Jos. Scaliger*.

ger Emend. Temp. Lib. I. de periodo Thebana. *Clericus.*

387. Φάνορν] Annus Thebanus tempore Hesiodi erat idem cum Delphico, & idem principium habebat à mense qui incidebat in geminos, qui Athenis dicitur Δεκαπάτη, vere adulto. *Scaliger.*

391. Γυμὸς αὐτην] Antequam sit nimis acre frigus; sub finem Octobris, quo tempore in Græcia clemens est cœlum. *Clericus.*

392. Εἰ χ' ὁσα πάντ' ἐδέλαθα] Ονομα non est semper τὸ τινακόν, sed & τὸ τινακτέ in fructibus: dicebantur autem τινακτέ fructus & πλιορέσι, cùm non minus fecundi essent, quam destinarat cultor. Ita ονομα τινακτέ dixit Theocritus τὸ ὄλον, & ne uno quidem die pleno minorem. Et πλιορέσι pro frugibus illis celebrabatur, quas Hesiodus τινακτέ σεῖον vocat, sicut ονομα τινακτέ ille dicebatur, in quo erant maritus, uxor, liberi. Et tantum πλιορέσι, ὄλον τὸ τινακτέ, dicunt Poëtae: unde illud, πλιορέσι εἰ τινακτέ, quod Theocritus τὸ ονομα τινακτέ dixit. Hesiodus eleganter τὸ χ' ὁσα πάντ' ἐδέλαθα Εργα κομιζωνται Διητήσις. id est, οἱ πλιορέσι καὶ τινακτέ τὰ κομιζωνται ἐδίπτον. *Heinsius.*

403. Αχρέος δὲ τινακτέ τινακτέ] Hoc est νέμοντος, tributio, partitio, distributio in utramque partem, utrinque. Homer. Πολὺς δὲ τινακτέ τινακτέ τὸ τινακτέ, distributio. Moschopulus τινακτέ vertit. *Giglius.*

405. Γυναικές] non intelligit uxorem, sed Ancillam. Aristoteles in Oeconomicis falsus est memoria, cùm hoc versus absolutam sententiam contineri & γυναικές putat esse γαμοτινόν. *Scaliger.*

406. Κηπεῖον ή γαμετοῦ] Notarunt jam olim viri docti Philosophum in Oeconomicis etiam τὸ κηπεῖον pro conjuge sumere. In jure certe Attico, etiam conjux inter τὰ κηπεῖα numerabatur, & maritus οἱ κηπεῖοι appellabatur. Unde cùm lis intentetur oxori, præco clamabat Η ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ Ο ΚΤΡΙΟΣ, id est, *Ejusmodi mulier accusatur cum domino suo.* Qua occa-

sione

sione Comicus Smicythen perstringens, parumque virilem ostendens, *xieos* illi dat. Χρυσός διδεῖς Σμικύθην καὶ χίεον. *Iamnōn*. Hominibus etiam mollibus per contumeliam eleganti scommate *xieos* affingabant, quasi eos inter τὰ κλητὰ & κῆπατα cum uxoribus numerarent: quales erant impuri illi senes Lampridii sub *καταράτῳ* Heliogabalo, qui, *maritos se babere jactabant*, scelestae principis sui libidinis affectae. *Heinjus.*

406. Κητεῖδ, ἐγγενετικόν] Ad hæc Proclus. Οὐ λέγει ἐν παντακῶ, ἀλλὰ σύλλαγχος οἶκου, καὶ τὸ βωῦν. Μάρτιος ἐν λέγουσι οἱ αἰεὶ Τιμαιοί, Ηπειρὸς τὸ Αιγαίοντος πενθέμενος, μὲν τὴν τὸ γυναικεῖον πενθεύοντος, Ερπυνίδην συνέστη τῷ δεκατέτῳ, εἴ τοις χριστὸν ὄντα. Ego quidem Gravio adsentior, qui Aristotelem uxores inter τὰ κλητὰ numerare negat. Aristoteles certe (Pol. lib. I. cap. 2.) uxores à servitute vindicat. Αράχην δὲ περὶ τοῦ πανδεκτῶν τὸν ἄνευ ἀλλάλων μηδικαύθεντος οὐδὲν γίνεται τοῦ ἄρχετος & γυναικῶν ἔτιπεν. Αρχοντὶς γίνεται τὸ δέκατον, οὐδὲ τὸ οὐδεῖαν. τὸ δέκατον δυνάμενον τὴν Διάσημα περιφέρειν, ἀρχοντὶς γίνεται, καὶ δεκατούρος φίους τὸ δικαίωμαν τοῦ οὐδεῖαν ταῦτα ποιεῖν, δικόμενος, καὶ φίους δύο. δὲ διατίτη καὶ δέκατη πεντετοῦ συμφέρει. φίους μὲν ἐν Αιδεσιν τὸ Στίλιν καὶ τὸ δύο. *Neceſſe igitur est primum eos conjungi, quorum alter sine altero esse non potest, ut morem & faminam procreationis causa. Conjunguntur, autem etiam id quod natura insperat, & id quod imperio paret, propter salutem.* Nam quod mentis agitatione providere potest imperandi jus habet natura, & dominatur natura. Quod autem corpore imperata potest preſtare, id sub imperio est, & natura servile. Quapropter dominio & servo idem expedit. Fiemina igitur & servus distincta sunt natura. Emendationem vero Prochi, οἱ αἰεὶ Τιμαιοὶ pro τῷ, οἱ αἰεὶ Τιμαιοὶ suggeriſſit Vir Cl. Ἀγίδιns Menagijs ad Laertium, cuius notam operæ pretium erit inspicere. “Εἰς τοῦ οὐρανού τὸν Ερπυνίδην & παλαιὸν καὶ τὸν Τιμαιόν”] Inde emendandus

“forte Proclus ad Hesiodi Ep. 405. Μάρτιος ἐν λέγουσι, inquit, οἱ αἰεὶ Τιμαιοί. An legendum οἱ αἰεὶ Τιμαιοὶ? Nihil tamen muto: Nam & Suidas in Aesop. τίτλοις. Τιμαιοὶ παντὸς Αιγαίου, τὸν αὐτὸν οὐχοῦ, Σπαύτη, Θευτῆς &c. quod accipio de Timaeo Siculo. Erat autem Timaeus ille maledicentissimus, invidus, & calumniator; unde à reprehendendi studio διηπέμψας dicebatur, ut est apud Strabo bonem & Diodorum Siculum. Sed pro Ερπυνίδῃ legendum proculdubio Ερπυνίδη, immo Ερπυνίδη per duplex λ., ut & ratio nominis, & Athenæi auctoritas satis probant. Αιγαίου οὐ Σπαύτης είπει ἐξ Ερπυνίδης &c. Deipnoph. lib. I. 3. Rob.

410. Επιπρίν] *Harpocration*: Επίλυς γίνεται ἐν τῷ εἰς τοῖς τεττάρων λέγουσι, καὶ ἀπόδει τὸ ἐν τούτοις πόλεσι τοῦ παρεπιδυτὸς θηλοῦ. Mirum est ὅτι πρæteritum tempus dici, ἐντὸς νῦν πέρι διετοῦ. Alii, ut Proclus, referunt ad ἐντὸς νῦν τινας, quæ erat trigesimalia mensis dies. Sed hoc quoque parum verisimile, nam τοῦ simpliciter non dicebatur. Præterea accentus variatio rem dubiam facit. Crediderim potius ἐν contradicendo dici pro ἐπιπρίν, unde additâ syllabâ ποëticâ πρίν, fit ἐπιπρίν, ita ut subandiatum πρίνης, aut si liber ἐν annos, significetur que dilatio in longum tempus. Sic Horatius de Poëmate, cuius editionem diu differendum suadet, Art. Poët. v. 388.

— nonumque prematur in annum,  
Membranis intus positis. Clericus.

418. Καντερέαν ἀρδεύοντων] Nempe, eorum qui sunt cis æquatorem, quibus post æstivum solstitium arcus diurnus solis minor est. Non ignoravit Hesiodus foliæ tunc diutiū lucere Ἀθηνοῖς illis, qui sunt trans æquatorem. Vide infra v. 527. Clericus.

420. Αδυκτοπέτην] Illa, nempe, anni tempestate cæsa minus est obnoxia ventribus; qui in tenero cortice, ant alburno, depositant ova, ex quibus postea ex-

K k k 2 clusi

clusi vermes lignum rödunt. De hisce vermitibus vide quæ collegit Sam. Bochartus Hierozoici P.II. Lib.IV. c.27. Clericus.

423. Ολμος μ̄ Τειτόδω] Siquis, ut supra ad v.342. Joannes Clericus, Hesiodi μικρολογία irrideat, Plutarchum audit hoc in loco à Proclo citatum. Πολὺς ἐτέται ὁ Πλάτωνος ἀριστερός τὸς γλώττας ή Νόσος τὸς μικρολογίας, καὶ Πλάτωνα λέγων οὐδὲ τὸ σκεῦλον ἐν τῷ αἰκεσι διηλέγεται καὶ ἐμμετεῖας καὶ Λυκίηρον οὐδὲ τὸ θυρῶν χειταπολῆς, ἵνα περιοργὴ διπλοῦ καὶ πλάκας μάνος δύσκολοι. Δεῖται δὲ τὸν μετέχοντα καὶ Νόσον μέρη τοῦ γλώττας ή ὄλμης, καὶ ὑπέρ, καὶ ἔξοφος, καὶ σφίρας καὶ τὰς ἀρχαῖς τὸ πολλα καὶ τάτων ποιεῖσθαι λόγους, καὶ τὸ εὔροβον Πάμφρον τὸ πιμᾶν μέτη τὸ λύχον περιποτοῦσι, καὶ τὸ ἐπόνη φῶς εἰσιγένετο τὸν δὲ τὸν Πιδίων μῆναν ἀλλὰ τὸν ἕπετο ὄνοματον, μέτη τὸ πῶσιν ἐπονέστω τὸ πλάστην. οὗτος μὲν τὰ πολυτέλεια περισσεῖν θαυμάζειν, ἀλλὰ τὸ χειροπόδιον, καὶ εὐτὸν πυγμάνην, σταύρων. Rob.

426. Τειτόδωμον] Trium dodrantium. Palma quarta pars pedis, αὐθαδινὸν verò dodrans. Scaliger.

426. Τειτόδωμον] In longitudinem. Versu præcedente pro σφίρας καὶ πάμω, leg. σφίρας καὶ πάμω. Guiccius.

Ibid.] Αὐτὸν πάμω] Aratro, plotello, à la charrue de deux pieds & demi de large. An scribendum & distinguendum; τειτόδωμον δὲ αὐτὸν πάμων διερρόφη ἀμάρτητον διηγευτήλα καλα. Ordo πάμων δὲ πολλα καλα διηγευτήλα ἀψιν το. δ. a. appositivē. Placet τὸ διηγευτήλα, seu potius διηγευτήλα, accentu in antepenultima, una vox composita. Idem.

427. Σφίρας τὸ γόλω] Hoc est, ubicumque inveneris dentale, aufer illud tecum, raro enim occurrit. Idem.

430. Αδλωάινς δμως] Δμως metaplasmus, declinatio pro declinatione. Scaliger.

430. Αδλωάινς δμως] O τίτλος. Guiccius. Sic dicitur faber lignarius, quia fabrili etiam arti præesse credebatur Minerva, quo sit ut Epeus equum illum li-

gneum, cuius ope capta est Troja, dicitur, divinā Palladis arte, ædificasse, Lib. II. Aeneidos v.15. Ifidorus Orig. Lib. XIX. c. 20. Oleæ quoque banc dicunt inventricem & fabricæ multarumque artium repertricem. Ideoque illi vulgo offices supplicant. Clericus.

430. Αδλωάινς δμως] Viri docti interpretationem suam Proclo debent, qui sic exponit — Adlwains δμως. Οὐρίς δὲν ὁ τίτλος & Αδηνάινς δμως.

Εὖ τίδις σφίρας τειτόδωμον Αδίνης. Καὶ Ομηρός φησι εἰδὲ τίτλος & δασώπως. Rob.

436. Βοὸς ἀνατίπη] Aristotle His. Anim. Lib.VI. c.21. de bove: ἀκμάζει δι μάλιστα πιλέατος ἡν. διὸ καὶ Ομηρός φησι πιπεικέται τῆς δρόσης, ποιόντα προνα πιλέατηρος — τοι τὸ βοῦς ἐνισθόρα διρεάδι γόν τωντον: vigeat quinquennis maximè; quocirca Homerum rectè dixisse aiunt marem bovem quinquennem — & bovis novennis, hæc enim idem valere. Apud Homericum, scilicet, Iliados H. Agamemnon mactat bovem πιλέατηρος, ut & filii Autolyci Odyss. T. At Odyss. K. Μέλις excoriat utrem bovis ἀνατίπη, quo ventos includit. Hæc quorsum idem dixerit Philosophus divinare nequeo; nisi velit novennem bovem tam florere, quād quinquennem, quia usque ad nonum annum est in pleno ætatis vigore. Unde Hesiodus, in Operibus, δι α' ἀνατίπη &c. Hæc habet Sam. Bochartus Hieroz. P.II. Lib.II. c.28. Fortasse voluit indicare Aristotle bubulam carnem optimam esse circa quintum annum, robur verò corporis & pellis firmitatem, circa nonum. Clericus.

436. Νείν τὸ γόλω] Nonnunquam legitur σφίρας γόλω, invito metro. Sed suadentibus MS. Bodl.60. & Scholiaste Aristophanis restitui σφίρας δὲ γόλω. Heinßius autem legit σφίρας γόλω. Rob.

442. Τιτάνερος, ἔκταλλωμον] Hic σφίρας quatuor dicuntur, quemadmodum apud Latinos quadra, quæ paribus interstitiis in pane erant distinctæ. Auctor Moreti:

— iam.

*jamque subactum  
Format opus, palniisque suum dilata-  
t in orbem,  
Et notat impressis, a quo discrimi-  
ne, quadris.*

*Hesychius : τετρά, κάρδια ἄρτος. Quam  
vocem crediderim Veteribus Glossis re-  
stituendam, in quibus, Quadra, τέτρα;  
imo τέτρος. Βλωμὸς vero, hoc in loco, mi-  
nus frustum significat. Hesychius : βλω-  
μός, ἰχνίστημα, ubi legendum viderunt do-  
cti ἱερὸς λαρῶν, buccae tenuis. Quod ta-  
men non est ita intelligendum apud He-  
siodum, cum, ut recte Isaac. Casaubonus  
ad Athenæum Lib. III. c. 29. absurdum sit  
existimare rustici hominis famem octo  
buccellis posse expleri. Atheneus qui-  
dem : βλωμαῖς τε ἄρτος διομάζει λέγει  
(Philemona) τὰ ἔχοντας εἰνομάς, τοις Ρωμαῖοις  
κυρίατος λέγειν: Blomilos vocari dicit pa-  
nes incisuris divisos, quos Romani qua-  
dratos vocant, id est, in quadras incisos.  
Clericus.*

442. Οὐτίζεται] Hinc explicatur  
Horatii versus 49. Epist. 17. Lib. 1.

*Et mibi druiduo vindictur munere  
quadra. Rob.*

444. Τιττάτεται μὲν ὄφιντας] Non at-  
tendens sulcos, sed circumspiciens an  
amicum aliquem sit conspecturus. Ex  
negligentia ejusmodi desumpta est sen-  
tentia Christi Luc. IX, 62. Οὐδέτες δικαῖοι  
ἢ χρήσται εἰς τὴν ὁδὸν, εὐ-  
θεῖσις δὲν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Hesychius :  
παντάποτε, παντάπετη πάντη παπλάνονται, ὀφρύ-  
ται. Sic quoque interpretatur Eustathius :  
τὸ διετὸν παντάπετη πάντη παπλάνονται τὸ διετὸν παντάπετη πάντη παπλάνονται. Clericus.

447. Επιστίται] Hoc est, aequales ani-  
mo agitat, lasciviendi cupidine commo-  
to. Nam πλεονασμός, unde, interposito το-  
πονόμων, est non tantum timore, sed quo-  
vis alio affectu vehementiore commove-  
ti. Hesychius. Πτυνθάνων, πλοιάδαι λέγεται  
τὸ παρημάδαι τοὺς τὸ ἀργεσίνα. Exempla  
sunt, apud optimos Scriptores, frequen-  
tia. Unum tantum adscribam ex Dione-

Prusæo, quod mihi commodum hisce die-  
bus elegantissimum Scriptorem lexitan-  
ti occurrebat. Sic loquitur de Homero  
Orat. II. de regno : ταῦτα δὲ λέγει μιδάσκων  
τῷ παρανόν, ὃς δὲν τῷ πατέρει τοπικοῦδει  
τὸς ἀγαθὸς, ἐποιεῖ τὸ πατρίας καὶ παντοτελείας  
τὸ ἐπογχεῖτον ἀπερος ὄν. ὅτε τὸς εῖδε ταῦτα τὴν  
ἐπιτομῆνας Πέρσας τῷ Σύρου τῷ τοῦ Βαλιάνων Ιτα-  
λιστας τῷ λαρᾷ, μαζὶ ἐγγίτοις ἐργαζόμενοι τὸ περὶ  
Ομήρο χειροτεχνίαν τῇ ἀδεστράτῳ : ἡσέας αὐτεῖς  
dicit docens & admonens, bonos oportet  
et mensē curam gerere, quandoque  
dem cibi varii & pretiosi non eras in-  
expertus; ita ut qui nunc bisce valde  
afficiantur, Persæ & Syri & Græci, I-  
talique & Iones longè absint à sumptibus  
& deliciis quæ sunt apud Homerum.  
Clericus.

447. Επιστίται] Appositum magis ex-  
emplum occurrit apud Callimachum in  
Hymno ad Dianam v. 190.

*Ησ ποτὶ Μίνως  
Πτυνθάνεις ὑπὸ ἔρωτι πατέραμα τοῖτο Κέρτης.  
Cujus quondam Minos  
Perculus amore pertagatus εἴθι mon-  
tes Cretæ. Rob.*

448. Εὐτὸν παρέντερον εἰπανοῦσι] Mul-  
ta ad hujus loci illustrationem concessit  
Sam. Bochartus Hieroz. P. II. Lib. I. C. 11.  
quæ non exscribemus. Observandum  
dumtaxat hinc sermonem esse de migrantे grue, non de adveniente. Clericus.

448. Φαρλὺ παρέντερον] Similiter Aristophanes Ogyg. v. 711. à quo confirmatur  
tum id quod observavit Bochartus, viz.  
hic loci sermonem esse de migrantе grue,  
non adveniente; tum id quod notavit  
Salmasius, viz tertiam hic arationem in-  
telligi, qua sata inrantur.

*Σπαῖτεν μὲν, ὅτας γέρας  
Κράζειος τὸ πατέρα μιταχωρῆ.  
Scre quidem, quando grus  
Clangens ad Libyam discedat. Rob.*

450. Η τὸ ἀργεσίνα τὸ σημαντικόν] Copio-  
sissime de variis arationibus egit Claud.  
Salmasius ad Solinum Pag. 509. & seqq.  
Ed. Ultraject. ubi inter alia, hæc habet :

Ter-

*Tertiam arationem, quā sata inarantur, Hesiodus ἄρτη propriè vocat. De prima dixit οἰαὶ πολεῖν; de secunda, Σεπτὸς ἢ νορδίν, quae est rians vel iteratio; de tertia, ἄργος, quā voce sationem ubique intelligit, quia simul serebant, arabantque terrid. Sic de gruis adventu (imod verd abieci) εἰ τὸ ἀπόνι τοι σημῆν. &c. Et paullo post: αὐτοὺς καὶ διηγεῖ ἄργος, ἄργος γεδεῖσκος, hoc est, ἔργος οὐ σέρπετος καὶ τοῦτο ἀπόρος ὄφας. Ita alibi, apud eundem, ἄρης est serere: εἰ δὲ τὸν θελιον τροποῦ ἄρης χθονία διαρ. Vetus terram seri circa brumam. Nimirum, ἄρης est quidem semper arare, sed quia cum ultima aratione conjuncta erat satio, priore & posterius significatur. Intelligitur autem hīc & alibi satio tritici, de qua sola, quasi potissima agit Hesiodus, in hoc Opere. Clericus.*

462. Εἰαὶ πολεῖν, Σεπτὸς ἢ νορδίν] *Claud. Salmasius p. 510. Exercit. Solinianarum, ostendit Græcos quidem recentiores νῦν ac νορδίν dicere de terra, quæ primâ aratione novatur, quæ primū proscinditur; sed vetustissimos vocasse νορδίν secundam arationem, non primam, ex hoc Hesiodi loco. Prima aratio fit verno tempore, secunda æstate; quod νῦν vocat Hesiodus, Latini iterare. Νορδίν similiter vocant terram novalem, quæ iterata est. Et sanè hæc etiam significatio est verbi νῦν, de novo enim fieri, & novari dicitur quod secundo fit. Græci Interpretes veteres interpretantur ιπταμένην γῆν τῷ Σπύτει, καὶ ὁμολογῶν, ἀνεγυρίζοντες αὐτὸς αὐτὸς τὴν νῦν νορδίν. Quæ omnia secundam arationem Latinorum & iterationem designant. Quod offringere propriè dicebant; nam proscissione, hoc est, primâ aratione grandes glebae excitantur, quæ iteratione offringuntur, & rumpuntur, sequanturque. Hæc aliaque similia sèpius repetit, pro more suo, vir summus. Clericus.*

463. Νορδίν ἢ σεπτὸς] Idem pag. 514. obseruavit cùm toties novetur terra, quoties aratur, νορδίν dici non tantum agrum

primū proscissum, sed quamvis terram per omne id tempus quo vertitur & aratur, donec conseratur, quod liquet ex hoc Hesiodi loco. Sic & Odysse. 127, νεφέλη την τετράρη, in novali ter versato, quod tertiatum est, sive tribus arationibus motum. Xenophon: εἰ μάλει ἡμέραι η νέας ἑταῖρος, οὐλας τε δὲ της περιπλου αὐτῆς τίνειν, καὶ διπλῶς οὖν μάλιστα τερψθειν τοιούτοις: si bona futura est novalis, debet esse pura ab omni sylva, & quād maxime torrii à sole. Sed nec, quod Hesiodus νορδίν vocat terram, quæ æstate iteratur secundâ novatione, inde sequitur νῦν propriè dici de iteratione. Nam & τοῦτο γένος non de prima tantum, sed etiam de secunda ac tertia dicitur. Unde Σίπολης & τετράρη γένος. Alia hanc in rem, apud ipsum Salmasium, lege. Clericus.

464. Εὐκηλίτερα] In copia imprecationes non fiunt, sed in inopia, vide Proclum. Vult Hesiodus agrum probè cultum suppeditare victimum familias, quæ alioqui infensa fit patrifamilias, diris eum devovet, nec nisi cibo potest placari. Clericus.

470. Εὔχοντος μαχίλων] Non propriè intelligitur ligo, sed malleus ad occas frangendas. Scaliger. Imò verò ad invertendam in sementem terram; nam hæc est tertia aratio, non occasio, quæ secunda est. Vide ex Salmasio notata ad v. 462. Clericus.

476. Ερεύθην] Malim legi ἵερον, quād elidi γ, quod durum est. Hoc est, redundantem intus positum; ab ἵερον, eructo, & metaphorice redundo. Clericus.

477. Εὐοχέαν] Εὐοχέαν hīc legunt Molchopulus, Proclus, Tzetzes Interpp. Hesych. εὐοχέαν οὐ ἔχει, εὐοχήν πάρα, οὐταν, το. οὐρανον. ὅχι γάρ οὐ τροφά. Διάτης εὐοχήν opipara, latra convivia, οὐδε τὸ οὐ τροφά, Athen. εὐοχήν quasi οὐκτρό. Sed οὐκτρό magis placet. Clericus.

477. Εὐοχήν δὲ οὐταν] Male εὐοχέαν substituit ab aliis. Eustathius: οὐταν γάρ Η-

σιδός τονχεῖν λέγει, τὸ δὲ καλλοῦς καπνὸν. ἡ γὰρ ἀλλας ἰχθύου. τὸ εἰς ὑψος ἐπάρεις & συμβάντα. Item, ἕποδέ πῃ τὸ δέκατον δέκατον εἰς τροφὴν ἡς καὶ τὸ εὐχεῖν κατά πανα παρ' Ηπέδῳ. *Heinsius.*

479. *Ei δι νερονισσονεοντος*] Hoc est, circa Solstitium hibernum. Ex his constat, verba sunt *Cl. Salmasii* p. 517. Exercit. Plinianarum, legitimum sementis tempus, præcipue triticeæ, in Africa & Gracia omni, fuisse ab occasu Vergiliarum. Hoc *Hesiodus*, *Theophrastus*, *Xenophon*, & *Plinius* testantur. Et *Xenophon* quidem totum illud tempus serendi eis αρχίμων, καὶ μισθον καὶ ὄψιμον distinguit. Festinata satio à Vergiliarum occasu incipiebat, serotina circa brumam. *Hesiodus* ἐπαρέστων vocat, qui eo tempore ferit, ut contra αργυρεύτων qui circa Vergiliarum occasionem, v. 490. *Columella* Lib. II. c. 8. *Intelligi* debet tritici satio dicrum sex & quadraginta ab occasu Vergiliarum, qui sit ante diem IX. Calend. Novembris ad Bruma tempora. Sic enim servant prudentes agricole, ut quindecim diebus prius quam conficiatur Bruma, totidemque post eam confectam, neque erent, neque uitam aut arborem patient. Fallitur tamen vir summus in eo quod hic habet *σεις* & ἀπεξέρε, de quo vide ad v. 486. *Clericus.*

480. *Ημέραι απίκησις*] Hoc est, otio è, nam non erit cur festines. Atioqui segetem copiosam metentes satis temporis non habent, ut inter metendum sedeant. Festinandum enim periti Rei Rusticæ suadent. *Columella* Lib. II. c. 21. Sed cum matura fuerit seges, antequam torrèatur vaporibus astrus sideris qui sunt vastissimi per ortum *Canicule*, *CE LERIT*. *TER* demetatur; nam dispensatio est cunctatio. Cujus rei rationes postea tradit. At in rari segetibus, messis brevi absolvitur, etiam non festinantibus. *Clericus.*

*Ibid. Πτει χορεύεις λέγεται*] Psaltes Psalm. CXIX. 7. non implevit manum suam

*meffor, neque sinum suum colligator. Clericus.*

482. *Πτεις δὲ ον θνωται*] Psaltes detenui messe Ps. CXIX, 7. non dicerunt transentes, benedictio Jeboe vobis. *Clericus.*

486. *Ημερες κίκκως κοκκίνες*] Initio veris. *Plinius* Lib. XVIII. c. 26. de spatio quod est inter sequinoctium verum & exortum Vergiliarum: *In hoc temporis intervallo, quindecim diebus primis Agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante equinoctium non sufficeris: dum scias inde natam exprobationem fædram, putantium vites per imitationem cantus alitis temporarii, quem cuculum vocant. Dedeceas enim babetur, opprobriuusque meritum, falcam ab illa volcre in vite deprehendi.* *Clericus.*

486. *Ημερες κίκκως*] Sic Aristophanes in *Oysis.*

Χ' φένδ' ὁ κίκκως ἔστιν κάκκω, τόδ' οἱ Φοίνικες ἀνερτες τὸς πυρὸς ἐν τῷ τὰς κριθὰς ἐν τῷ μήλῳ κύριζον. *Rob.*

491. *Ει θυμῷ δὲ τὸ πάντα φαλαρον*] Hoc est, recordare. Est loquutio Phoenicia, de qua diximus ad Gen. XXXVII, 11. *Clericus.*

493. *Λέγων*] Adde iis, quæ de hac voce notata sunt, locum *Harpocratioris*: *Λέγων*, *Αντιφῶρ* ἐν τῷ τετρακοντάκιον, *Λέγας* ἐλεγοντος θυμούς τὰς τίτανας, ἐν οἷς γολὺς ἀγορτεῖς εραθέσθαι τολλοί. *Ομηρός*:

Οὐ δέ ιδεῖες εὐθανατον καλλίστον οὐδέμα βλαστάνει.  
Ηί τε οὐ λέγων.

*Kleidomos*, ἐν τῷ τετρακοντάκιον, *Διονυσίου* τοῦ Λαππανοῦ τὰς λέγας φαίνει. *Agidpus* ἢ θυμίας γένεται αὐτὸς, καὶ παρ' Ἀριανοῖς *Διογύρεος* θητεύεται: *Antiphon in Oratione contra Nicoclem.* *Lesches* publica vocabant loca, in quibus otiosum vulgus defidebat. *Homerus*: non vis cubitum ire in fabri ferrarii officinam, ait aliquam *Lescham*. *Cleanthes libro de Diis*, ait *Lesches Apollini* consecratas; esse autem exedris similes Deumque cognomine *Leschenorum* à quibusdam vocari. *Adi* & *I.*

Casaubonum in Characterem ἀδελφάς, apud Theophrastum, Clericu.

493. Λέγων ] A λέγω derivatur ἄλλος, vulgatus, de quo sermo est publicus. Herod. Lib. I. Τοῦτο, ἐπειδὴ ἡμεῖνα, εἰ τὸ Ιδάνιον πέντε ἔτη ἄλλα τὰ σικῆς. His, si modo sim incolomis, non Ionum, sed propria sua incommoda erant in circulis deploranda. Et in Lib. 2. Πιευλιχθύνεις, ejusdem vox significationis. Rob.

497. Πλεχώ πόδι ] Aristoteles in problematis: famelicis superiora arescant, inferiora tument. Scaliger.

500. Ελπίς δὲ ἐπειδὴ ] Ελπίς ἐπειδὴ Hesiodo est γένης κακού. Pindarus eam partem in homine ἀπίστα vocat, quæ cogitationibus vacat. Heinlius.

504. Μῆνα Δημητρία ] Plutarchus nescit quis sit ille mensis. certum est esse brumalem, respondebat Attico Ποντιῶνι, aut Γαμελίωνi. Scaliger.

504. Μῆνας Δημητρία ] Κατὰ τὰ μῆνα, subintellige, sunt. Mensis in quo sunt mali dies. Vel sic distinguendum: Μῆνας Δημητρία ( καὶ ἡμέτερα, βέβρα πάντα ) τὸν ἀκενάνθ. & placet. hoc est, mensis versus Januarium, (mali sunt dies, bobus noncentes omnes) hunc vita; pro, hunc inquam, vita. Vel appositivè μῆνας Δημητρία καὶ ἡμέτερα, βέβρα. π. hoc est, Mensis Januarium, malos dies: hoc est, qui mali sunt dies, hunc, inquam, vita. Giusius.

504. Δημητρία ] Apud Thebanos primus mensis dicebatur Βεργάνος, respondens Gamelioni Attico. Plutarchus in Pelopida: Τὸν γένης καλεόντος εἰ τῷ φεύγοντι οὐδέμεναι η Βεστιαρχία ἐτέσσει, ὁ Βεκάτος οὐγμάνων, cùm legē sanctissimum esset ab iis dari Βεστιαρχiam primo mense, quem vocant Bucatum. Hunc autem eundem, quem Hesiodus Δημητρία vocat, esse putat Plutarchus. Hesychius: Δημητρία Οὐδέντα μὲν τὸν Βεστιοτοις ἔπει τολμόν, εἰκάζεις ή Πλάταρχος Βεκάπον, ηγή γένος φυχεῖς έστιν. Secundus mensis erat Ερμαῖος. Sequitur apud Hesychium: έτιοι ή η Ερμαῖοι, οἱ μὲν η Βι-

κάτην θεοί οἵ γένος Αδητάναι, η η Δημητρίας επούλιοι η αὐτὴ γένεια. Ησε εξ Ιοσ. Scaligeri Lib. I. de Emend. Temporum. Posteriori rationi Hesychii repugnat quod alii docent de tempore celebrationis Λειτουργίας, quam referunt ad finem autumni. Vide f. Meursiam in Græcia feriata, ad vīcēm Δημητρία. Itaque in priore acquieverim. Clericus.

507. Οὐτοὶ δὲ Θεότης ] Operæ pretium est notare inter duos Poëtas antiquissimos in ejusdem rei descriptione similitudinem. Homer. Il. I. v. 5.

Οὐτοὶ δὲ θεοί οὐτοὶ Ήλύτες θείεστες ἴχθυόντες,  
Βορέος καὶ Ζεφύρους, τὰ περ Θερμαϊκὸν αντέ,  
Ελδόντες ἵππους· ἀμαλές δὲ τὰ κῆρα κα-  
λαντὸς

Καρδίτης, πολλὸν δὲ παρεῖχεν ἄλα φύγεις ἔχων.  
Sicut autem uenit duo pontum com-  
moveni piscosum,  
Boreas δὲ Ζεψύρος, qui εἰ Τρακία  
spirant  
Adventu repentino, simul autem δὲ  
unda nigra  
In acervum attollit, multamque  
extra mare algam fundunt.

In Thracia autem Boreæ speluncam collocat Callimachus in hymno in Delum v. 62.

Οὐτοὶ δὲ θεοί θείεστο  
Ηδυμόγενοι οὐκοῦντος δέ τι Θεοῖς οἴμενοι,  
Θύεσι Αρις οὐδέποτε σωτὸν ἔπειτο τὰ δὲ εἰ-  
σπτα

Επίθεμαχοι Βορέος οὐδέ τοισι οὐλίσσοντο.  
Ille quidem solum terrae con-  
tinentis,  
Stans in excelsō vertice Τρακίας Α-  
ετοί,  
Crudelis Mars obseruavit cum ar-  
mis: ejus autem equi  
Septemplicem Boreæ juxta specum  
stabulabantur.

Quem locum egregie exponit, ut solet omnia, Illust. Spanheimius. “Thracii “nempe dicti bujus venti specum, seu “antrum, non jam in Aëoliis insulis cum “Homero aut Marone, sed in Thracia cre-

" credita sc. Aquilonis, de quo ante ad  
" v. 26, patria, & quidem circa montem  
" *Ænum* collocat hic Callimachus, è quo  
" eundem Boream oriri dixit etiam su-  
" periori Hymno in Dianam v. 114.

*Ἄγριψ δὲ Θρύξ, πόντον Βορέαν γετεῖς  
Ερχεται.*

*Ænum ad Threicium, unde Boreæ  
procælla oritur.*

" Hinc à Dionysophane juxta eruditos  
" Apollonii enarratores lib. 1. v. 826.  
" traditum, foveam exitisse in Thracia,  
" è qua fierent flatus ventorum, atque  
" ita inde habitam, & qua de re jam su-  
" pra ad v. 26, Thraciam ventorum do-  
" micilium, Θράκην ἀνέμων αἰκισθέσι. Imo  
" sicuti Martis, Thracum nempe Dei,  
" equi juxta illud Boreæ antrum stabula-  
" re dicuntur hoc loco; ita ipse Boreas,  
" & socii venti Thrases equi indigitan-  
" tur à Valer. Flacco lib. 1. v. 611. Et  
" similiter quidem Boreæ procælla ἄμπ-  
" τι, equis similes, seu equestri celerita-  
" te à Sophocle vocantur juxta priscos  
" ejus interpres, Antig. v. 996. ubi  
" præterea ejusdem Boreæ antra prope  
" Thracium sinum Salmydessum collo-  
" cantur, qui sinus monti Æmo, seu Hæ-  
" mimonto, Thraciæ regioni, ab eo de-  
" nominatae, erat vicinus". Haec tenus  
Spanhemius; quem tamen non solito  
acutum notare credo, Boreæ specum ab  
Homero & Virgilio in Æoliis insulis col-  
locari. Hi quidem Poëtæ has insulas  
commune omnibus ventis receptaculum  
affignant, uterque tamen Boream in Thra-  
cia quasi in proprio suo domicilio collo-  
cat; quod de Homero patet ex supra  
citatib., & de Virgilio ex Æn. 12. v. 365.

*Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus  
alto*

*Insonat Agæco.*

Edoni, Thracii, quoniam in Thracia ha-  
bitare fingitur. Rob.

524. *Ἄνθεον]* Κλείταρχος ἐν γλωσσαις Φ.  
Πολύποδες οὐδὲ Λακεδαιμονίαν Ανθεὸν φησι τα-  
λαῖσθαι. Λειστίλιος δὲ φησι ψεῦδος Φ. τὸ καὶ τὰς

Πολύποδες· αὐτὸς δὲ ἱερὸς μὴ γεπιδίσσων, ἀλλ'  
οὐδὲ τὸ Πλατύτερον γεπιδίσσων. Proc. Suidas au-  
tem dicit Eledonen esse Polypi speciem,  
& sic nominari, λ redundante, quod se-  
ipsum comedit Ελεδόν. οὗτος πολύποδες, ἵπποι  
ἔχει κοτλυθύεια, καὶ δέσιν ἴππεται, ὡς φησί Αἰλια.  
ιρ. ἔστι δὲ τὸ λαβεῖσαν. γελεῖται δὲ ἐλεδόν τὸ  
τὸ ἱερὸν ἴδεται. Polypi etiam seipsum  
comedentis meminerunt ab Athenæo ci-  
tati Alceus, Εδεδ' ἵματον ὡς Πολύποδες. Et  
Comicus Pherecrates in fabula cui titu-  
lus est, *Agrestes*. Οπίτες δὲ ἤδη φενέφοι  
οφέδρα, οὐαρεῖ τὰς Πολύποδες γύναις φενέπε-  
γον αὐτῆς τὰς δακτύλους. Et Diphilus in  
*Emporo*,

*Πολύποδες ἔχον ἀπάσις ὁλομελεῖς τὰς κλικί-  
ρας,*

*Οὐ μετερωκός ἱερὸν δέσι, φίλταπε.*

Polypum vero seipsum arrodere negat  
Athenæus lib. 7. τὸν δὲ ἔστι φίλταπε. οὐδὲ δὲ  
τὸ γένγκων πλακόμενος τὰς πόδας ἀδηνίται.  
Quod etiam confirmat Plinius lib. 9.  
cap. 29. *Ipsum brachia sua rodere fal-  
sa opinio est: id enim à congris evenit  
ei.* Nam cap. 30. tradit idem, *Avidissi-  
mos esse concharum; illas ad tactum  
comprimi, præcidentes braccia eorum,  
ultraque escam ex prædante capere. In-  
sidiantur ergo polypi apertis, impositoque  
lapillo extra corpus, ne palpitu ejicia-  
tur, ita securi graffiantur, extrabuntque  
carnes, ille se contrahunt, sed frustra,  
discuncaleat.* Polypodis vero cubile, quod  
τὸ οἶκον, & τὸ ιδεῖαν vocat Hesiodus in *Sall-*  
*μη* ab aliis scriptoribus særissime nuncu-  
patur. Homer. Odys. B. v. 432.

*Οὐ δὲ διεπολύποδες θαλάσσης ἔξελκομένοι.*

Et in Hymno in Apoll. v. 77.

*Πελώποδες δὲ τὸ έμοὶ θαλάσσης, φῶκαι το  
μήτραι*

*Οἴκα ποιούσταις ἀκοῦται.*

Et Callimachus in Epigrammate

*Μαζὶ μοι εἰς θαλάσσην ἔδει, ὡς πάγος, (τι-  
μηδὲ δὲ ἄττος)*

*Τίκτοται νεοτέρης ἄνων Αλκυόνης.*

Ita enim optime hunc versum emenda-  
vit Celeberr. Bentleius. Eandem vocem

sc. οὐλάριον eodem sensu usurpaverunt Aristoteles, Theophrastus &c. Rob.

527. ἐπὶ κωνίαν ἀσπᾶν] Qui intelligebat solis arcum diurnum, tempore brumæ minorem apud Græcos, maiorem esse in Æthiopia, quam hic describit, debuisse intelligere esse Antipodas. Attamen, admissio priore, posterius, quamquam necessarium consecutarium, intelligere non potuerunt Veteres. Clericus.

533. Τεῖνος βερτόνιον] Hoc est, seni. Respicit Hesiodus ad ænigma Sphingis, τὸ δὲ πὸ αὐτὸν τείνει, γὰρ τείνεται; quid sit idem bipes, tripes & quadrupes? O Oidipus ἀποίκιον τὸ Sparax τὸ σχηματικόν. rūmor μὲν γὰρ αὐτὸν ὑπέχοντα τείνεται τὸ αἰχματοτοξίον γάρ τείνεται, βάντοι εἴς χειρόθυνον οὐδὲ οὐδείνεις: Oedipus declaravit hominem esse quod propositum erat, infantem enim quadrupedem esse, autētum verò bipedem, senem denique factum quadrupedem, scipione uentem, propter infirmitatem. Verba sunt Diodori, è Libro IV. Bibliothecæ. Clericus.

538. Σπίρους δὲ εἰ πάνη] Κερύς est flocus, κέρκη, aut κέρες subtemen. Idēd vestes, quæ ad hyemem & frigus parantur, raro stamine, denso subtemine tertiū jubet Hesiodus: Κερύδης enim εἰ τὴ κέρκη, non in stamine. Idēd durius & retortiore filo stamen, molliore & magis laxo subtemen. Nam in solo subtemine mollities illa lanuginosa, quo panno supereminet, & quam pectit ac polit spina fullonis. Insignitè factus ad hoc probandum locus Platonis, qui vulgo male exponitur ab Eruditis & non rectè legitur. Est in Politico: οὐδὲ γὰρ τῷ γονάψιον ἔλιγη ἴμμηντος τὸν μαλακότητα ἴσχει, τῶν ταῦτα ἄρα κρύκιον μὲν οὐτε, οὐδὲ ἀντιταγμένον αὐτοῖς τίνει τὰ κρύκια κροκοντητοῖς: Θεατικηνque spinea fullonice tractui accommodatae habent molliciem, ea cęse subtemen cum neta sunt, artem verò iis præfectam artem nendī subtemen. Hæc aliisque huc spectantia habet Claud. Salmasius Exercit. Plinian. p. 277. Clericus.

542. Πίλοις] Coactilibus, & propterea udones illi à Jurisconsultis ἐμπίλα dicuntur, quæ aliter pedulia in Regula Sancti Benedicti. Erant etiam pilia ex coactilibus & ex detritis vestimentis. Stat. IV. Sylv. in Risu Saturnalito v.24. Cæsis pilia fusa de lacernis. & sœpe apud Martialen. Scaliger.

542. Πίλοις δὲ ἕτεροι πυρίσαν] Etymologicum magnum: Πίλος, τὸ ἐξ τείνεις καρπίου, τοὺς πὸ κοινωδεῖς ἀπηγένετον. ἐν ἡμεῖς πλατὸς φαμένοι: quod ex lanis elaboratur ad cubandum paratum, quem nos pilotum vocamus. Tum affertur locus Homeri & v.545. Hesiodi, ac tandem hic 542. versiculus illustratur: Σπιρίνει δὲ ἀρτεπία, πανία, ὃς παρὰ τῷ αὐτῷ, πίλοις, γὰρ εἴης. πίλοις ἔρνει πυρίσαν. Φίνος οὖδε τὸ πίλον, ποτὶ πλάστης τοῦ ὄντος, γὰρ κράσιν πίλον. Quæ verba multis interpretatur Claud. Salmasius in Lampridiū Alexandrum Severum, pag. 521. ed. Parisinæ, ubi ostendit πίλος esse udones, hoc est, laneos calceos ex lana coacta factos: qui intra calceum quidem habebantur, ut hic, verū & ipsi vicem calceamenti præstabant, domi & intra cubiculum. Calceones eos hodie vocamus. Clericus.

543. Πρωτογόνον] Sive, ut habent Græci Interpretes, præstantissimi sint foetus ii, quos pecudes primos in flore ætatis pariunt; sive, singulari idiomate Lingue Bæoticæ, primogenitæ dicerentur pecudes in suo genere eximias, quemadmodum apud Hebræos בָּכֹרִים bchorim, ut Hebræi Lexicographi docebunt. Clericus.

546. Πίλοις ἔχειν ἀσπάντοι] Græcis, ut habet Salmasius ad Capitolini Pertinacem; πίλος & pedum & capitis dicitur, quod hoc loco Hesiodi probat. Diminutivum ejus est πίλος, unde pileum Latinis. Apud Latinos cudo utrumque significabat, & galerum, vel pileum, & pedule; nam cudo est πίλος à cudendo. Cudere autem est ferire & fundere. Alia, apud eumdem, vide. Ibid.

549. Αὔρη πέμπτῃ ] Voce aér intelligenda tenuis illa nebula, quæ una cum rore, è cœlo in terras decidit, non excluso tamen rore crassiore. Sæpè aér, apud *Hesiodum*; nebulam significat, ut v. 255. Vide & sequentes versus, ubi hic aér ex humore evectus dicitur & ventos creare; unde manifestò liquet vaporem intelligi. Hinc mihi fit credibile emendandum hunc locum *Hesychii*: Λύγη, καῦμα, ὄμιλος, hoc modo: Αὔρη, πεῦμα, ὄμιλος, *ventus*, *nebula*; ita ut *Hesychius* ad hunc *Hesiodi* locum respexerit. Id.

550. Αὐτοῖς τερατοῖς ] Scribendum videtur αὐτοῖς τερατοῖς. Quidam codi. αὖτε αἴστοι. quam lectionem sequitur Tzetzes. ex ea, quamvis sequiore, nostra confirmatur. *Guiccius*.

558. Χαλκὸς μελάνης] Oblitus jam videtur *Hesiodus* eorum, quæ supra ad v. 516 dixerat

Πάντα δὲ τὰ,  
Οὐραὶ ἐπιταραχαὶ τείχες αὐτῆς, ἡ Αἰγαίου  
Ιε ἀρίψις Βορᾶ.

Sed optimis poëtis nonnunquam fas est obrepere somnum. *Rob.*

561. Τινασσόμενοι] Hæc declarant manifestò annum desinere statim à frigoribus. ergo ver erat initium anni in signo tauri. Virgil. I. Georg. v. 222: *Candidus auratis aperii cum cornibus annum*. Annus incipiebat à matutino ortu Pleiadis. *Scaliger*.

562. Ιστοὶ νύκτες τοὺς ἥμερα] Hoc est, cibos præbe ad mensuram laboris diurni & quietis nocturnæ, ita ut per totum annum dies & noctes sequentur; hoc est, labori dierum alimenta debita, quieti noctium respondeant. Καὶ θάλαττας βάθειας τὰς νύκτας τοὺς τὰς ἥμερας, τοὺς τὰς νύκτας τοὺς ἥμερας, τοὺς τὰς νύκτας τοὺς ἥμερας, obscurus & impli-  
citus locus. *Guiccius*.

566. Αρκτοῖς] Temporibus *Hesiodi* bruma erat circa 7. aut 8. Januarii, ergo circa decimam Martii dicit oriri Arctum. Hoc autem accidit circa initia Olympiadum, quo tempore sine dubio fuit

*Hesiodus*. Sunt autem 2370. anni à prima Olympiade, incepitque hoc proximo solsticio præterito 1594. bis millesimus trecentesimus & septuagesimus annus. *Scaliger*. Incidebat bruma in 30. Decembris, tempore *Hesiodi*, ex calculo Petaviano, Var. Diss. Lib. VII. c. 5. *Clericus*.

566. Αρκτοῖς τῷ τῷ ἔτει] *Plinius* de seculo Juliano Lib. XVIII. c. 26. *A Fenorio in Aequinoctiam vernum Cesari significat XIV. Calendas Martii triduum varie, & VIII. Calendas birundinis visu, & postero die Arcturi exortu vespertino. Columella Lib. IX. c. 2. IX. Calendas Martias Arcturus primâ nocte oritur. At in Petaviano laterculo acronychus exortus Arcturi fit in piscium gradu 14. qui in Calendario Martii V. convenit. Sed ortus vespertinus verus, quem tabula præbet, posterior est apparenti. Hæc & alia *D. Petavius* Lib. II. c. 8. Var. Dissert. *Clericus*.*

567. Αρκτοῖς] Idem est quod dicitur ἀρκτοῖς, nam ἀπόρητος idem est ac ἀρπή νέα, seu primordium noctis. Intelligentus, ut videtur, de ortu apparente. Ortus autem, ut hoc in gratiam tironum addatur, vespertinus verus est, cum occidente sole, stella oritur ex adverso, neque tamen, propter solis aut lucis vespertinæ fulgorem, aspectabilis est. Ortus vero vespertinus apparent, quando sol longiusculè ab horizontali diametro progressus est, adeo ut post ejus occasum emergens ab oriente stella conspicua sit. *Clericus*.

568. Οφρυγῶν] Quia summo mane solent hirundines canere. Alii tamen legunt ὄφρυγων, ut *Hesychius* & auctor Etymologici magni, cuius hæc sunt verba: Οφρυγῶν. ἡ μεγάλας σπηλαιῶν ἡ νερὸν ἀχύνει. Ήνδρος. οφρὺς — σπηλαιῶν, ἡνδρὸς ἡ περιφέρεια, ἡ μεγάλη ὄφρυς. Sic οφρυγῶν esset excitans luctum. Prior tamen lectio magis placet. De luctu hirundinis vide quæ ex Poëtis collegit *Sam. Bochartus*.

*chartas Hieroz. Part. 2. Lib. I. c. 10. Clericus.*

568. Ορθογύνη Παρθενίσις] Hor. lib. I. E. p. 7.

— *Te, dulcis amice reviset  
Cum Zephyris, si concedes, & bi-  
rundine prima.* Rob.

570. Τίλιον φθάλιμφον οὐρανόν τετταφίπους] Co-  
lamella Lib. IX. c. 1. postquam VII. Cal.  
Martias conspicere dixit hirundinem, paul-  
lò post, à *Calendis Martii*, inquit, exi-  
mia est vitium putatio, usque in deci-  
mum Calendarum Aprilium, si tamen se  
gemmae nondum moveant. Clericus.

571. Φερίονθος] Albenæus Lib. II.  
p. 63. Ήσόδος ή κοχλίας φερίονος χρέος, η 'Α-  
ραξίας δί,

'Απόστολος ἐπὶ τῷ κοχλίων πολλῷ πάντα,  
Οἱ φερίονος οὐσίαις τὰς οἰνας:

*Hesiodus Cochleam vocat domiportam,  
Anaxilaus verd: Cochleis tu es multò  
diffidentior, quæ præ diffidentia circum-  
ferunt domos. Cicero de Divin. Lib. II.  
c. 64. Quid me igitur mones? ut si quis  
medicus agroto imperet ut sumat*

*Terrigenam, berbigradam, domiport-  
tam, sanguine caſsam,  
potius quam bominum more cocbleam  
dicens. Quod cum ita sit, miror cur in-  
terpretes Latini testudinem hactenus ef-  
fent interpretati, præsertim cum testudi-  
nes in arbore non repant; quod jam  
observarat ante nos Sam. Bochartus Hie-  
roz. Part. 2. Lib. IV. c. 30. Clericus.*

578. Ήσόδος γδ τ' ἔργον] [Ad hunc locum  
notavit Plutarchus, Homerum Epitheta  
pulchritudinem & delectionem exhi-  
bentia Aurora attribuisse, nempe κερό-  
πιδος, & ξελδάκηπος; eam vero Hesio-  
dum per utilitatem suam melius descri-  
psisse. Τὸν μὲν οὐρανὸν ὁ Πλέταρχος  
θεῖται εἰς τέλευταν κύβουμένην τὸν ἡμίσεαν κορυφήν,  
κροκόπιδον αὐτὸν λέγοντα μὲν ξελδάκηπος.  
η' οὐ Ήσόδος μετέβητος τὸν τέλευτον οὐδὲ η' αὐτοῖς  
κατεῖ τὸς ἀνθρώπους, τοῦτο τὸ ξελδάκηπος εἰς τὸ  
ἴναργον μετέπειπος γενεῖ. Proc. Notari tamen  
debet, nullam exinde laudem ad Hesio-

dum accedere, vel detrahi ab Homero; quoniam ille Aurora utilitatem data ope-  
ra descripsit, hic vero obiter tantum Au-  
roræ meminit. In aliis locis, ubi levis  
tantum incidit Aurora mentio, iisdem  
Epithetis, quibus Homerus, utitur Hesio-  
dus. Sic v. 610.

Αρχιτεχνος δὲ τοῦ ξελδάκηπος Ήσόδος. Rob.

579. Ήσόδος τοι φερίονθος] Non dubium est  
quoniam hoc respexerit Aristarchus, cum in  
illo Theogoniæ loco, Καλλίστη, η μὲν φε-  
ρίονθος θεῖος ἀπαντά, exponit, φερίονθος  
πειθάρετος. Vetus Glossa ad Theogoni-  
am. Λείτουρχος τὸ φερίονθος, ἀντὶ τὸ φερ-  
ίονθος οὐδεὶς οὐδεῖς, πότερον τῷ πρῶτῳ, η  
τῷ χείρᾳ φερίονθος. οἱ δὲ ιπποτάτοις. Eu-  
stathius: τὸ δὲ φερίονθος πειθάρετον θεῖον τὸν  
φερίονθος, ἀφ' οὗ παρὰ τοῖς θεοῖς φερίονθος  
παρῆκεται λέγοντος. Οὐτὸν τὸ φερίονθος η τὸ γενέτη λέ-  
γεται, οὗτον καὶ οὐ φερίονθος, μᾶλλον θεῖον. Ησόδος  
τὸ δὲ πολὺ φερίονθος μὲν οὖτε, πειθάρετος τὸ οὐρανόν  
η τὸ σπηλαιούραμον τὸ φερίονθος οὐκορέττει τοῦ  
ἐκ αὐτούχου μαλακέτου ἀντὶ τὸ φερίονθος, ἀλλ'  
ἀντὶ τὸ φράγματος, φροκόπειον ποιεῖ, προκατεῖ, φρο-  
κόπειον. Heinlius.

582. Σκόλυμα] Articulus sauvage, ali-  
ter chardonne. Kirupa artichaut cultivé.  
Κάρταρια carda. De Scolymo vide Diosco-  
rid. lib. III. 16. de cacto vide Athenæum.  
Scaliger.

582. Σκόλυμα] Graviter errant, ut pu-  
tat Claud. Salmasius ad Solinum p. 161.  
hujus ætatis eruditæ fermè omnes herba-  
rii, qui Σκόλυμα Græcorum persuadere no-  
bis volunt fuisse, quem Latini propriæ  
Carduum vocabant, nos Articulum.  
Hanc saltem differentiam agnoscunt,  
quodd Σκόλυμα agrestis sit. Carduus sati-  
vus. Ego genere distingui censeo. Σκό-  
λυμα vox Græca est, quæ nomen in La-  
tio non habet; idēc Scolymus Latinæ  
suâ voce vocandus est, non Carduus, ut  
faciunt vulgo apud Theophrastum &  
Dioscoridem. Græci omnes, non solum  
Paulus & Aetius, verum etiam Diosco-  
rides ipse Kirupar & Σκόλυμα separant.  
Atqui certum est καρπός Græcis dici, quem  
La-

Latini vocant *Cardnum*, Siculi Κάκλον. *Scolymus* Græciæ notissimus, unde illud Hesiodi & ex eo Aristotelis δὲ Σκολύμων. Hoc florente, mulieres libidinis avidissimæ. *Scolymum* in cibos Oriens & Græcia receperat. Plinius Lib. XXII. c. 22. *Scolymum quoque in cibos recipit Oriens & alio nomine Limoniam appellavit.* Fructus est numquam cubitali altior, cristisque foliorum ac radice nigra, sed dulcis. Eratostheni quoque laudata in pauperis cena. Edulis est potissimum radix, sed & herba adhuc tenella. Qua de re, pluribus vir summus, quem vide. Clericus.

582. Ημερος ἢ Σκληρωσ] Ephemeris Hesiodi æstatem definit δὲ σκολύμων. Multi viri docti disputatione, quid sibi velit Philosophus in Problematis, cum hoc modo hunc versum adducit: Διὰ τὸν τὸν Σέπον οἱ περὶ ἄρδης θεῖον σύναπτον ἀφεσθεῖσιν. αἱ δὲ γυναικεῖς μᾶλλον, καθίστηκεν ὁ ποιητὴ λέγοι δὲ σκολύμων, Μαχλότεται δὲ γυναικεῖς, ἀφεύγουσι δὲ περὶ ἄρδης. Quo loco quidam, inter quos fuit vir summus Camerarius, κανόμων legerunt: alii κανόμων: κάνοντο enim, dicunt, ἐπαντις exponitur ab Hesychio. Sed mirum viris doctis, in re tam levi aquam hæsiisse, præsertim qui φραχιλογίαν Aristotelicam cognitam haberent. Hesiodus æstatem constituit δὲ σκολύμων ἢ τέττυρις, ita loquuntur eleganter οἱ χαεινῆται, id est, tempore cardui & cicadae, vel, dum carduus & cicada est. Hoc secutus Aristoteles, dixit Hesiodum falacitatem mulierum, viromam verd impotentiam constituere δὲ σκολύμων. Non vacabat Aristoteli aliud agenti citare versus illos, Ημερος οὐ σκληρωτὸς τὸν ἄρδην, & quæ sequuntur, Μαχλότεται δὲ γυναικεῖς. Propter ea, eleganti ratione dixit, καθίστηκεν ὁ ποιητὴ λέγοι δὲ σκολύμων, *ficus Poëta Hesiodus dicit de tempore quo viræ carduus.* Quod biac desumit Alcæus, cum dixit: Αρδηὶς ἢ δὲ σκολύμων: τῶν δὲ μαρτσαριῶν γυναικεῖς. Diximus Hesiodum, in libris Egeor, etiam spurius complexum esse. Ostendit ita-

que hic, postquam ver absolvit, quid agendum sit δὲ σκολύμων ἢ τέττυρις. Hein-sius.

582. Ηχέτη τέττυρις] Alcæi versus citantur à Proclo, quibus hunc Hesiodi locum Poëta ille imitatus est. Τέττυρις περιμορας εἰναι. τὸ δὲ ἄρδην φερτίλεται. οὐ δὲ ὅρα χαλεπά, ἀλλοὶ δὲ ἐν πεπάλαι ἀχέτη τέττυρις. ἀρδηὶς γένεται σκληρωσ. τῶν δὲ μαρτσαριῶν γυναικεῖς. λεπτοὶ δὲ τοι ἄρδης. ἕπει καρακλής ἢ γύρατα Στίχος ἀλλοί. Hanc etiam anni tempestatem eodem modo descripsit Aristophanes Ep. 1159.

Hinc ἀντέχεται  
Ἄλλο τὸ δέδιον τομόν,  
Διασκοτῶν, ἔδεικε,  
Τὰς Λυγίας ἀμπτίλιας,  
Εἰ πιπάνεισον ἄλλη. Rob.

589. Περγαί τε σπῆ] Quâ nulla major ac frigidior. Similis imago obversabatur animo Prophetæ Esaiæ, cum scribēbat Cap. XXXII, 2. de re exoptatissima: *Erit in istar rivorum aquæ in ficeo loco, atque in istar umbræ ingentis petræ, in fistulosa terra.* Clericus.

589. Βίβλιον οὖν] Byblinum vinum, cuius meminit Festus & Theocritus, est vinum cuius vitis delata erat ex urbe Syriæ Byblo, ut Romæ Nitobrix, de Bourdeaux. Scaliger.

589. Βίβλιον οὖν] Huc transferemus integrum adnotationem Lucae Holstenii ad vocem Βίβλιον, quem Stephanus Byzantius docet fuisse nomen regionis Thraciæ, à qua vinum *Biblinum* dictum. “Αἴθηνας Lib. I. p. 31. Αχαρεὺς ή Βίβλιον “(ιππαρεῖ) Εὐθύνητο, Βίβλιον μεδίνης ἐκπόμπητ. “Καλεῖται γένεται περὶ τοῦ χωρίου ἦτοι σφυτα-“ γοφενομένῳ. οὐδὲ δὲ τὸ οὐδὲ φίλιον, “Οη πατέρες Λεόντιον, Χῖον. Πάταν: “Θάσον, Βίβλιον, Μεριδῶν, οὐδὲ τοῦ μηδὲ “Κρατηλῆρ. “Επίχαρμος δὲ τὸ περὶ οὔρου Βίβλιον φυτὸν εἶ-“ τὸν διοριζόμενον. Αριθμίας δὲ Θράκης φυτὸν τοῦ Εἴδη “χωρίου ή Βίβλιον, λινοῦ αὐτοῦ Τισσόλινον ἢ Οίσιον. “μέντος φραγμαργονευθέντα. διπλοῖς δὲ οἱ Θράκαι “ἴστανται τὸ μέντον τοῦ Βίβλιον, τοῦ οὐαλέως τὰ πλα-“ τον αὐτοῦ χωρία.

“Nisi

“ Νῆσος δ' ἐκ Λάμψης παρέστησεν οἶνος ἄγκυστος.  
“ Ιππίας τὸν Ρωμαῖον φύλακαν καλεύθεις ἔμπει-  
“ λον Βιβλίους φυσὶ καλεῖεῖται, τῷ Πόλλῳ τῷ Αρρέον,  
“ οὐδὲ ἔκαπιτελεῖσθαι, φερόντος εἰς Συρακούσας  
“ σας κορώνας τὴν Ιταλίας· τοῦτον ἦν οὐ παρεῖ Σικελία.  
“ Λιώτας γλυκύς καλέμφων Πόλλοις, οἱ Βιβλίοις  
“ ροήσαντος. *Acbasus Biblinum commen-*  
“ *das: excepit Biblini vini poculo. Sic*  
“ *autem vocatur à loci cuiusdam nomine.*  
“ *Dicit etiam Philinus:*

“ Præbiturum me tibi Lesbium, Chi-  
“ um. Papæ!

“ Thasium, Biblinum, Mendæum, ita  
“ ut tu non

“ Inebrieris.

“ *Epicharmus à quibusdam Biblinis mon-*  
“ *tibus vocatum ait. Armenidas verò*  
“ *tradit Thracia partem vocatam esse*  
“ *Biblam, quam Tisaram & Oesymam*  
“ *dicunt. Thracia quidem, ob vini quod*  
“ *fert præstantiam, & vicina omnia ei*  
“ *loca admirationi fuit:*

“ Naves ex Lemno aderant vinum  
“ vehentes.

“ *Hippias Rhiginus quam vitam tortuo-*  
“ *sam vocabant, Biblinam dictam fuisse*  
“ *ait, eamque Argivum Pollin, qui re-*  
“ *gnavit Syracusis, primum ex Italia*  
“ *Syracusas invexisse. Quamobrem quod*  
“ *dulce vinum Siculi nuncupant Bibli-*  
“ *nus fuerit. Quem locum idē ad*  
“ *scripsi, ut qui eum legerint de scriptu-*  
“ *ra certi corrigant porrō vulgatos He-*  
“ *siodi Codices in Operibus, v. 589. in*  
“ *quibus Βιβλίοις οἶνος legitur, pro Βιβλί-*  
“ *οῖς. Ad quem locum Moschopulus:*  
“ *Βιβλοὶ ποταμὸς ἢ πάτερ Θράκης. Distin-*  
“ *ctius Proclus; sed foedo vitio infectus:*  
“ *οἶνος Βιβλίον (pro Βιβλίον) ὁράξιος (lege,*  
“ *οἱ Νάξιοι) παραποταμὸς γεννηθεῖς παν ποταμὸς*  
“ *ἄπειρος ποταμὸς (lege, παραποταμὸς) Τζε-*  
“ *τζεῖτες ineptit suo more. A corrupta au-*  
“ *tem lectione Hesiodi deceptus est Eu-*  
“ *stathius, qui ad Iliad. A. p. 871. Βιβλί-*  
“ *οῖος οἶνος, & Βιβλίος χάρας scribit, tam-*  
“ *quam Hesiode auctore. Adde Theo-*  
“ *critum qui Idyll. XIV, 15.*

“ — ἀνάργετα δὲ Βιβλίον αὐτᾶς

“ Εὐρόν τετόπερ εἴτεν.

“ *Aperui istis vinum Biblinum, odora-*  
“ *sum quatuor annorum. Pro Βιβλίον,*  
“ *Denique Suidam, apud quem, Βιβλίον*  
“ *πόλις Σικελίας, pro Βιβλίον, ut hīc, quem-*  
“ *admodum ex ipsa litterarum serie ma-*  
“ *nifestum est. Haec tenus Holstenius, qui*  
“ *in loco Albæci nescio quare prætermi-*  
“ *serat verba Philiini, quæ quām maximè*  
“ *faciunt ad rem, nosque docent cur He-*  
“ *siodi suadeat æstate bibere vinum Bibli-*  
“ *num. Ex iis enim liquet fuisse tenuē vi-*  
“ *nūm, & quod non facilè inebriaret; qua-*  
“ *le bibendum æstate, non generosius, cu-*  
“ *jus fumi facile inebriant, & vis etiam ve-*  
“ *hementior incendit. Ceterū universa*  
“ *Thracia, propter frequentiores montes,*  
“ *non est ferax vini, sed tantum partes me-*  
“ *ridianæ. Clericus.*

589. *Εἰς τοὺς μὲν περὶ τὰ οἰνά] Hæc mihi le-*  
“ *genti veniunt in mentem summi Poëtæ*  
“ *carmina, quæ, licet politissima, haud ta-*  
“ *men penitus ab antiquo nostro & rustico*  
“ *Poëta abhorrent.*

*Rura mibi & rigui placeant in val-*  
“ *libus amnes;*

*Flumina amem sylvasque inglorius;*  
“ *O ubi campi,*  
“ *Sperchiusque, & virginibus baccha-*  
“ *ta Lacænis*

*Taygeta! O qui me gelidis in valli-*  
“ *bus Ami*

*Sifat, & ingenti ramorum protegat*  
“ *umbra! Georg. 2. Rob.*

598. *Εὖτε περὶ τὴν οὐρανὸν θείας οἰναρος]*  
“ *Orionem Theophrastus, in Libro de ven-*  
“ *tis, ait oriri τὸν ἀρχῆν τὸν πάτερα, διειστὸν δὲ τὸν*  
“ *ἀρχῆν τὸν πάτερα, ubi πάτερα pro æstate jam*  
“ *inclinantur sumit, diebus aliquot à confe-*  
“ *cto solstitio. In laterculo Petaviano, lu-*  
“ *cida pedis Orionis Heliacum ortum facit*  
“ *Carcinonis XVIII. Julii XII. Sed Theop-*  
“ *hrasti ævo & Athenis maturius id fie-*  
“ *bat. Verum post ortus heliaci diem ex*  
“ *tabulis confessum, apparentes iidem or-*  
“ *tus matutini repetuntur. Itaque propa-*  
“ *ga-*

gatus hic ortus est usque ad *incepit* initium. *Polybius* Lib. I. scribit Romanos in Africam è Sicilia trajecisse, inter ortum Orionis & Sirii, incommodâ tempestate. Ortum intelligit utrobique heliacum. Nam Sirius Leontonos VIII. in eunte Augusto, Orion paullò post solstitium oriri incipiebat. Ergo Julio mense navigarunt. Sic *Hesiodus* messis ac trituras tempus circumscrimit Orionis exortu. Hæc aliaque id genus habet *Peta-  
vius*, Variarum Dissert. Lib. II. c. 8. *Clericus.*

599. Χάρης ἐν εὐαῖ] *Varro* de R. R. Lib. I. c. 51. *Aream esse oportet in agro, sublimiore loco, quā perflare possit ven-  
tus.* Vide & *Columellam* Lib. II. c. 20. *Clericus.*

610. Αρκτοῖς δὲ τοῖς γόδωνται ἡσ] Arcturi intelligitur Heliacus ortus, qui incidit in Virginis 27. gradum, hoc est, Septembri XXI. quod *Hesiodi* ævo aliquot diebus prius siebat. Is est verus ortus, nam appartenens aliquot diebus se-rius fit. *Clericus.*

613. Εκτῷ δὲ τῇ ἀγρῷ ἀφίσαι] Mitor *He-  
siodium* nihil de calcatione racemorum, expressioneque succi, vi torcularis dixisse. Præterea ei exigua oportet esse vineta, qui racemos soli & umbras tamdiu expo-  
nat; nam in ingenti racemorum copia fieri hæc, sine multis incommodis, non posunt. Fortè de exigua copia vini, ejusque præstantissimi, conficienda agit. *Clericus.*

615. Πλιάδες δὲ τὰς τι] De Pleiā-  
dum occasu egimus ad v. 384. Superest ut aliquid dicamus de occasu duorum aliorum Asterismorum, quorum hic meminit *Hesiodus*. Utriusque autem intel-  
ligit occasum matutinum, seu *Cosmicum*. In Petaviano laterculo, Palilicum, id est, lucidissima Hyadum in oculo Tauri posita, mane occidit, in gradu IX. Scorpiorum; id est, Novembrii II. quo die *Columella* Tauri caput occasum fa-  
cere scribit. At in Ægypto, matutinus

occasus siebat in gradu Scorpii XI. No-  
vembrii IV. Sed idem *Columella* sucu-  
lam mane occidere ait XXI. Novembrii,  
qui est apparet occasus matutinus, vero  
posterior. Vide *Petavium* Var. Dissert.  
Lib. II. c. 8. *Clericus.*

*Ibid.* Τὸ τὸ διὸς σεῖαν] Lucida  
stella pèdis Orionis mane occidit, Scor-  
pionos V. Octobris XXIX. Zonæ mediæ  
Scorpionos XII. Novembrii V. Hume-  
rus dexter Scorpionos XXI. Novembrii  
XIV. Itaque initio Hyemis verè dictus  
est occidere. *Clericus.*

616. Λεύκη μαρνήθεντος] Vide notata  
ad v. 384. *Clericus.*

617. Πλιάδες] Annus, πλιάδες non dubi-  
to dictum esse, quia maxima pars *Gre-  
corum* annum ἄνοιξε πλιάδες incipiebant,  
unde πλιάδες dictus. *Scaliger.*

*Ibidem.*] *Arati* Scholiastes ad Tme-  
ma 24. τὸ πευρόθεν Ed. Morelianæ anni  
1559. Απὸ τέταρτος, inquit, τοτὲ ἵξοχοι τοῦ  
πλιάδων ἐκλέγονται ἐν τριωντάς: ab bisce, per ex-  
cellentiam, *Pleion* vocatus est annus. He-  
sychius tamen aliunde deducit, sic enim  
interpretatur: Πλιάδες, ὁ τριωντάς, τὸ τού-  
τον τὸ κερπὸς τὸ γῆς αὐγοπλανῆσθαι. Hæc vox  
occurrit & in Casandra *Lycophronis*:

Eἰς πέρτη τὸ πλιάδες ἰμπαράζειχος.

Quinque circiter annos leedi cupidus.  
*Clericus.*

617. Αρκτοῖς δὲ τοῖς] Hoc est, singulæ an-  
ni tempestates, singulique menses ita in  
opera rustica describantur ac dividantur;  
ut totus in opera, suis temporibus ad-  
scripta, impendatur. Quapropter Rei  
Rusticæ Scriptores diligenter annum di-  
viserunt, & notarunt quæ singulis ejus  
partibus fieri oporteat. Vide *Varro*  
de R. R. Lib. I. c. 27. & sequentibus, &  
*Columellam* Lib. XI. c. 2. *Clericus.*

617. Πλιάδες τὸ χρόνος] Non intelle-  
xerunt hæc interpretes. Ac primo Mo-  
schopulus quantum à sensu horum ver-  
borum absit, perspicue fatetur, cum ἴστη  
per ἴστη reddit. Satis superque alibi pro-  
babimus, ne iterum hæc repetendum sit,  
in

in libro nostro singulari, contra Tzetzen, Ephemeridem in operibus Hesiodi, non in diebus, esse: cùm autem designatio ejus passim ferè sparsa sit, manifestè tamen ibi incipere: Μίρα ἢ Λικαιῶνα. Ita ut tota agriculturæ doctrina in Ephemeride definat. Hanc postquam cum anno terminavit, cuius doctrina ab hyeme incipit, in autumno definit, totam simul Ephemeridem & agriculturæ doctrinam, tali clausulâ, concludit: Πλεύων ἢ κατὰ χθονὸς ἄρχοντος εἰναι, quod interpres Latinii, secuti Græcos, reddiderunt, *Annus verò per terram accommodus fit.* Ineptissimè. Multum torſit omnes illud κατὰ χθονός, quæ verba absolvunt agriculturæ præcepta, simulque ad navigationem viam præparant: ita ut illud quod sequitur, Εἰ δὲ στρατῖνος, ita cum hoc cohæreat; quia enim τοῦ Πανδυάνων veteres arare incipiebant (quod Lacones una voce βαστεῖν dicebant, Hesychius: *Bastēv, ἀγρεῖν δὲ τοῦ οἰκιαν σύνην*) navigare autem definebant, eleganter hac occasione alteram Oeconomiae rationem orditum. At Proclus optimè ad hunc locum notarat, πλεύων δὲ θραύστος, τῷ δὲ γῆς ἐργασίᾳ τῷ τελετῇ ἔχοι: potuisset tamen melius aliis consulere infra: si pro illis, τὰν τοῦτα ποίουσι, δὲ θραύστος ὅλος ἀρμένος εἴηναι, notaſſet, δὲ θραύστος ὅλος παπικρατήσει εἴηναι. Tzetzes nugari maluit, quæ hic omitti poterant. ἀρμένος igitur est τῷ παπικρατήσον: κατὰ χθονὸς, est κατὰ τὸν χθόνον εἴχοντο: nam ita transit ad τὰ τὸν θαλάσσην. Absoluto totius anni tempore concludit Ephemeridem his verbis: Πλεύων ἢ κατὰ χθονὸς ἀρμένος εἰναι. *Sic annus in opere rusticō absolutus est.* Ita sumendum. Heinicus.

619. Σείριος Λειμῶν οἰκιανός] Quia, nimirum, occasu matutino Orionem antecedunt, ideoque eum fugere videntur. Ad hunc Hesiodi locum respexisse videatur Quintus Smyrnaeus, Lib. V. v. 367.

Πληνὶς αὐτὸν ἀρχμαντος οἰκιανός εἴησπε  
Δύνατος, ζωσπιώτατου θέλκλιτου οἰκιανα,  
Ηέρα συκλοπέων μέμηντος ἡ χείμαντον πόλεων.

Cùm Pleias indefeffi Oceanus fluente subit, timens inclytum Orionem, aëra perturbans, pontus verò procellâ furit. Clericus.

628. Νηὸς πέρα πορτονίεσσο] Hoc est, vela & remos. Ex simili loquutione perperam intellecta nata est fabula Dædali & Icari, qui alis fugisse Cretam dicuntur, hoc est, remis & velis. Idem, ut hic Hesiodus alias navibus tribuit: Vigilius, vice versa, alis Dædali remigium adscribit, Æneid. VI. 19.

*Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna,  
Præpetibus pennis ausus se credere celo.*

*Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos &c.*

*Redditus his primū terris, tibi,  
Pæbe sacravit  
Remigium alarum.* Clericus.

629. Τοπὶ κατὰ κριπτῶνδες] Vide not. ad v. 45. Clericus.

637. Οὐκ ἀρνεῖτο φεύγων] Si, more Aristarchi, delendi essent versus indigni Poëta, qui tantam famam adeptus est, quantum Hesiodus, hic versus cum sequente esset jugulandus; quippe qui Gallicā, ut aiunt, nive sunt frigidiores. Clericus.

637. Οὐκ ἀρνεῖτο φεύγων] Nitidus deliciatus est Joannes Clericus hos versus obelo configens; & fortasse eorum sensum non est assecutus. Innuit Hesiodus, patrem suum patria excessisse non sine causa, non novitatis, vel peregrinandi studio, sed quod se domi altere non potuit. Sic senex ille Heautontimorumenos, *In Asiam binc abii propter pauperiem.* Rob.

640. Αστρα] Samuel Bochartus Chanaan. Lib. I. c. 16. vocem Ascra deducit ab אַשְׁרָא ascberab, hoc est, lucus, ubi steriles sunt arbores; Hesychiique hunc locum profert: Αστρα, σπύρος, ἀρμένος. Attamen cave credas sterilem locum fuisse, cùm in epitaphio Hesiodi, quod profert Pausanias in Boeoticis, p. 600. dicatur πληνίος, hoc est, *ferax segetum.* Situm ejus

ejus & conditores memorat idem *Pausanias* p. 583. *Clericus.*

643. Νῦ ἀνίχνων αὐτῷ] Imitatus est Virgilius, quamvis contrarium dicat, Georgicum II. 412. *laudato ingentia rura, exiguum colito.* Scaliger.

643. Νῦ ἀνίχνων αὐτῷ] Simulata verborum laudatione plerumque id efficimus quod toto pectore improbamus, atque damnamus; quo factum est ut verbum ἀπειρόν, quod Græcis *laudo* significat, pro *recaſo, nolo, improbo* usurpetur. Aristophanes in ranis, κάλος, ἀπειρόν. Nisi me fallit animus, eadem ratione dicendi Virgilius est usus, cum 2<sup>do</sup> Georgico scribit

*laudato ingentia rura  
Exiguum colito.*

Nam latifundia improbat, modicumque agri modum præfert; ac mihi videtur simulatus esse Hesiodum qui lib. 2. Epy. scriptit, Νῦ ἀνίχνων αὐτῷ. *Turneb. Advers. lib. 20, cap. 14.*

646. Τέταρτον] Scribendum videtur τέταρτον. *Guictus.*

647. Χρία την αερογενήν] Tὸν versum impedit & est inutile. *Idem.*

648, & 649. Hi duo versus, teste Proclo, insituti videntur Plutarcho, quem vide. Placet judicium Plutarchi. *Naufragium ουσιοφορίου* subintellige &c. *Idem.*

654. Επ' αἰδηλα] Ex hoc loco occasio nem arripuit nescio quis fingendi certaminis Homeri & Hesiodi, quod cum ali bi sèpè editum, tum etiam ad calcem majoris editionis nostri Poëtæ, quam *Dan. Heinsohn* debemus. *Clericus.*

657. Τετράδιον] Ejus meminuit *Pausanias* in Boeoticis, pag. 588. Editionis Hanovianæ. *Clericus.*

658. Αρίστη] Inscriptio, si credere fas est, fuit hæc:

Hesiodus Mæsus Eleuthereus, τέτταρα αἰδηλα  
Τηρητικά, την Χαλκίδην, θεῖον Ομηρον:  
Hesiodus Musis Heliconem colentibus  
hunc apposuit, cùm cantu viciisset Chal-  
cide divinum Homerum. Eam profert,

inter alios, *Dion Chrysostomus Orat. II.*  
de Regno. *Clericus.*

659. Εἰδέ με τὸ Θεογονίην γῆ περὶ εἰδῶν] Contrarium hoc est iis quæ habuimus in Theogonia v. 20. & seqq. *Clericus.*

659. Εἰδέ με] Si vult Hesiodus se primum in hoc certamine Chalcidico Poëticen attigisse, hoc certe iis est contrarium quæ in Theogonia leguntur. Sed quis suspicari potest eum in tam celebri conventu primum ingenii sui tentamen facere voluisse? Quomodo igitur exponendum ἴμενον ἀσθενεῖ? Mea quidem sententia, non simpliciter, *compositum fecerunt cantus*, sed potius, *Poëtices culmen fecerunt ascendere*, quod merito de se post tam illustrem victoriam prædicare potuit. Homerus Odyss. x. 424.

Τάν δύσις τὰς ἀναδίνεις ἵβειν.  
Ad quod Scholiastes. *Αναδίνεις* ἵβειν.  
Επὶ τοῦ τὸν ἀναδίνεις ἕπειν. *Rob.*

661. Άλλα γὰρ ὅτι ἄριστον] οὐ, hoc est, οὐκαν. versl. seq. *Ἄστροπατον*, hoc est *ἄστρος Στορατον*. *Guictus.*

661. Άλλα γὰρ ὅτι ἄριστον] Rectè *Guictus.* Sic Homerus Iliad. A. 116. cùm induxit Agamemnonem vehementi amore Chrysidis incensum se fateantem, attamen pollicentem se eam redditum sic describit:

Άλλα γὰρ ὅτι ἄστρος σύμμετεν πάντα, εἰ τι γένεται.

Sed & sic, hoc est, attamen volo reddere, si hoc melius. Ad quem locum Scholiastes. οὐκαν. *Eustathius* verò: φέρεται ἐν τοῖς Ηροδότει καὶ Λαζαρῷ. ὃν τὸ ΩΣ, οὐτε διλοῦ τὸ οὐκαν, στελλεῖται. fertur in commentariis Herodori & Apionis ΩΣ, cùm significat, tamēn, circumflexi. *Clericus.*

663. Ήμετα πυρηνοτα τοι τὰ εἴδη] Si nulli hic desunt versus, frustra sane *Hesiodus* jacket peritiam suam, in re nautica. Quid enim absurdius, quām coērtere omnem navigationem intra quinquaginta dies, quorum initium sumatur à solsticio æstivo? Cūm præsertim solstitionis æstivum incideret in III. Julii. Per quin-

M m m qua-

quaginta etiam dies ante id solstictium non minus tūdē navigari omnes accolē maris norunt, nec potuit ignorare *Hesiodus*. Itaque, ut aperiam quod sentio, crediderim hīc deesse duos versiculos, quorum hāc fuerit sententia:

Ηματα περικοτα τει καλιο τερπιαν  
Ασφαλειας γλωσκων ιεράσην, αντη πεπιτα  
Ηματα περικοτα, η τε εξη.

*Diebus quinquaginta ante conversiones solis, tūdē cæruleum mare exercebis, rursus deinde quinquaginta diebus post conversiones &c.* De fine prioris versūs, deque altero, dicere nihil ausim; sed non absurdē mihi conjicere posse videor initii similitudinem caulam fuisse cur librae duos priores versus omiserint, jam ab antiquis temporibus. Exempla similium omissionum vide in *Critica nostræ Part. III. Sect. I. c. 5.* Quidvis certè malim suspicari, quām *Hesiodum* tam supinæ ignorantiae insimulare. *Clericus.*

678. *Αλλο δι' ειδειν*] An verna dicitur navigatio quævis, quæ fit ante solstictium æstivum, quod tempore *Hesiodi* erat, ut ostendit *Dionys. Petavius* Var. Dissert. Lib. VII. c. 5. Julii III? Non patto. *Hesiodus* enim tempestatem hujus navigationis satis indicat, emissione foliorum ficiū, quæ fit ante æstatem; est enim instantis æstatis indicium, ut nos docet testis omni exceptione major Matt. XXIV, 32. Απὸ δὲ οὐρανοῦ μάθεται δέ τις ὅτι οὐδὲν οὐδὲν αὐτὸς γίνεται ἀπαλός, οὐδὲ τὰ φύλλα ἐνθάνει, καθεύεται ὁντὶς ἐγγὺς ὁ θεός: *ex fico intelligite parabolam, cum iam ramus ejus tener factus fuerit & folia emiserit, scitote vicinam esse æstatem.* Intelliguntur autem serotinæ ficus, de quibus vide notata à nobis ad Marc. XI, 13. in additamentis *Hammondianis*. Inchoata vero æstate, hoc est, postquam Sol Tauri signum ingressus erat, non licuisse navigare, nisi furtim, credidisse non videtur *Hesiodus*. Scio artem navigandi etiamnum imperfectam fuisse, eo zelo; sed cum experientia didicissent nauicæ

quinquaginta diebus post solstictium æstivum tutam esse navigationem, ab eadem magistra discere eos necesse fuit non minus tūdē per quinquaginta dies ante id solstictium, mensibus Majo & Junio, navigari. Itaque quæ hīc habet Poëta, de navigatione verna, intellexerim de ea quæ fit mense Aprili, qui ventis & procellis, haud multū minus quam hibernis, est obnoxius. Certè eo mense fucus folia emittere incipiunt. *Clericus.*

689. MSS. Bodl. 699. & Coislin. *ας ο' ἀγορία. Rob.*

694. *Μήτρα πολέμων*] Non intellexerant hæc interpres. *Hesiodus* μήτρα Σαλάων vocavit δὲ φραιον πλῆν. Sic eleganter, Δεῖξεν δὲ τη μήτρα πολεμούσοιο Σαλάων: quamobrem quæ Moschopulus, Proclus, Tzetzes σει συμμετεις; hīc dicunt, ostendunt eos non bene mentem Hesiodi vidisse. Dum suadet μήτρα πολέμων, suadet ut mercator usque ad æstatem maneat, quia usitatissimus alter ille πλῆν, veris, nimis, ἀρματης fit. Quod quid sit ad interpres diximus. *Heinsius.*

696. *Μήτρα πεντάρχην*] Tzetzes legendum contendit στάκοτα. Placet. *Guetus.*

698. *Τίπεικών*] Scribendum videtur τίπεικα. subintellige ἔπη, hoc est, τίπεικα ἔπη ἰερά, hoc est, πίκαπης ή ἔπη. τίπεικα, τίπεικα δὲ δίπη. τίπεικη, hoc est, πίκαπη δὲ δίπη. Ratio hæc numerandi sumpta est à mensibus lunaribus. Vide infra τίπεικα μίση, ἴτη μίση. Anno duodecimo pubescere incipit. Anno puberratis quinto, hoc est decimo sexto nubat, quæ ætas nuptiis aptissima est. *Guetus.*

698. *Τίπεικών*] Mirifice inter se discrepant Interpres de tempore quo puellis nubere Poëta præcipit. Sed omnes ferè consentiunt 14<sup>um</sup> primum esse puellis pubertatis annum. Monet igitur Poëta ut per 4 annos pubescant, i.e. per 15<sup>um</sup>, 16<sup>um</sup>, 17<sup>um</sup>, 18<sup>um</sup>, 5<sup>o</sup> autem pubertatis anno, sc. 19<sup>o</sup> nubant. Sic Proclus. *Τέ γάμος πεντάρχης πάρχει τῇ γυναικὶ*

— Τινὲς δὲ καὶ μόνιμοι χρόνοι εἰσὶ — Τινὲς δὲ καὶ μόνιμοι μῆνες εἰσὶ τοῖς αἰώνιοις ἀγονοῖς. Εἴδετε δὲ τὸν μῆνα παναρκονικὸν εἶναι. Τζέτζες vero — Ή δὲ γενὴ ταύτης μῆνος εἰσὶ τοῖς αἰώνιοις ἀγονοῖς. Εἴδετε δὲ τὸν μῆνα παναρκονικὸν, τοῦτον τοῖς μὲν πάσοις πάντας, ὃς δέ οὐτοί εἰσι. . . Alii supponunt Νανούς subintelligi, & sic reddunt, *Mulier autem 14<sup>ο</sup> anno pubescat, 15<sup>ο</sup> nubet.* Sed si hic esset sensus, necesse est scriberetur πανάρκητος, non πανάρκην, sicut postea πάντην γαμεῖται. Nam Νανούς μὲν non potest significare 14<sup>ο</sup> anno pubescat, sed 14 annos pubescat. Rob.

702. Οὐ μὲν τὸν παραπλεόναν] Clemens  
Alexandrinus Strom. Lib. VI. nos docet  
Simonidem sic hunc Hesiodi locum imi-  
tatum esse:

Γιανάκης ὡδίγησε την χρῆματα στην Αθήνα.

Επίλεκτος αὐλοντος, οὐδὲ τί γίγνεται κακός.

*Uxore nullam rem vir possidet bonâ me-  
liorem, neque deteriorem malâ. Cleri-  
cus.*

704, 705. Hi duo versus suspecti.  
v. 704. *qui* est consumit *nā* *örn*, *†* *ēder*  
*ācūcīn.* *Guictus.*

705. Kai ēr ὡμῷ γέραι δῆκεν] Stob. ἦ καὶ  
ὡμῷ γέραις Σάκο. Heinseius.

705. Λιμῷ γῆρᾳ.] Λιμῷ γῆρᾳ hic significat præmaturam senectutem, quæ ante tempus venit. Sic de Laer্তe Odyss.

Εκπάγλως για παιδείς ολύμποιον αὐχειθέον,  
Κεράτιον τ' ἀλέργειο λειψόφυτο, οὐδὲ μάλιστα.  
Ηγαντὸν δημοσιόν εἰ, ἐν τούτῳ τούτῃ θάνατον

*Ad quod Scholia. Περὶ ἀριθμῶν. Cruda tamen senectus apud Latinos diversam longe significationem sortita est, sc. firmam, robustam. Sic Virgilius de Charonte.*

*Jam senior, sed cruda deo viridisque  
senectus.*

supra citati vero versus Homerici suspcionem inducunt quod nō Et hoc versu excidit. Rob.

706. *Omnis ardoratus*] Ultricem Deorum curam, quæ mortales à tergo sequitur. Ab *āī*, quod notat *post*, *āīs* & *āīm*.

Tibullus: *Nescio ultricem post caput  
esse Deum. ab omni, nigrum, omni, omni.  
Guitius.*

708. Εἰ δὲ τούτους] Nemo enim potest magis nocere eo, qui, amicitiā renunciata, fit inimicus; quia aut arcana novit, quorum revelatio nocere potest; aut certe ea scit, quae nos quam maximè laedere possunt. Itaque, quantum quidem est in nobis, amicitias oportet esse æternas, ut suadet *Hesiodus*. Eadem de causa, sic præcipiebat Solon: φίλος μόνος εἰσὶν ἀδελφοί, μὴ φιλοθυμούς: amicos ne citè comparato, quos verò acquisiveris, ne repudies. Apud Diogenem Laertium. Lib. I. 6. 60. Clericus.

709. Γλύκως χάστη] Qui ultrō, non ro-  
gatus, prudens & sciens mendacium lo-  
quitur. Sic apud Theogoid. v. 488. &  
χαπίλιον μεδίνη, ἀρχή autem id est ἀρχην.  
sic vet. Inserp. Scaliger.

709. *Mul̄ kuiāw̄j* Neque mentiaris  
illi, supple, ne verbo quidem decipias.  
*Quietus.*

709. *Mitīn վանդաւ յահօսք չեմ]* Quia  
ejusmodi mendacia anxios s<sup>e</sup>pē habent  
ad breve tempus; nec satis arctam ami-  
citiam redolent, quæ nutrquam patitur  
alii fieri à nobis, quod ab eo nobis fieri  
nolimus. *Clericus.*

711. *Δις τὸν τίμων]* Pessimum preceptum; cum sola Ratio suadet peccantes aut de industria, aut imprudentia amicos ferre, ut ad amicitiam redeant, aut certe ut nos pristinæ amicitiaz hoc tribuere intelligamus. Quandū melius Cicerο, de Amicitia, Cap. 21? Primum danda opera est, ne qua amicorum diffidia fiant; si tale quid evenerit, ne exstincta potius amicitia, quam oppressa esse videatur. Carendum verò, ne etiam in graves inimicities convertant se amicitiae; ex quibus surgia, maledicta, contumelia gignantur; qua tamen, si tollerabiliā erunt, ferenda sunt; & hic bonos veteri amicitiae tribuendus est, ut in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur

*injuriam.* Rectè etiam, Cicerone antiquior, Auctori Pythagoricorum versuum, qui aurei vocantur, v. 7.

Μηδὲ ἔχειρε φίλον σὺν ἀμαρτίδος ἔπειρᾳ μηρίσ.

*Negque oderis amicum tuum propter exiguum peccatum.* Clericus.

712. Δικιώς οὐδέχεται] Satisfacere verbis, aut iacturam, si quam creavit, sarcire. Clericus.

714. Σὺ δὲ μή πι νιον κατειγέτω εἰδος] Videtur esse præceptum, cui nullus est cum superioribus ac sequentibus conne<sup>x</sup>us, & quo præcipit Poëta, non tantum cavendum esse ne dicamus quæ occulta esse volumus, sed etiam ne vultu prodamus id quod silentio tegimus. Itaque εἰδος hic est externa species, quæ frequentissima vocis est significatio. Hoc autem præceptum, si ad dissimulationem, nocendi causâ, referatur, qualis erat Tiberiana, rejiciendum; sed si ad prudentiam spectet, quæ nonnulla intempestivè aperiri verat, quamvis utilia iis quibus aperirentur, ambabus ulnis est excipendum. Clericus.

719. Γλώσσας τοῦ θυσιωτοῦ] Sententiam horum versuum illustrarunt interpretes Jacobi ad Cap. III. 9. & seq. Clericus.

721. Εἰ τὸν λόγον] Proclus ad locum. Ληξύος. Εἴκοντας τὰ δίκαια, ἀκίνους τὰ καὶ δίκαια. Καὶ Ομῆρος. Οπτοῖσιν τοὺς ἄνθρωπος, τοῖσιν δὲ πακέσσους. Rob.

722. Δυστίμωτος] Mare quidem dicitur Δυστίμωτος ab *Hesiodo*, in Theogonia, quo non sine periculo transmitti possit; hoc vero, ubi sermo est de convivio, Δυστίμωτος dici videtur qui ægrè adducitur, ut velit symbolam suam conferre ad convivium, seu ἴερον. Hoc nos docuerat *Hesychius*, sed verba ejus corrupta sunt. Δυστίμωτος, δὴ μὲν τὸ διάλογον, οἱ Δυστίμωτος γὰρ παχεῖα καὶ παραχεῖδης. δὴ δὲ τὸ κολυμβητῶν, Δυστίμωτος. Respicit ad locum Homeri Iliad. II. v. 141. ubi hominem mortuum ex curru decidentem urinatori, è fundo maris ostrea petenti, confert Patroclus, hisce verbis:

Πολλὸς δὲ κορέσσειν ἀνὴρ δῆλος τῷδεια δημῶν  
Νῦν δὲ πρόστικαν, οἱ καὶ Δυστίμωτος τοι.  
*Multos satiarel vir bic ostrea querens,*  
*ex navi desiliens, quamvis procellosum*  
*esset; nempe, mare. Ad qua verba hæc*  
*habet Eustathius, quæ in Lexicon suum*  
*transtulit Phavorinus: Δυστίμωτος ἐπί το-*  
*τος οἱ Δυστίμωτοι· δὲ οἱ Δυστίμωτοι τοις πέμπτοις.*  
Ωντος καὶ Ησιόδος Δυστίμωτοι δὲ γενιτίλια φοῖ. Ζη-  
τοῦσσος δὲ φοῖ πλανητικὸς χάρακες εἰ καὶ Δυστίμω-  
τοι εἰν, οἱ πολλοὶ, δυστίμοι, ἐκποιοι, οἱ δὲ τὰ τά-  
σσα οὐδέποτε, οἱ δὲ δυστίμοι, οἱ καὶ Ησιόδος-  
μηδὲ πολυζέτειν Δυστίμωτοι δυστίμωτοι: *difficilis, qui æ-*  
*grè adduci potest ut veniat, quamvis ac-*  
*cessitus. De ἑάρῃ autem multa habet I-*  
*saacus Casaubonus ad Characteres Theo-*  
*priapti. Clericus.*

722. Μηδὲ πολυζέτειν Δυστίμωτοι] Ut hoc præceptum, quod est σει συμβόλαιον & καλ-  
λοίσιν, quæ collatis ab unoquoque sumti-  
bus instituebantur, constet ubi, sublatâ  
distinctione, ita lego: Μηδὲ πολυζέτειν Δυ-  
τίμωτοι δυστίμωτοι εἴναι. Εκ κοινοῦ στέλειν τοι χά-  
ρακες, δυστίμοι τοι διλέγειν. Sensus est hoc mo-  
do mirè directus & perspicuus. Hein-  
sius.

725. Χεῖσθε ἀνίστοι] Faciebat hoc non  
parum ad munditiem, quæ à sacra facturi-  
ris postulabatur. Vide not. ad Gen.  
XXXV. 2. Hinc in proverbium abiit  
illotis manibus aliquid facere, quod per-  
inde est ac imparatum esse. Clericus.

727. Μηδὲ ἀρτὸν ήσσοιο] Hic *Hesiodus*  
non vetat de die meiere, sed tantum stan-  
tem, ad solem conversis ac retectis pu-  
dendis. Malè hunc locum accepérat  
*Claud. Salmasius Exercit. Plinianarum*  
p. 431. quasi *Hesiodus* vehit de nocte  
tantum lotium emitti; quod absurdum  
est, nec potest observari. Itaque eum  
castigavit, sed acriùs æquo, *Dionys. Petavius* in *Miscellis Exercit. Cap. I.* & rectè  
observavit hunc versum interpunctione  
& sententiâ à sequenti esse distractum.  
Clericus.

*Ibidem. Ορθὸς]* Stans, ut Gallicè droit.  
Vide

Vide Iliad. Σ. 246. & locum *Herodoti* laudandum ad v. 731. Clericus.

728. Λύτρα ἐπει το σὸν μεμνοῦσθε τὸ ἀνίβατα] Ab occasu ad ortum rectum meiere licet. Malè interpres. στρυμὸν πλαία post τὸ ἀνίβατα. Grecus.

728. Λύτρα ἐπει το σὸν] Hoc versu & duobus sequentibus, ut recte *Petavius*, hortatur Poëta, ut ne post occasum solem, ac nocte quisquam ambulando meierat, aut denudatus, quod etiam nocti veneratio quædam adhibenda sit. Igitur post ἀνίβατα non est ponenda πλαία στρυμ., ut multi fecerunt. Clericus.

730. Μηδ' ἄνοιγμασθεις] Cūm Græci tunicas quidem breviores, nisi fortè hyeme, sed sine clavis femoralibus gestarent, non necesse habebant retegere pudenda ut meierent; sed tantum inflexis genibus clunes in talos dimittere, ut tunicæ inferior ora magis dilataretur, ne lotio madeficeret. De iis quæ dicuntur *feminalia* vide *Isaac. Casaubonum* ad Augusti Cap. LXXXII. in notis ad *Suetonium*. Clericus.

*Ibid. Μάργαρον τοινότερον ταύτων*] Non tantum vult interdiu non debuisse homines meiere stantes, ac retectis ad solem pudendis; sed ne nocte quidem incedentes, aut pudendis nudatis; quia noctu Dii frequentius inter homines versantur, ut recte ad hunc locum *Proclus*. Clericus.

731. Εἰδέμενος] Hoc est clunibus ad talos demissis. *Sam. Bochartus Hieroz. Parte I. Lib. II. c. 56.* postquam ostendit Judæos stantes solitos mingere, observat Græcos sedentes minxisse nullquam reperiri, nisi apud unum *Hesiodum*, cuius vsl. 731. & 732. profert, tum subdit: *Itaque, Hesiodi ævo, Græci bene instituti, vel sedentes mingebant, vel ad parietem accedentes. Sed posterioribus saeculis, prius illud à viris usurpari desist, & mulieribus relictum. Itaque in Græcorum monumentis nullum existat exemplum viri, qui sedens minxerit.*

Deinde allatis multis contrariis exemplis, addit hoc Herodoteum, quo brevitatis causâ, h̄c contenti erimus: *Herodoto*, inquit, *nihil expressius, qui ut probet Egyptios in plerisque aliter se gerere, quam reliquos homines, inter cetera hæc babet Lib. III. c. 35.* Οὐπιον αἱ πανάκους δραὶ, οἱ δὲ ἄρδης καθίμενοι, *famīna quidem stantes mingunt, viri verò sedentes.* Clericus.

734. Εσὶ ιππιασθε παρραιώμενοι] Quia, nimirum ad focum erant Dii Penates, focusque, ut habet *Proclus*, erat domestica ara, in qua libationes quotidie fiebant, & se pollutos existimabant. Itaque prius abluerere se se necesse habebant, si præcepto *Hesiodi* obsequi volebant. Sic apud *Herodotum*, Lib. I. 198. οὐπιον δὲ τὸ μαχῖνην γνωκὸν τῇ ιαυτῇ ἀντε Βασιλείον, — ὅρθροι γνωρίσθε λύτρα ἀμφόπεροι, ἔγγονοι δὲ εἰδοὺς ἔλαστον ἀντερταῖς: quæsties autem cum uxore miscetur vir Babylonius, — orto diluculo abluntur ambo, nullum vas priusquam se abluerint tacturi. Quæ narratio ostendit, apud Græcos, *Herodoti* æstate, vulgo obseratum non fuisse *Hesiodi* præceptum. Clericus.

736. Απὸ διαρθρῶν] A Deorum convi- viis, quæ sacrificiis peractis fiunt, festis Deorum sollemnibus. Grecus.

742. Απὸ πυρίζοιο] A manu quæ habet quinque digitos, ut πίνα τὸ ζεύς, quinque ramos. Αὐτὸν verò οὐδὲ χλάδη, ut docent Græci Interpretes, est pars sicca, hoc est extrema unguium, quæ separatur ab ea quæ carni adhæret. Hoc præceptum, obscurius exprimitur ab *Hesiodo*, sicut obscurè exprimebantur symbola à *Pythagora*, ut res nullius pretii videbentur nescio quid reconditus complecti, & imperitis essent admirationi. Solent enim quād maximè mirari quæ non intelligunt. Hoc videtur velle *Hesiodos*, non esse exspectandum, ad manus abluendas, & unguium, ut probè purgentur, retrimenta secanda, tempus ipsum con-

convivii, sed manibus lotis accedendum. Alioqui ne in familiari quidem convivio unguis quisquam fecerit, qui nolit retrimenti in patinas exsilire; quod, ut opinor, non gratius fuisse Græcis, quam nobis nunc est. *Clericus.*

743. Αὐτὸν χλωρῷ] Ungues à carne. *Graecus.*

744. Μαλὶ ποτὲ αἰροχόις] Hæc est animalis superstitione, potius quam præceptum ethicum, symbolorum more expressum. His enim Poëta religiosa tradit, non moralia. Itaque frustrè est Proclus, qui vult mysticè ab Hesiodo significari, non esse privata præferenda communibus, quia χρῆμα commune erat, quo ex αἰροχόις hauriebant. Verum communis etiam erat αἰροχός, quandoquidem ex ea etiam vinum commune hauriebant omnes convivæ. Alia ejus interpretamenta non sunt verisimiliora, ut nec cetera omnia allegorica commenta, quæ ad incrustanda superstitionis deliria Majorum suorum Græci posteriores adinvenerunt; ut sapientiores viderentur fuisse, quam fuerant. Etiamnum hodie veterum superstitionum vestigia videre licet, multis in locis. Sunt qui, exempli causâ, mali ominis esse putant panem inversum, ita ut planior pars sit superior, cultros decussatum in mensa jacentes, salillum in mensam effusum, & similia; quibus mysticos sensus non minus facile esset inventare, quam Hesiodeis nugis. *Clericus.*

746. Αντίκεισθαι γεταλέσκειν] Superstitio sum hic aliquid esse mihi persuadeo, potius quam id quod volunt Græci Interpretes: qui putant irrationem significari eorum, qui imperfectum ædificium sunt conspecturi. Existimasse videtur Hesiodus mali esse ominis, si cornix imperfecto ædificio insideret, quod facile & frequentius fieri potuit, si diu imperfectum relinqueretur. Agit autem hæc de lignea rustici casa, ad quam absolvendam longo tempore opus non est. Ejus opinonis vestigia remanerant apud Romanos,

tempore Plinii, qui H. N. Lib. X. c. 12. sic de Cornice loquitur: *Ipsa ales est inauspicatae garrulitatis, à quibusdam tamen laudata.* Deinde: *inauspiciatissima fætus tempore.* Eodem Capite, de bubone agens, ostendit à multis ferale habitum sū domui insideret, quod confutat hisce verbis: *Privatorum domibus insidentem, plurimum scio non fuisse feralem.* Simile quiddam de cornice sensu Hesiodum credibile mihi fit. Prodidit etiam Elianus de Animalibus Lib. III. c. 9. imam cornicem mali esse ominis: οἱ τοῦ ὄδρας ὄριδων μηδὲν θεραπεύοντες ἀπὸ τούτους εἰς μαστοῖς ἐπεόνται ἵνα φεν, εἰ ταράντοις καρκίνῳ μία: qui observant ubi insidiant aves, & carum volatus non esse faustam auguria captantibus aiunt, si audiatur una cornix. Scio interdum boni ominis fuisse cornicem, qua de re vide Intt. ad Eclog. IX. Virgili, v. 15. Sed satis mihi est inauspicatam sèpe fuisse, ut ed Hesiodum respexisse existimem. *Clericus.*

748. Αντίκεισθαι γεταλέσκειν] Scio quidem vasa dedicare solitos veteres, sed vox hæc, & verbum ἀταλέσκειν suadent agi potius de carne rapta ex olla, sive de *aulecoquis exitis*, ut loquitur Festus, antequam sacra essent facta. Adsentior itaque Sam. Bocharto sic hunc locum interpretanti Hieroz. Part I. Lib. II. c. 50. Fuere qui dapes propè crudas eripuerint non solum ex popinis, sed etiam ex locis sacris. Vide i. Sam. II. 13. ubi filii Helis ita se gessisse narrantur. Qualis apud Abencænum describitur mulier quedam, quæ sacra nondum immolata devorabat, *τοποῦσος ιερίου, à vern illa rapiens;* & in Suetonio Vitellius c. 13. *bomo non profundè mortuò, sed intempestivè quoque ac soridæ gulæ, ne in sacrificio quidem umquam, aut itinere ullo, temperavit, quis inter altaria ibidem statim viscus & farra pæne rapta è foco mandaret.* Denique, ut Poëta auctor,  
*Esi etiam è mediis victimæ rapta fecisti.*  
Cu-

Cujusmodi ventres ferit illud *Simonidis*, quod tandem in proverbium cessit :

*Ἄνθρωπος οὐδὲ πολλάκις κατεῖσθι.*

*Nondum immolata sacra sèpè devorat.* Proinde in *Hesiodo*, inter alia præcepta, hoc itaque habetur, ne ab ollis nondum sacrificatis (cibam) rapiens comedito. Nam ut *έλεος & ἐμμέλημα sacrificare est*: ita *ἀριστερός* est *ἀδυτός*, *nondum sacrificatus vel immolatus*, ut à *Tzetzæ* redditur. Addatur hisce locus *Ciceronis* è Lib. II. de Fin. c. 7. *Reperiemus asotos primùm ita non religiosos, ut edant de patella.* Non necesse est nos huc colligere quæ à Veteribus dicta sunt εἰδὴ βασιλέων & διαρχῶν, qui ex altari carnes ab alio oblatas rapiebant; neque enim de iis verba facit *Hesiodus*; sed de iis qui ipsi sacra facientes, nondum peractis sacris, hoc est antequam projicias portexissent, & adolevissent, carnes viðimæ suæ comedebant. *Clericus.*

750. *Μηδὲ οὐδὲν ταῦτα ταῦτα*] Per *ἀνίννα* solum & lapides intelligere videatur, quæ frigida sunt & dura. Hoc præceptum Pythagorico illi cognatum videtur, ne sedreas super lapidem. Vel *ταῦτα ταῦτα ταῦτα* est *ἀνίννα μῆνις*. Theocr. *Ἐγειρία καπέλη.* *Guitetus.*

750. *Επ' ἀνίνναν*] *Proclus* sepulcra interpretatur, quæ movere nefas erat; at eodem jure terminos agrorum interpretari. Malim intelligere de saxis quibusvis, quibus imponi pueros nollet *Hesiodus*; sed tantum tabulis ligneis, aut aliis, quæ possunt amoveri. Viderit credidisse si duodecimo die, aut duodecimo mense puer collocaretur in rupe, infirmum eum fieri. Quod si diceretur de frequenti impositione pueri in sedili laxeo, & per totam infantiam, non careret ratione; sed ea res exitialior non fuit duodecimo die vel mease, quæmaliis infantis temporibus. Mera hæc fuit supersticio, cuius ratio certa non magis reddi potest, quam omniorum febricitantis. *Clericus.*

750. *Μηδὲ οὐδὲν ταῦτα ταῦτα*] Notum

est omniibus quæ multa de his Veteres. Ceterum cur hoc præceptum, de non movendis sepulcris, ad *πούλα παντηράν*, spectet, numquam ostendere potuerunt. Nos hos versus, etiam sine Grammaticorum suffragio, hoc modo transponendos esse non dubitamus, qui nimil miserè truncarunt, mutilarunt, auxerunt, transposuerunt olim, tamquam vultures quidam Homerum & Hesiодum :

*Μηδὲ γυναικοὶ λατρεῖον χεῖσα παιδιάρεσσαι  
Πλάντα πανθεκτέαν, ὅτι ἀριστέα ποιεῖ.  
Μηδὲ θεατρίαν, ίστον τοῦ τίτανος  
Αἵρει λουτράν γό δὲν χείρος ἐσ' δὲν καὶ τὰ  
Ελαῖνα.*

Quanta cura τὰ θερμάτερα οἷς λατρῶν, quæ γυναικεῖα vocabant, & absolute λατρᾶ, in deliciarum descriptionibus, Lampridius *lavacra muliebria*, Capitolinus *excalationes*, sicut viri magni nuper notarunt, veteres distinxerint, pueris notum est: cum ex aliis, cum ex Comico, qui in *Ταῦτα ταῦτα* totam disciplinam Atheniensium considerari vult. Pueri autem διαλυταῖοι & διαδιηγοῦντο, omnia communia cum matribus habebant, *Narrav*, *προβλεψ*, *ώντος*, id est, ipsum Gynæceum. Hesiodus ergo ne ejusmodi puerulos mattum λατρεῖον adiuvescere sinant, ex disciplina veteri, quia διαλυταῖοι τὰ σωματα ex aquæ tepore existimabant, diligenter monet. Sensus erit ita perspicuus planisque, ut nihil supra, hoc modo.

*Neque muliebri lavacro corpus purgare*

*Puerum sinas duodecimum, quia masculos enervat,*

*Neque duodecim mensum: nocet  
& illud aequali modo*

*Viro: dura enim suo tempore &  
hanc rem sequitur*

*Pæna.*

Apparet hinc ante omnia præceptum μεί τοῦ ἀνίνναν hoc non spectare: quod seorsim considerabimus. *Heinsius.*

Ib. *Μηδὲ οὐδὲν ταῦτα ταῦτα*] *Ανίννα* sunt εἰδήσιμα: de quibus usitatam fuisse ele-

elegantissimam parcemiam μὴ κατεῖ τὰ ἀνίστα, qua hic Hesiodus utitur, satis ex illo Platonis apparel, tertio De legibus : Οὐκ ἦν τοῖς νομοδέταις ἡ μερίση τὸ μέμψεων, ισόπτητα αὐτοῖς πιὸ κατασκευάστοις τὸ εἶδος, ἢ εἰς τὸν αὐλαῖς νομοδέτηρθνας πόλεις πολλαῖς γένεται, δέ τοις τοῖς ζητεῖς γῆς τε κτητοῖς καὶ τοῖς, καὶ χρήστοιν οἰκίσταις, ὅπων ὡς ἐκ τῶν δύναστος ἄρου τὸν τόπον γένεται ποτὲ τὸ ίσον ικανός. ὡς διτεχερύνη τὸν νομοδέτηρα κατεῖ τὸ τοπεῖται τὸ πᾶς ἀπαρτά λέγειν, μὴ κατεῖ τὰ ἀνίστα. Et Eusebius Præparat. Evang. lib. III. Ήμᾶς τοῦ τὰ μέλιτα δοκεῖν τὰς ἔτος ἐμφανεῖς τοῦ σπεργαληπτικοῦ διαδίκτου εἰς ἑδεῖ λόγῳ πολεμήσεις, ἀπίκειται δὲ φερομένης, δέοντος τοῖς εἰκασοῖς τὰ πάτερα, μηδὲ κατεῖ τὰ ἀνίστα, συρχεῖται δὲ ἐφέποιται τῇ τοῦ σφραγιστέρων εὐσεβείᾳ, ἀλλὰ μη πολυπεργυμοτεῖν ἐφεπιχειροτομίας. Καθίζεται ἐπὶ ἀκάνθησι, προκατεῖ τὰ ἀνίστα, quād eleganter dictum sit, ostendimus ad Proclum. *Idem.*

Ibid. Οὐ δὲ ἄμεινον] Vetus clausula qua potissimum utebantur in interdictis suis Principes, erat, & δὲ ἄμεινον. Sic apud Herodotum in cautione sepulcrali in Epitaphio Nitocridis ; οὐ ποτὲ ἵμνος γενομένων Βασιλῶντος βασιλέων, ήν αὐτοῖς γένεται, ἀροΐδες τὸ τέφον, λαβέται ὁκόσα βάλται χρήματα, μηδὲ ποτέ μη αυτοῖς γι. & δὲ ἄμεινον. Quia autem vulgo etiam in Ethicis cautionibus ea utebantur clausula, Horatius Philosophiam alibi, *meliora dixit*, id est, τὰ ἄμεινα.

*Cum tu coēmptos undique nobiles  
Libros Panæti, Socraticam & do-  
mum,*

*Mutare loricis Iberis*

*Pollitus meliora tenitis.*

*Pollitus meliora, est, & τὸ φιλοσοφίας ἀποβιβόμενος. Heinicus.*

753. Μηδὲ γυρακεῖτο λαζῆ ] Nibili fecerunt posteriores Græci hoc Hesiodi præceptum, quod iis exprobrat Clemens Alexandrinus, in Pædagogo, Lib. III. c. 5. ubi agit πῶς μὴ τὰ λαζῆ ἀνατρέψετο, & hæc habet : Ἐξιστὸν δὲ τοῖς βιολορθοῖς τὸ ἄλλων οἴκοι τὰς κατακλοῖσις γεννᾶται εἰς τοὺς βαλανεῖοις θεῶντος. Ινταῖται δὲ διαδίκται τοὺς θε-

ταῖς, μέστηρ καπίλαις συμάταιον, ὃν αἰχίνοντο. ἄλλον δὲ Ησίοδος. Μηδὲ γυρακεῖτο λαζῆ γένεται φαρμακίδαι, περιαντί. κοινὰ τοῦ ἀνιστάτου, ἀρδέσσονται καὶ γυρακεῖται τὰ βαλανεῖα : *Lices autem aliis volentibus eas, quae domi sunt inclusæ, nudas videre in balneis; hic enim se excusare spectatoribus, tamquam corporum cauponibus, non erubescunt.* Sed Hesiodus quidem corpus fæminæ non exhibilare lavacro, suadet. *Viris autem & fæminis commuニア aperta sunt balnea.* Nonnulli tamen Principes hoc, apud Romanos emendare conati sunt. Vide Hieron. Mercuriale de Arte Gymnast. Lib. I. c. 10. *Clericus.*

756. Μαρκετεῖν αἰδίνεται] Hoc est, ut quidem videtur, irridere ritus, quorum rationem ignoraveris, q̄ a tibi non placent. Quod præceptum superstitionis mas qualque ceremonias in tuto locat, quæ poterunt semper defendi ab iis quibus placebunt, hoc prætextu quodd eorum rationes ab iis, qui eas improbant, ignorentur. At quidquid Rationi & recte de Numine notioni adversatur, id merito possuntus μαρκεῖν, quamvis institutionis ejus causas ignoremus. Res ipsa saepè docet nullas satis graves esse potuisse. *Clericus.*

757. Μηδὲ ποτὲ τὸ σεχεῖ ] Hos versus delendos censet Plutarchus, teste Proclo. inχε. vide Plut. *Guictus.*

760. Δοκιμὸν δὲ θεργήτῳ θαλακτῷ θύμιῳ ] Non sunt, nimirum, ea facienda, quæ cum omitti sine crimine possint, si fierent, famam pravam crearent; nam in recte factis, & quæ virtus à nobis postulat, parum curandam famam docent Philosophi. Ubi agitur officium quodpiam, à vera virtute præscriptum, *nibil magis præstandum est, quam ne, pecorum ritu, sequamur antecedentium gregem, pergentes non quid eundum est, sed quā itur.* Atqui nulla res non majoribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur; optima rati ea quæ magno ad sensu recepta sunt, quorumque exempla nobis

bis multa sunt; nec ad rationem, sed ad multitudinem vivimus. Inde ista tanta coacervatio aliorum supra alios ruentium. Verba sunt Senecæ, ex Cap. I, de vita beata, ubi & alia in eamdem sententiam. *Clericus.*

765. Ημέρα δ' ἡ μήν] De superstitious hisce deliri, hac certè in re, Poëtæ præceptis judicium Plutarchi vide ad v. 824. *Clericus.*

766. Πληράς μήνος δέσμων] Hoc est, prius doce, ne quid infaustis diebus aggreditur. *Hesychius:* φεύγει, σπείρει, σπειραίται, λέγει. Quamobrem & apud Romanos, nonnullorum in Tricliniis, affixæ erant Tabulæ, in quibus qui dies boni, qui que incommodi essent notatum erat, & est apud *Petronium* Cap. t.XX. *Clericus.*

*Ibid.* Τετράδε μήνος δέσμων]. Hoc est, ultimum diem cujusque mensis; nam antiquissimi Græci, ut etiam Orientales, menses Lunares habebant, quos singulos trigesinta diebus claudabant, ut ostendit multis *Dionys. Petavius* Lib. I. de Doctr. Temporum, & eminentissimæ dignitatis ac eruditionis vir *Henr. Norisius* in Dissert. de Mense & Anno Macedonum Cap. I. *Clericus.*

767. Επονομαί] Hoc est, diligenter expendenda servis attributa opera in mensem, ut videoas an ea rectè perfecerint. *Clericus.*

*Ibid. Αρματών]* *Hesychius* interpretatur ἀρματῶν τὰ τερπλα, περὶ ἀρμάτων καὶ ἴσχυον τὰ μέλλ. Hanc quoque, & alias originationes non meliores habet Etymologicon Magnum. At satius est interpretari ἀρματῶν ἵσχη τερπλα, convenientem unicuique cibum, quem demensum vocabant Latini, & quem singulis Calendis distributum servis docuerunt vires docti ex hoc *Plauti* loco, in Sticho A& I. S. 2. v. 3. ubi herus servos sic alloquitur: vos meministis quos Calendis pertere demensum cibum. Ad quem locum vide Intt. *Pignoriumque & Popmam* de Servis. *Clericus.*

768. εὐτὸς ἀνδρίν] Quamvis communis interpretatio bona sit, tamen aliter intelligo. Nam εὐτὸς ἀνδρίν indicari illis verbis tempus diei, quod vocatur πλήθεις ἀγορᾶ, frequens forum quando jus dicitur, hoc verò est ἀνδρίν κείμεν. *Scaliger.*

*Ibid.]* Plenius mentem suam expressit *Jos. Scaliger de Emend. Temporum* Lib. I. p. 4. ubi agit de partibus diei. Itaque verba ejus hinc apponemus: "Tempus" antemeridianum designantes dicebant "πληθόνες vel πληθόνες ἀγορᾶς, convenientibus scilicet, eo tempore in comitium "viris; ut *Hesiodus* dicit, εὐτὸς ἀνδρίν "δεῖλος λαοὶ χρίστος ἄγειν. Quod tamen "longè aliter Græci Interpretes illius "Poëtæ exponunt. Aliunt enim *Hesiodi* "dum intellexisse de tricesima mensis "Lunaris, & sensum loci Hesiodei esse "perinde ac si dixisset: quando homines "nes veram triacada lunarem agunt, & "non secundum usum politicum, sed se- "cundum motum Lunæ. Quod tamen "nobis valde coactum videtur, & men- "tem *Hesiodi* hanc fuisse dicimus: reua- "xisse esse valde idoneam rebus gerendis "ea horā, quā homines ad jus in forum "conveniunt. *Homerus Odyss. M.*

" — Ημέρα δὲ δέσμων ἀρμάτων  
" ἀρτην  
" Κείμενον τερπλα πληθοφόρος ἀστέρων.  
" Quando ad cœnam vir è foro surrexit,  
" postquam judicavit de multis litibus,  
" juvenibus litigantibus. Quæ sane in-  
" terpretatio melior vulgari. Sic etiam  
" paullo post dicit, ημέρα εἰς μέτρα, quod  
" nos interpretamur, jam adulto die. Hæc  
vir summus, cui adseritnur. Nimitum,  
hic ἀνδρίν non est veritas, sed jus, aut  
justitia, ut passim apud Poëtas; & χρίστος  
ἀνδρίν idem est ac χρίστος Δημόσιος, ut lo-  
quitur *Hesiodus* Theogon. v. 85. hoc est,  
jus dicere. Agen verò vox est juridica,  
quæ dicitur de occupatiōne Jūdicūm jus  
dicentium, hominumque propterea ad  
eos convenientium, de qua vide Inter-  
pre-

pretes ad Act. XIX. 38. Aliter sensum expresseris his verbis: ὅτε οὐτό τοι λαὸν ἀστορτού ἀγύρων καὶ κείρονται δῆκα καὶ ἐλένθεται: cùm à populis celebrantur dies fasti, quibus jus dicitur, & lites secundum justitiam judicantur. Clericus.

769. Δῖος ἡμέρα μηνῶν] Erravit vir summus Angelus Politianus, cum tres dies Jovis ab Hesiodo statui observat, ex hoc loco. Vetustissimi Poëtæ, omnis causa, uebantur in αἰσθήτῃ voce Δῖος eleganter, in narrationibus etiam, quacumque de re agebant. Ita in principio continuo τοῦ Εψυχοῦ, Οὐ περὶ τοῦ θεοῦ ἀρδεις ἡμῶν ἄποτοι τε φανοί τε, Πανά τ' ἔργοντο τε, Δῖος μεγάλοι ἔκπτη. Ubi illud postremum ominis causa ponitur, & ex abundanti: nam nihil est quod referatur. Peculiariter autem singulos dies Poëtæ, ἡμέρας in Δῖος dicunt simpliciter. Sic in illo οὐρανῷ τίκτεται τε καὶ ἡμέρα εἰς Δῖος εἰσι. Auctor Megaræ Idyllii Dorici: σὺ δὲ τὸ περιβολεῖον Νύκτας τε κλαίσσοντα εἰς Δῖος ἡμέρας ὑποστοσα. Ita Hesiodus cum rationem τῆς ἡμέραν incipit, in genere jubet φυλάκους ἡμέραν εἰς Δᾶδον, id est, simpliciter, dies quos natura constituit: ita ea vox millies à Poëtis ponitur. Sic Apollonius & Nonnus ἡμέρας in Δῖος dixerunt, sicut Hesiodus ἡμέραν εἰς Δῖος. Omnes enim res omnis causa Δῖος dicebant. Ita ut inde τὸ Δῖος, εἰς αἴσθητην, in usu remanserit. Ita cum Theocritus dixit, Μετανοεῖς ἀπὸ Δᾶδος, Δῖος μέρα βελεύοντος: quod etiam veteres magistri videntur ex eo loco ad Homerum notare. Id quod illi toties εἰς Δῖος dicunt, Hesiodus hīc ἡδεῖ Δῖος, dixit. Αἱ δὲ, inquit, ἡμέραι εἰσὶ παρὰ Δῖος: id est, *Hi sunt dies de quibus acturi sumus*: quicquid non interpretamur, omnis causa dicitur. Atque hæc causa est, cur Proclus, qui tam studiosè ex more familias suæ, dies persecutus est, nihil εἰς Δῖος ἡμέραν dicat, nisi quod πόσα τὰς ἀγαθὰς ita dici existimat. Atqui Hesiodus, post hanc formulam, non τὴς ἀγαθῶν solum, sed & τὴν γενῶν aggregatur divisionem. Tzetzes ad omnes

dies retulit: quanquam more suo nuga-  
cissimè suprà, εἰς Δῖδον, εἰς τὸν καὶ φεγγίμων  
exponat, hic verò πρεσβύτερος εἰμαρτυρός. Sed  
veniam meretur qui à Grammaticis dis-  
sentit, cùm ipsi toties à se abeant. Hein-  
sius.

770. Πρότερον ἦν] Eīn vocabatur tem-  
poribus Hesiodi prima mensis. Sed Sol-  
lon omnium primus vocavit τὴν τετραγε-  
νὴν ἦν τὴν. Scaliger.

770. Καὶ ιερὸν] Nimirum, mensis, non hebdomadis, ut rectè ostendit Joan. Seldenus de Jure Nat. & Gentium Lib. III. c. 17. contra Veteres & Recentiores, qui frustra hīc vestigia Judaici Sab-  
bathi quæsiverant. Clericus.

*Ibid.* Ιερὸν ἡμέρα] Non significatur dies profectus, quo ferias agitari oportet, sed dies faustus. Vide v. 819. Idem est ac τητιαράνθινος ἡμέρα v. 799. hoc est, dies valde accommodus ad res gerendas, quod vidit etiam idem Seldenus, loco memorato. Clericus.

771. Τῇ γὰρ Απόλλωνα χρυσάρχεια γένεται] Nempe, mensis Thargelionis. Diogenes in vita Platonis §. 2. Γίνεται Πλάτων — Θαργελιῶν ἡ ιερόμυντος τοῦ λόφου τοῦ Απόλλωνα γένεται φασί: nascitur Plato Tharge-  
lionis septimo, quo Delii natum Apollinem dicunt. Ad quem locum, vide Intt. quibus succenturiandus vit illustris atque eruditus Ezech. Spanheimius, ad Callimachi hymnum in Delum v. 251. Propteræa uniuscujusque mensis dies septimus facer erat Apollini, non tantum dies ille Thargelionis mensis, ut observavit & Seldenus eo, quem antea indicavimus, loco. Clericus.

775. Οἰς τείκεν] Sam. Bochartus Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 45. postquam egit de vulsione lanæ; “Vellendi, inquit, morem quod attinet, is olim Romæ fuit in usu, & in vicinis locis, non in Ju-  
dæa, nec in Græcia. Saltem, apud Hesiodum, qui de re pecuaria scripsit pri-  
mus omnium. οἰς τείκεν, non est oves  
“vellere, sed tondere, ut in Theocriti Bu-  
“coliaſtis. —

" ————— ὅπερα τέχει  
" Τάς εἴρ, τάς πίλλας.

" *Cum ovem pullam tondere.* Verbum enim στόκεν Scholia festes notat hic idem esse quod κύπεν tondere, ἀντὶ τοῦ Ηνδοῦ δη, ut ἐγαπεῖται apud Hesiodum. *Hesychius* etiam τέχειν est κύπειν, & τέχειν φίλασσιν, καὶ γέ ξένων. Et quatuor apud Archiprum, Cratinum & Philemonem raxo-  
" μλων & raxotίτην vellerum vulforem propriè sonet, veteres tamea tonsorem explicant, (*Hesychius*: raxotίτην, οἱ κυπερτες τὰ οργάνα. *Suidas*: raxotίτην, οἱ τοξεύτων κύρεις) quia in vocum explicatione non tam etymon, quam usus, respicitur. *Clericus.*

777. *Αρρεπόντος*] A verbo ἀρρέπειν & νοτὶ volatus, aduersus aliorum opinionem. *Scaliger.*

778. *Ημέτερος* in πλειν] Expletis unā voce, hoc est, die pleno, æstivo scilicet. Nam hiberni dies sunt dimidii tantum. Infra virgīdū δὲ τὸ μετάληπτον πλειν. *Guie-*  
*tus.* Gallice ad verbum exprimas en plein jour, hoc est, medio die, quemadmodum interpretatur hunc locum *Yos. Scaliger*, ut diximus ad v. 768. Sic dicebant πλειν, la pleine nuit, quamvis aliter vocem interpretetur *Hesychius*. *Clericus.*

*Ibid.* Οπὶ ἰδρις] Hoc nomen formicæ καὶ λεπιδωτæ datum. Horat. *Parvula nam exemplo magni est formica laboris*. *Guie-*  
*tus.*

*Ibidem.*] Solet *Hesiodus* designare animalia nominibus adjectivis, quibus eorum natura vel solertia optime describitur. Sic pro Cochlea habet ἀριστον, domiportam, pro hirundine ἀριστη, mane lugentem. Nullum Epithetum formicæ melius conveniat, quam ἰδρις, quam in rem vide quæ collegit *Sam. Bochartus Hieroz.* Part. II. Lib. IV. c. 22. Quod autem hic dicitur duodecimo die mensis colligere acervum nemo nescit tam veram esse, quam araneum telam eo potissimum die texere, hoc est, plane ridi-

culum & falsum. Quare miror Poëtam nostrum tam confidenter mentitum, in re quæ à puerulis argui poterat. Superstitione, scilicet animos præpeditus mendacio patet, clausus est veritati. Sed quod magis mireris, non Poëta, sed Physici, hoc est, veritatis indagatores, somnia ejusmodi, pro rebus compertis, venditabant; quod ex *Bocharti* collectaneis ejusdem Libri Cap. XXI. agnosces. Sunt enim prolixiora, quam hoc transferri queant. *Clericus.*

779. Τῆς ἵστη σινουτο γανά] *Iesus* Græci vocant ligna illa erecta, quibus stamina intenduntur ad telam faciendam. *He-*  
*sychius*: *Iesus* τὸ ὄφελος ζύνει τὰς καὶ τὸ ὄφελον. Latinis *jugum*, vel *tela jugalis* Catoni. *Isoniū* etiam dicebatur. *Hesyc-*  
*hius*: *Isoniū* ζύνει ὄφελος δὲ τὸ πρατέλον, φεγγούντα ὡς *isōs*. Latinis dictæ ea ligna *pedes tela*. *Glossæ*: *pedes tela*, *isoniū*. Dionysius, in Bassaricis, de Dardania urbe Indiæ, in qua mulieres, intra unum diem detexebant:

Η οἱ Δαρδανίων ράννιν πόλις σύριγχας,  
Ενθάδι πίστα λυκαῖκες Αθηναῖς τοτεπ  
Λύπημαρ κερκόποι, δέ τοι ισοπάντη ταύτας,  
Λύπημαρ δὲ ἔπειρον το οὐδὲ ισάντη τρίστατο.  
Uno die, stamen in tela jugali extenderunt, detexerunt & defecuerunt. Primum igitur, in tela contexenda, telæ pedes erigere & jugum iis imponere, quod *Ovidius* telam jugo jungere dixit, *He-*  
*siodus* ιστὴ σινουτα. Deinde stamina telæ, vel jugo telæ adnectere, quod telam stamine intendere dixit *Ovidius*, & stamen telā suspendere. Græci σινουρα σινου, atque inde etymologia & σινουρα & staminis. Græcis enim σινουρα τὸ τὸ σινου, quodd in tela staret. Doricē σινου, Latine stamen, ut τίμου, termen, & similia. Attici dicebant σινουρα, cùm telam stamine intendebant. *Pellux*: σινου τὸ σινουρα, ή τὸ σινουρια, τοὺς σινουρα. *Hesychius*: σινουρας τὸ τὸ σινουρα σινουρα παραδίδονται. *Hesiodus* σινουρας hoc idem dixit:

Ιστὴ σινουρα σινουρας η μήτη ἕργον.

Hec Cl. Salmasius ad Juli Capitolini Pertinacem p. 127. quæ vera sunt, quamquam ex memoria male Hesiodi verum profert. Clericus.

780. Μήνος δ' ἵσταθμον ] Posterioribus temporibus, ἵσταθμος μήν ad primam dumtaxat decadem porrigebatur; sequens decas tribuebatur μεσῆν μηνί. Vide Julianum Pollucem Lib. I. c. VII. §. 5. Sed Hesiodi ævo, ad vigesimum diem mensis erat ἵσταθμος. Vide v. 798. Clericus.

782. Εἰτη δὴ μίσην ] Hoc est, ēitη μεσῆν, ēitη δὲ δίκαιος Guetus. Fallitur Pollux, loco antea memorato, ubi dicit Hesiodum vocare μίσην decimam quintam cum sic vocet omnes dies secundi Δεκαμήνου. Merito δὲ I, inquit, Hesiodος μὲν E, τινα μίσην quoniam post decimam Hesiodus quintam vocat medium. Clericus.

785. Η περπτὸν ēitη ] Hoc est, sextus dies primæ decadis, seu μηνὸς ἵσταθμον. Clericus.

792. Εἰκῆδη δὲ τὸ μεσάλην ] Nimirum hic nos frustrantur Interpretes. Itaque quavis hæc rejicere poteramus in notas nostras, ad ipsos, hinc tamen monere visum. Eikēdē in mense multiplex est: μεσάλην dicitur postrema, respectu priorum. Atque hæc est causa, cur in Nebulis Comicus dicat συλλόγονον εἰκῆδες. Οπός αὐτοῦ δὲ συλλόγονον εἰκῆδες. Non bene intellexit locum illum Græcus Interpres. Queritur enim cur cum τῷ τετραδέκατῳ finis sit plerumque lunæ & mensis, cum τῷ τετραδέκατῳ sit satisfaciendum foenatoribus, miser tamen Strepsiades σει δὲ τὸ εἰκῆδες agat. Atque hinc Interpretis rationes videntur mihi nicas ἀποροῦντα. Eikēdē eleganter πλησιάζεις dicuntur, cum plures sint. Η μεσάλην εἰκῆδη ultima est mensis Veterum. Est autem dies illa, quæ vigesimalium ultima est: μεσάλην enim est ἡ ὑστάτη quæ δὲ ἐν τῷ νησίᾳ præcedit. Observant enim Veteres, etiam Athenienses ante Solonem, ἄχει τετραδέκατος μήνος & μῆνα ἡερημηνίας. Eikēdē μεσάλην, est Pridie Calendarum: nona & vigesima. At Interpres Aristophanis ἡ με-

σάλη εἰκῆδη, inquit, ἡ δὲ εἰκῆδη τετραδέκατη, id est κακῶν ἐνάντις τὸ φειδωτος. Ita totum tempus à xxii. usque ad xxix. μεσάλη εἰκῆδη est. Sed hinc, ut diximus, terminus illius temporis intelligitur, quæ est vicesima & nona. Quād nugentur Interpretes, qui πάντας idem cum εἰκῆδη μεσάλη esse putant, in notis ad ipsos ostendimus: ex quibus reliqua petenda quæ ad Hesiodi intellectum faciunt. Qui cūdī enim hinc prætermittimus, ad Interpretes olim notavimus. Heinicus.

794. Τριταῖς μίσην ] Hoc est, quartus dies τὸ μεσάλην μηνός. Clericus.

799. Αληγον θυμοβορεῖν ] Omnes, nempe, dies fausti erant hilariter transfigendi, ne diei faustitas ominosa tristitia corrumperetur. Itaque, quoad licuit, oportuit, Hesiodo auctore, quarto, decimo quarto, & vigesimo quarto, conviviis ac compotationibus tristitiam & curas animo pellere. Miror hunc sensum fugisse Plutarchum & Græcos alios Interpretes. Clericus.

804. Ορκον πινυμένων ] Scripsimus in versione Horcum, ut hoc Numen ab Orco, hoc est, Plutone secerneretur; nam perperam confunderentur. Nemo Poëtarum dixit Plutonem esse Eridis filium, quod de Horco hinc habet Hesiodus. Alibi Deum jurisjurandi præsidem diximus. Vide not. ad v. 219. Clericus.

805. Μίση δὲ τετραδέκατη ] Decimo septimo. Vide v. 794. Cum sic diuiderent mensem in tres decadas, mirum est secundæ decadæ, Hesiodi tempore, non fuisse nomen. Vide not. ad v. 780. Clericus.

809. Πίγρυνται ἀπαύδει ] Scribe, πίγρυνται ἀπαύδεις. suprà ἀρχαῖς ἀπαύδει. compingere tenues, non crassas. vulgo biantes. Homer. λάζοντες γλωσσοις ἀσαινον, hoc est, λεπτοῖς tenuibus. Guetus.

809. Apaúdeis] Merito improbat Guetus verti hinc biantes, nam biantes naves dicuntur quæ tempestate, aut illissoне fractæ aquam per rimas admittunt. Tenues

## IN OPERA

ET DIES.

469

*næs* vertimus, quod tenues sint navium  
parietes, cum ea sit frequens vocis *ἀπαίδης*  
significatio. Fortè etiam *leves* potuisse-  
mus vertere, ut fluctuantes insulæ dicun-  
tur *νησί* *ἀπαίδη*, ut habet *Eustathius* ad  
*Iliad.* pag. 1151. Ed. Rom. Sic *Calli-  
macbus* de *Insula Delo*, *Hymno in De-  
lum* v. 191.

Εστι μενδεμάδην τὸς ἐν ὑδατε τοῦ ποταμοῦ αὔρου,  
Πλαζούμενη πελάγους.

*Est nota quedam in aqua Insula levis,  
errans per maria. Ad quem locum, con-  
sule virum doctissimum Exccb. Spanbe-  
mum. Clericus.*

818. Αληθεα] Hoc est, cui prorsus fidere quesas, si vera sit hæc lectio. Plerique, nempe, diem illum non quidem πάγκαν, sed nec πάγκαλον dicebant, verum dubium & incertum; quo, nempe, suscepta interdum bene, interdum male succederent. *Clericus.*

824. ΑΝΩ<sup>τ</sup> δὲ ἀλοίνις αὐτῇ ] Videtur  
*Plutarchus*, in Commentario ad *Hesiodi*  
Opera & Dies, ex quo multa Græci  
Interpretes subinde Scholiis suis adspic-  
gunt, egisse de hac quæstione, utrum sint  
alii dies fausti, alii vero infausti. Certe  
in vita *Carnilli*, memorata Alliensi clade,  
ita porro pergit : οὐδὲ δὲ ἡμέρων δύσηράδαν, εἰ  
περ χειρὶ πίθαι τὰς, οὐ τε μὴ, Ηεάχλειος ἐπί-  
πληξεῖς Ηοῦδος τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιεῖνδις, τὰς δὲ  
φαῦλας, οὐδὲ γνωρίται φιλοὶ ἡμέρας ἀπόστολος μίας θε-  
ου, ἐπίσηδι μητέρηται : de diebus nefastis  
habendi ne sint quidam necne, & an re-  
Este *Hesiodum*, qui alios bonos, alios fla-  
tuit malos, quasi ignoret cuiusvis diei  
eamdem esse naturam, reprobenderit  
*Heraclitus*, alio loco disputavimus. Post-  
ea recenset exempla dierum, quibus non  
semel clades accepta fuerat, aut victoria  
relata. Deinde, ne credas ex iis exem-  
plis ullum certum consecutarium duci pos-  
se, contraria profert, hisce verbis: Πα-  
μασοὶ τὸ αὐτὸν ἡμέρας σεύπειρ μὲν τὸν Κίμερον  
τὸ μὲν Κηπῶνος ἀπέβαλον στρατόπεδον, σύσειρ δὲ  
Λευκέλλης στρατηγοῦτος Αριδαῖος καὶ Τιχεδών  
ἐνίκησε, Απαλός δὲ Βασιλεὺς καὶ Ποιητής.

Mahor in rōis oīrōi yevdōis kīnādōis. ἦ  
δαος δὲ πόλεις ἦν αἰμοτητα τῶν αὐτῶν χρ-  
ωμάτων θαύματικαι θεράπειαι: Eodem die Ro-  
mani prius, duce Capione, à Cimbris  
castris exuti sunt: postea vero ductu Lu-  
culli Armenios & Tigranem vicerunt.  
Altalus autem Rex & Pompeius Ma-  
gnus natalitius suis mortui sunt. Paucis  
ut dicam, multos possim ostendere qui in  
utramque partem iūdem usi sunt tem-  
porum periodis. Hęc cum ita sint, cre-  
dibile est Plutarchum probasse castiga-  
tionem Herachii, si modò sibi constituit;  
adeoque judicasse Poëtam non fuisse re-  
cenendum inter paucos qui scirent sin-  
gulorum dierum fata, quibus se accen-  
teri voluit, sed inter omnes omnino mor-  
tales, quibus nihil simile compertum est.  
Quis enim non videt anilia esse & vana  
omnia, quæ hīc habentur? Clericus.

827. Εργάζονται ἀραιός ἀδαμαντού] Hoc  
est, nihil inconsultis & invitatis Diis aggre-  
ditur. *Guiccius.*

*Versu ult. Τριπλασίας αἵτενα ] Non sunt intelligendæ omnes ὑπερβολαι, sed ex demum, quæ committuntur contra auspiciorum disciplinam, ut verba proxime antecedentia suadent. Τριπλασία enim dicuntur quævis delicta, quibus modum & limites à Ratione positos transilimus. Helycbius : Τριπλασία, οὔτε, ἀδικία, κέρδος, μαρτυρία (nempe, ἄδοτος, nisi sit hic mendum) κατηγορία, παράγοντα ὅπκαν, Τριπλασία, αἵτενα, ὑπερβολαῖς. Phocylides.*

Այս շինոր օրտ առջև, մամ ճը նոր-  
ենք.

Πάντα μέτρον ἔχεισθαι, τοποθεσίαι δ' αλλαγήσεισθαι.

*Ab agro vicino abstine, neque transfilias  
( terminos ) omnium optimus est mo-  
dus, transgressiones vero sunt noxiæ.  
Idem.*

Μέτρῳ μὲν φαγέσιν καὶ σίγεν, μισθοῖς  
καὶ π.

Πάντας μέτεραιος, ταπειδαίν δ' αλλε-

Cum

*Cum modo edito, & bibito, & loquitor.  
Omnium optimus est modus, transgres-  
sio vero vitanda. Quia in sententia, lon-  
ge saluberrima, desinimus, modum tan-*

*dem hisce commentationibus nostris im-  
ponentes, ut ad alia graviora redeamus.  
Clericus.*


---

J O H.

JOH. ALBERTUS FABRICIUS

D E S C R I P T I S

H E S I O D I.



JOH. ALBERTUS FABRICIUS  
DESCRIPTIS  
HESIODI.

**P**ER opus Hesiodi cui anctoritatem Homericis scriptis proximam tribuit Velleius, suspicari licet peculiariter ab eo intelligi Poëma cui titulus ΒΡΑΧΙΩΝΟΠΑΙ, *Opera & Dies*: nihil enim inter omnia Hesiodi scripta isthoc unico est celebrius, nihil in veterum scriptis frequentius usurpatum, imo quod solum pro Hesiodio agnoscabant Boeotii Heliconis accolæ teste Pausaniâ in Bœoticis p. 771. Hoc perperam in duo diversa scripta distingui, quorum alterum ἡρα, alterum à v. 763. ἱμέραι inscribitur, probat Dan. Heinsius in introductione c. 18. Olim enim doctrina τῆς ἱμέραι sive de diebus homini œconomo observandis, sine ulla distinctione ἡρα sive vitæ præcepta subsequebatur, ita ut communis ac generalis esset inscriptione ἡρα καὶ ἱμέραι, quo nomine etiam allegant pastum veteres unum aliquem verbum poëtæ producentes, licet saepius brevitatis causa tantum ἡρα appellant, nequé causa est cur post versum 380. secundus liber ἡρα incipiat, neque enim constat ab Hesiodo in plures libros hoc opus divisum fuisse, neque hanc distinctionem vel scriptores antiqui vel codices MSS. probæ notæ agnoscunt, ut docuit Joh. Georgius Graevius elegantiori-

bus literis quas cum singulari laude ornabat nuper eruptus lection. Hesiod. c. 9. Quanquam Poëmatis istius à citharoedis per partes decantari soliti, partes finguæ pro argumenti varietate à veteribus Grammaticis laudantur interdum sub titulis: Δαιμονορία, παράδειγμα, παραγγελία, ἀληθεῖα &c. Quemadmodum partes poëeos Homericæ similiter ab argumento appellas notatum à me supra est c. 3. num. 28. Sic & ἱμέραι Hesiodi seorsim quandoque laudant Grammatici recentiores, ut Johannes Tzetzes Chiliad. 12. v. 174. ἦτορ τῆς βίστρας ἱμέραις ἀστρολογεῖς οἱ πόνοι; Eustathius ad Odys. Σ. p. 661. ἐν τῷ ἔτει τοῦ ἵππου τῆς ἱμέραις βίστρας οἴκων πάντα τὸ Ορφεῖον καὶ τὸ Ορφεῖον καὶ Ημέραι.

Dicitur Hesiodus in hoc opere imitatus esse ἡρα καὶ ἱμέραι Orphei, de quibus dixi Lib. I. c. XIX. §. III. Sed Plinius Lib. XIV. c. 1. affirmit Hesiodum præcepta agricolis pandere orsum, & Lib. XVIII. c. 25. principem omnium de agricultura præcepisse. Ac valde incertum est poëmata Orpheo tributa Hesiodo fuisse antiquiora perinde ut fallitur idem Joh. Tzetzæ qui in scholiis p. 180. b. editionis Heinsianæ putat Hesiodum quædam hausisse ex <sup>2</sup> Melampode, cum Melampus ille ex quo ibi nonnulla à

<sup>1</sup> Vide Eustath. in Iliad. a. p. 1501. Heinsii introduction. c. 7. Hesiodum μελανὸς vocat Lucianus in Hermotimo, T. I. p. 522. <sup>2</sup> Hunc locum ni fallor respicit Salmasius p. 825. de annis Climactericis, ubi Melampodem refert inter eos qui ἱμέραι scripserint. Sed & Hesiodi loca quædam illustrat ibidem vir Doctissimus.

Tzetta proferuntur longe sit Hesiodo junior & libros suos Ptolemæo Philadelpho inscripserit.

Quanquam vero vocabulum ἔργον peculiariter interdum dicitur de agricultura, operisque rura colentium, ut notavit Eustath. ad Iliad. p. 1135. & de hoc ipso Hesiodi poëmate agens Olympiodorus in 1. Meteor. praxi 17. Salmasius de usuris p. 299. Petrus Moll ad Longum p. 37. & Anna Daceria p. 22. ad Anacreontem, ac novissime Clariss. Lambertus Bos Observ. Critic. c. VI. p. 32. seq. Præterea Manilius quoque non aliud scriptum intellexit cum Lib. II. v. 19. sq. de Poëta nostro cecinit:

*Quin etiam ruris cultus legesque ro-*  
*gavit*

*Militiamque soli, quos colles, &c.*

Neque Plinius XIV. 1. Tanta prisorum cura fertilior aut industria felicior fuis, ante millia annorum (scripsit Plinius circa Annum U.C. 830.) inter principia litterarum Hesiodo præcepta agricolis pandere, orso, subsecutisque non paucis banc curam ejus. Neque Themistius Orat. XXX. ubi ei Hesiodus dicitur Τινὲς τῶντον ἀγριεῖς εἰς Ἡδαν τὸ καὶ Μυσῶν ἐπίνειον, καὶ τὴν γεωργίαν τὸν τέλον τούτους. Tamen Hesiodi scopus princeps in hoc Poëmatc non fuit agri colendi rationem tradere, sed Persen fratrem suum (quem ἴτοκον nescio quam vere Suidas vocat) à voluptatibus & otio avocare, Ethicisque atque oeconomicis præceptis imbuere: ἔχεις δὲ βίον τὸ πάτερνον Πέρσων δὲ μηδέποτε παρείστηκεν καὶ οὐκομόκλων στείχον πατηνίαν, quam Tzetzæ observationem introductione sua multis confirmavit Dan. Heinsius, & capite ult. ostendit vocabulum ἔργα latius sumi debere, ac de universis quæ bono œconomio facienda incumbunt, esse intelligenda. Nam viri docti sententiam Scholiastes Nicandri quoque comprobare videtur dum p. 27. b. Hesiodum lau-

dat in τοῖς πραγματοθέσισ, præcipue vero Maximus Tyrius Heinsoñ ipsi commemoratus qui diss. 16. ait Hesiodum scripsisse τὰ ἔργα τὸ βίον ἔργα τὸ ἀδπατον καὶ ἡμέρας τὸν διὸ δραστον. Sic διλέπεται ἔργα scripserat Pancrates Arcas laudata Athenæo VII. p. 283. & alibi.

In deliciis hoc Poëma fuit olim Seleuco Nicatori, ita ut capiti ejus mortui apopossum fuerit inventum teste Ptolemæo Hephaestione Lib. V. apud Photium cod. 190.

Primos decem versus Hesiodum autorem agnoscere negat Plutarchus qui Lib. IX. Symposiacon problem. 1. versum ἕκατον μύρον δικαίων γέροντος νομίζειν ἔργαν. Negat Pausanias in Boeoticis p. 771. ex mente accoliarum Heliconis, qui procemium in musas Hesiodo abjudicabant, & initium poëmatis affirmabant esse τὸ τεῖχος, demonstratis scriptori illi antiquissimis plumbeis laminis in quibus τὰ ἔργα eo modo inscripta erant. Similiter Joh. Tzetzes auctor est procemium Hesiodo abjudicatum esse ab Aristacho, Praxiphane Theophrasti discipulo, aliisque istorū ὃν Αἰεισφράχτεις ἔπειροι οὐλίζειν τὸ περιοίμων, καὶ Πραξιφάρνης ὁ μαθητής Θεοράτης, λίγων ἀποριμάσης βιβλίῳ ἐπυχεῖν, ἀρχομένῳ ἐπινῦντι. Οὐκ ἄρτα μύρον ἔπειρον τεῖχον γέροντος. Rejicit etiam Heinsius c. 17. introductionis, professus mali Poëtæ esse sed boni Philosophi & qui cum cura hunc librum perlegerit. Neque defuisse olim, qui Hesiodi poëmata interpolarent, docet Pausanias in Corinthiacis p. 171. At enim Dio Chrysostomus diss. 12. p. 199. ita hoc procemium Hesiodi non dubitat, ut propter illud Hesiodum etiam præferat Homero.

In ἔργα καὶ μύρος triplicia Græca extant scholia atque commentaria, in quibus singulis procemium quoque explicatur. Antiquissima sunt Procli neque integra illa sed excerpta tantum ἐπειδὴ Πέρσης Διαδ.

<sup>1</sup> Ita conjicio ex verbis his Græcis quæ in editionibus præponi video. In MSO tamen Codice

χι, argumenti maximam partem Philosophici, moraliaque & παιδευτικη perse-quentis. Secunda sunt *Job. Tzetzes* hominis non inerudit, sed vani & Proclo saepe præter rem petulanter insultantis. Tertia *Emmanuelis Moschopuli Grammatica* & intelligendæ Poëtæ dictio utilissima. Denique subjecta est *Job. Protospatbarii Ἑργονομονοματος* οὐ μάζων Ησιοδος in filii gratiam ab auctore scripta & paucissimorum foliorum. Porro ediscendum pueris Hesiodum datum esse jam olim, docet vel Ciceronis illud Lib. VI. ad familiar. Ep. 18. *Lepta suavissimus ediscat Hesiodum, & babeat in ore: τὸ δὲ ἀργόν ιδρώτα.* Etiam à Rhapson canticum ad lyram, testis Plutarchus IX. sympos. p. 736. 743.

Solet Hesiodi ἔργοις vulgo subjici ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΤΩΣ sive de scuto Herculis poëma, quod plurimi olim negarunt esse Hesiodi. Nam præter Boëtos quos sola ἔργα pro genuino Hesiodi scripto habuisse ex Pausania ante notavi, Aristophanes Grammaticus eam supposititiam esse ratus est, & ex Homeri descriptione ἀποδιδει Iliad. Σ. expressam, teste anonymo Græco scholii quod in editione Aldina Ασπιδη subjecitur. Longinus in libro σει οὐλεσ p. 56. versum Ησιόδειον ex Aspide proferens addit: οὐ Ησιόδε. οὐ δὲ Ασπιδη διτον. Theodosius Alexandrinus in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem: δέ δὲ τὸ Γραμματικὸν εἴη τὸ Ελληνικὸν βιβλία γνωστὸν. Εἰσὶ δὲ οὐτοὶ οὐμόνυμα βιβλία ψευδῶν, οἷον οὐ διστο Ησιόδε. οὐ τὸ Ονειρα Νικάρδου, ἐπίσης οὐ τὸ οὐσιοντο. In aliis ad eundem Dionysium scholiis ineditis: ζητήμενον δὲ τὸ συγγραφέα, ινα τὸ δεξιότερον οὐ μὴ τὸ συγγραφέα καταλάβειν. Τέτοιον δὲ σημειώσεων (for-

τε ψευδοτίχημα) οὐδὲ βιβλίον, οὐδὲ ίχος ή ἀπόστολος Ησιόδου, οὐτέ τέλος ησιόδου. Επηρεασθενεῖ τὸν θεόμητρον ἐργάσατο τὸν Ησιόδον, ινα τὸ δεξιότερον τὸν ποιητὴν ἀξία κατέδινοντας. Eustathius ad Iliad. Σ. p. 1218. ex Homeri simulatione (Ομητεύοντας) quædam in illa expressa norat, sed p. 2110. tamen tantum ait intereste inter Homeri Ασπιδηνούς<sup>2</sup> & Hesiodi aspidem, quantum inter divinum opus & hominis.

In veteri scholio quod in editione Aldina subjecitur, notatur illius initium legi in quarto Hesiodi Catalogo. Τὸν Ασπιδηνον οὐ αρχὴν εἰ τὸ δέκατον καταλόγον φέρει) μέχει σίχαρον ν'. οὐ σ'. Hunc quartum Catalogum viri docti non absurdè sentiunt complexum fuisse Hesiodo tributas μεγάλας ιοίας, Eunapio in Αέδεσιο aliiisque pluribus commemoratas, quarum partem esse Aspidem, prima hujus poëmatis vox οὐδενί dubitare nos vix permittrit, & jam pri-dem persuasum fuit Guil. Cantero Lib. IV. nov. lect. c. 3. Tres priores Catalogi subinde laudantur sub titulo κατεύλογος γυναικῶν. Sane Harpocrationi in μαρκορέφαλοι & Suidæ in τὸν γῆς οἰκητον laudatur Hesiodus οὐ τετραγήνη καταλόγος. Post librum quartum ιοίας μεγάλας complexum fuit quintus ιραϊκὴ γεναλογία, sive ιπαργονία, Heroum natales ex fœminis illustribus describens. Nam Teste Maximo Tyrio diff. 16. Hesiodus χωρὶς ποτὲ ιριδερ, δια τοιούτων άρχομενος, κατένεια τὸ γένος, οὐτοις οὐδὲ οὐδὲ ιερον. Vide quæ in hac rem disputata sunt viris doctissimis Samueli Petito ad leges Atticas p. 460. seqq. Il. Casaubono ad Strabonem Lib. I. p. 26. Dan. Heinsio ad Hesiodi interpretes p. 76. seq. & Joh. Meursio Atticarum lectionum Lib. II. c. 20. Quanquam vero Aspidem ita po-

dicit Budiano, qui editis locupletior non est, inscribitur: Πρόσιτον Διαδόχου εἰς τὸ ίχον οὐ ιμάστος Ησιόδε. 1 Meminit Tzetzes ipse Chil. VI. v. 842. 2 Ut Homeri partem postremam Iliados Σ. Ασπιδηνούς vocat Eustathius & Pseudo Didymus ad v. 491. ita Servio ad 12. Aeneid. v. 161. Hesiodus etiam laudatur in Ασπιδηνούς. Philostratus junior teste Suidia scripsierat Παράθρων τὸ Ομητεύοντας. Judice Ludovico Hastello ( Clovis Hestelle ) Hesiodus Homericum Achillis sentum in suo poëmate fideliter expressit. *Hesiodo en son Aspis n'a fait que rebatre le boultier d'Achilles forgé par Homère.* Vide Antonii Verderii Bibliothecam Gallicam p. 232.

nimus fuisse ἡτοῦ μεχάνης partem, nihilominus incerta res fuerit de Auctore Hesiodo, quoniam totum illud opus suspicuum doctis jam pridem fuisse testatur *Aelianus*, ubi ad illud respiciens, subiungit: εἰ μὴ ἄρα τὸν Ἡσίδην τὸ ἔπει, αὐλάς οὐτανταὶ ἔπεις κατέκενται αὐτῷ. Lib.XII.Var. Hist. p. 726. edit. præclaræ Perizonianæ. Josephus Scaliger Epistola 247. ad Salmasium p. 530. Ut anni sic poëeos græcae quatuor tempestivitates fuisse animadverti. Prima fuit illa in qua princeps Homerus & Hesiodus. Hanc potes judicare atque adeo vocare ver Poëtices, pubertatem potius quam infanciam. Excepit eam aestas, non servida quidem, sed quæ ex illo vere vestigia non obscura retinuit, in qua Onomacritus, Solomon, Tyrtaeus, & quisquis auctor fuit & nōn εἶ πάντας, quam præpostero judicio Criticorum natio Ascrevilli tribuit. Scaligero aslentuntur Heinlius, & in libro de poëtis Vossius. Apollodoro tamen eliter olim visum, qui libro secundo Bibliothecæ Aspidem audacter Hesiodo ascribit. Ad quem locum Tan. Faber p. 274. Sane miror fuisse olim atque adeo bodieque reperiri qui ea de re dubitant. Certa enim res est, & qui Hesiodi non esse putant & αὐτίδι, νοῦ illi poësin græcam hanc satis norunt. Audacter etiam Aspidem Hesiodo tribuit Athenæus lib. 4. p. 180. Sed & Megacles Atheniensis & Apollonius Rhodius & Stesichorus Hesiodi esse illud poëma non dubitarunt ut notat auctor vetus scholii quod in editione Aldina Aspidi subjici dixi & hoc loco integrum describam: Τὸν Αἴσων δὲ οὐ πάρα διὰ τὸ δ' Καταλύμα τίρτυς μίχει σίχαρον. καὶ σ'. Τόποδειον γένεται οὐχ ὁ καρυκὸς αὐλά της ἐπειροφεραματικὸς, οὐδὲ τὸν θεοὺς αὐτῶν Ἡσίδην, αὐλά τοῖς πέρις τῆς Ομηρεύς Α-

ποίεια μημονεύει τραγουρέμενο. Μεγάλος δὲ οὐδενὸς γένος μὲν οὐδὲ τὸ ποίμα, ἀλλας γένεται τὸν Ησίδην, ἀλογον γάρ φασι ποιεῖν Ηρακλεον τοῖς τὸ μητρὸς ιχθεῖς οὐδετε περίχορτα. Απολλονίος γένεται Πέριοδος τὸ γ'. φασιν αὐτὸν δὲ ἔκτη Φερακτήρον καὶ τὸ Φερόβατον εἰν τὸ καταλύμα σύνοντα Ηριοχεῖτα τὸν Ηρακλεῖ. Λοιπόν τὸ γένεται Σπηλοχέρεις φασιν Ησίδην δὲ τὸ ποίμα.

In hoc Poëma exstant commentarii. Græci Jobannis Tzetzae & alterius Jobannis Pediastimi, Diaconi, junioris utique Joh. Philopono quem laudat p. 197. In Etymologico MS. apud doctissimum Kulsterum in ἀλεξιδια allegantur Hieronymus & Epaphroditus in θεορικην ἀστιδεῖον Ησίδην.

Supereft ex iis quæ exstant Hesiodo tributis scriptis dicenda longe celeberrima ΘΕΟΓΟΝΙΑ, hoc est Deorum generatio ut Laetantius transfert lib. I. c. 5. sive origines Deorum γεννηθεῖς<sup>1</sup> quam non memini à quoquam vocari in dubium aut Hesiodo abjudicari nisi ab unis Boeotis de quibus supra dixi ex Pausania p. 771. Neque tamen per omnia fidem Boeotis habuit ipse Pausanias sed p. 781. laudans Hesiodum in Theogonia subjungit: προσέδω γένεται πελοφεραματικός. Confer eundem p. 634. Neque dubitarunt illam Hesiodo tribuere Pythagoras, (qui finxit Hesiodi animam vidisse se apud inferos vinculis adstrictam columnæ æreæ, stridentemque, propter ea quæ de Diis finxerat, teste Laertio lib. VIII. sect. 21.) Herodotus lib. II. c. 53. Plato, qui Theogoniam subinde sequitur notante Proclo in Timæum lib. 5. p. 291. Aristoteles Lib. III. de coelo c. 1. & alibi, Manilius Lib. II. v. 12. seq. nec Agatharchides Cnidius apud Photium p. 722. edit. Hoeschelii, neque Eratosthenes in Catasterismis c. 9. & 1. & 19. & 32. neque Acusilai Argivi genealogias laudant præter Strabonem & alios Yosso dictos in Hist. Græcis p. 436. Tertullianus lib. 2. ad Nationes c. 2.

<sup>1</sup> Vide Radulphum Cudworthum libro de vero Systemate intelligibili universi p. 211. 212. 216. Johannem Clericum ad v. 44. & 106. Porro Theogoniam ante ιησον τὸν Ησίδην, ab Hesiodo editam non dubitat Proclus p. 24. ad Hesiodum διὰ λόγου τὸν Ησίδην τον Θεογονιαν. Confer quæ de ordine scriptorum hujus Poëtæ notavi infra num. 19. <sup>2</sup> Acusilai Argivi genealogias laudant præter Strabonem & alios Yosso dictos in Hist. Græcis p. 436. Tertullianus lib. 2. ad Nationes c. 2.

givus, qui in Theogonia sua Hesiodum s̄e numero castigavit teste Josepho lib. I. contra Apionem p. 1034. neque *Eumelus* Corinthius, à quo non minus atque ab Acusilao, Hesiodi Theogoniam profario sermone expressam & pro sua venditata esse tradit Clemens Alexandr. 6. Strom. p. 629. Neque *Xenophanes Colophonius*, quem in elegiis suis ac Jam- bis perstrinxisse ea quæ Hesiodus de Diis scripsérat, testatur Laërtius IX. 18. & Sextus Empiricus adversus Mathematicos lib. I. p. 57. & 341. Neque *Demosthenes Thras*, à quo ejusdem Theogonie Hesiodeæ metaphrafin profariam scriptam esse Suida referente cognoscimus, vel *Aristonicus Grammaticus* aut *Zenodotus Alexandrini*, quos in Hesiodi Theogoniam scripsisse, ut Sabinum Sophistam in Acusilai, ex eodem Suidā constat. Nec *Zeno Stoicus*, quem Cicero lib. I. de natura Deorum c. 36. testatur Theogoniam interpretatum esse, nec *Crysippus* denique, quem idem Cicero lib. II. auctor est fabulas Orphei, Musæi, Hesiodi, Homerique ad rerum naturam accommodasse.

Nihil vero aliud significare videntur

veterum Genealogiæ ac Theogoniæ, quales præter Hesiodum scripsérunt Abaris<sup>1</sup>, Musæus<sup>2</sup>, Pherecydes Atheniensis<sup>3</sup>, Orpheus<sup>4</sup> Aristæas, Epimenides<sup>5</sup>, Antiphon<sup>6</sup>, Hecateus<sup>7</sup> Andron<sup>8</sup>, Dromocrides<sup>9</sup>, Æmilius Macer<sup>10</sup>, itemque alii, nihil inquam videntur significare aliud, quam Cosmogoniam *πατογονίας* ac Geogoniam fabulis Poëticis obumbratam, ut recte observatum est acutissimo Philosopho Thomæ Burneto in Archæologia Philosophica p. 297. 399. seq. & in theoria telluris lib. 2. c. 7. ubi inter alia locum insignem in Aristophanis avibus p. 395. edit. Froben. confert cum Orpheo atque Hesiodo. Adde Simplicium ad' 3. de cœlo; comment. VI. & Cotelerii notas ad recognitiones Clementis lib. X. c. 31. Ne scio satisne firmum argumenti genus sit Thomæ Galei viri cum insigni Græcarum literarum jaætura nuper denati, qui in notis ad Apollodorum p. 6. ex eo quod in Theogonia Hesiodi v. 218. Parcas noctis filiæ esse dicuntur, at v. 913. Jovis ac Thermidis; concludit, Poëma hoc non unius esse auctoris, & fortasse partem Theogoniæ Orphei Hesiodo adsutam.

c. 2. (ubi male viri docti reponunt *Acusilaus*. ) Schol. Hesiodi ad Theogon. p. 269. Scholiastes Homeri, & Suidas, qui refert Acusilaum genealogias scripsisse εἰς Δίλταν γένεαν. Miror Clarissimo Dodwello in Diss. de ætate Phalaridis p. 25. seq. Acusilaum antiquiorem videri Hesiodo, vel saltem οὐαῖς μογαλῶν scriptore. Arduum enim mihi esse videtur in tam remota antiquitate veritatem historicam argumentando assequi vel tueri contra diserta veterum scriptorum testimonia. Præcipue observandum, quod apud Suidam in *ωψηράφαι* diserte legitur, τὰ Ακυστλάν νοθίνα. Conser Valeſium ad Harpocrat. in *Ὀμηλίᾳ*. Alius fuit Acusilaus Atheniensis Rhetor, sub Galba, de quo idem Suidas. Alius denique Acusilaus Tarentinus Pythagoricus Jamblico memoratus. 1 Suidas in *Ἄρειος*. 2 Laërtius in proœmio. 3 Vide quæ viri docti notant ad Laërtium in Pherecyde, & Suidam in *φύσεις*. Idem opus ni fallor respicitur ab Eratosthene in Catasterismis, Scholiaste Homeri, Germanici, Pindari & Apollonii, quando Pherecydem laudant. 4 De hoc dixi supra Lib. I. c. 19. Adde Theodor. Canterum I. 26. & II. Var. Left. & Rich. Bentleium in limine Epistolæ ad Joh. Millium. 5 Vide de Epimenide supra Lib. I. c. VI. §. 3. & de Aristea Lib. I. c. II. §. 6. 6 Ireneus Lib. II. 19. 7 Athenæus lib. IV. 8 Schol. Apollonii. Conser H. Lindenbrogium ad Censorinum p. 33. 9 Fulgent. II. 17. Mythol. 10 Nisi apud Nonium in *picturam* (quæ avis est Marti dicata) legendum *Ornithogonia*, ut sane videtur. Conser Colomesium ad Gyraldum p. 217. Idem p. 120. notat *Cymatōnem* Lacedæmonium, cuius etiam *Ηρακλεῖα* laudat Schol. Apollonii, non *Τελεγονία* scriptisse, ut affirmat Gyraldus, sed *Τελεγονία*. Atque ita Vossius quoque p. 13. de Poëtis Græcis ex Eusebii Chron. ad Olym. V. 3. quanquam Meursius IV. 17. Misc. Lacon. apud Hieronymum & Marianum Seotum putat legendum *Genealogiam*, quia Pausanias testatur eum *Ζεναλογίου* ἴπτος. Sed hoc etiam in *Telegonia* facere potuit. Constat tamen alioqui *Telegonia* scriptam ab Eugamone Cyrenæo, quem Æsopo æqualem facit Synclerus p. 239.

In

In Theogoniam exstant commentarii Græci duplices, quorum unus inscribitur: Φιλόπονος ἡ λογοτάτη Κύρος Ιακώβος Διαχώρης Φίλος Γαλλίου εἰς: Φίλος Ηεσίδης Θεοφορίας ἀλληλοεῖαι<sup>1</sup>, alter vero: χόλα εἰς Φίλος Ηεσίδης Θεοφορίας παλαιά, quorum auctorem *Didymum* existimasse videtur Natalis Comes lib. 6. c. 18. Mythologiz p. 633. Joh. Alexander Brassicanus A. 1530. præf. ad Salvianum testatus est se habere *Johannis Philoponi* cognomento Grammatici commentarios in Hesiodum, fortassis non alias intelligens quam quos sub *Johannis Galeni* nomine habemus, vel commentarios in ἥρα καὶ ἵμερα, sed qui Tzetzes sunt, non Philoponi. Alium tamen ineditum Hesiodi Scholiaen allegat Henr. Stephanus de instituendis Græcæ linguae studiis p. 8. & Demetrii Triclinii Scholia in *Theogoniam Hesiodi* MSta extare in Bibl. Vindobonensi testatur Nesselius IV. p. 21. ne deperditos Poëtæ exegetas memorem, *Demetrium Ixionem Adramyttenum & Dionysium Corintium*, de quibus Suidas; tum commentarios Plutarchi<sup>2</sup> laudatos Gellio lib. XX. c. 8. & in Græcis ad Hesiodum scholiis passim: *Aristotelesque διηγέματα Ηεσίδης*, quæ inter Philosophi scripta refert Anonymus vitæ ejus auctor à Menagio vulgatus ad Laertium p. 202. *Aristonici Alexandrini mei* τὸν μέντον τὸν θεοφορίαν Ηεσίδην. Suid.

Theogoniam suam ita claudit Hesiodus, ut post genealogiam Deorum ad fœminarum genus decantandum Musas adhortetur:

Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀπέστη Ηελίπτεια  
Μέσου Ολυμπιάδος κῆραι Δίος αὐγέθειο.

Nimirum ut ad DEERDITA HESIODI SCRIPTA [ sedecim enim poëmata ab Hesiode composita esse affirmat

<sup>1</sup> Allegoricos in Theogoniam interpretes legisse se innuit Eustathius ad Iliad. 2. p. 982. <sup>2</sup> P. Lambecius in Lucubrat. Gellianis p. 117. pro verbis Gellii in IIII. in *Hesiodum commentario*, omnino scriendum suadet in *Iota & Osridem commentario*. Sed quanquam in libro de Iside & Osiride gemina quædam leguntur iis quæ Gellius è Plutarcho producit, non audeo tamen conjecturæ Lambecianæ accedere contra fidem Codicum MSS. cum rem eandem tradere Plutarchus potuerit & tradiderit non scine pluribus in scriptis suis.

Joh. Tzetzes] pedem promoveamus, in iis primo statim loco memorandus venit:

ΓΥΝΑΙΚΩΝ, sive ut Eustathius ad Iliad. 1. p. 643. allegat ΗΕΣΙΔΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ Α, Β, Γ. tum

ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ Δ, sive ΗΟΙΑΙ ΜΕΓΑΛΑΙ [quarum forte pars super est, Scutum Herculis] Et

ΗΡΩΓΟΝΙΑ sive ΗΕΣΙΚΗ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑ. Vide si lubet quæ de quinque hisce libris ita distinguendis dixi paulo ante §. 12. ubi agebam de Aspide sive Scuto, nec male hac ratione constabit numerus librorum à Suida assignatus, cui inter Hesiodi scripta memorantur Ηεσίκων γυναικῶν γενέλογος οἱ βιβλίοις τέσσερις, quod opus ab Aspide ibidem distinguuit non minus ac Tzetzes in suis ad Hesiodum prolegomenis. In illis Catalogis Hesiodum etiam de Deorum nuptiis egisse testatur Menander Rhetor. p. 628. πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸν τοὺς γενέλογοις ηγετικῶν τοῖς Θεῶν συνεταῖς καὶ γάμοις. Hesiodi exemplo Ηεσίκας Θεογονίας scripsit Pisander Poëta memoratus Zosimo Lib. V. c. 28. Catalogi Hesiodei mentio etiam apud Lucian. in amotribus T. 1. p. 875. Stephanum in γερλίων &c. Dio autem Chrysostomus. 2. de regno p. 21. ex hoc probat Hesiodum ipsum se Homero inferiorem libenter agnoscere, quod Heroibus Homero relictis, ipse celebrandas sibi sumiserit mulieres.

Præterea Hesiode adscriptæ fuerunt ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ sive ΤΠΟΘΗΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝΟΣ ad Achillem instituendum, de quo scripto dictum est supra libro primo in *Cibrone*.

ΜΕΛΑΜΠΟΔΙΑ sive ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΑΝΤΙΝ ΜΕΛΑΜΠΟΔΑ. De hoc quoque poëmate, cuius librum tertium laudat Athene

næus Lib. XIII. p. 609. egi superiore libro in *Melampode*.

**ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑ ΜΕΓΑΛΗ** sive **ΑΣΤΡΙ-**  
**ΚΗ ΒΙΒΛΟΣ**. Plinius lib. XIIIX. c. 25. Occasum matutinum *Virgilianum* *Hesiodus*, nam *bujus quoque nomine exstat Astrologia*, tradidit fieri cum *æquinoctium autumni conficeretur*. Scholiares Arati ad v. 255. τὰς γελαρδίας ὑάδας, ἀν καὶ Ησιόδος ἐν τῇ ἀστρικῇ αὐτῷ τῷ ὄντοματι διδούσκει βιβλιοφ. λέγων. φασόντα ἡδὲ κορανίς, δύσπερθε τε κλέισι, φασάδ' ἵμερέωντα καὶ εὐδάητα παντούντων. Eosdem versus profert Joh. Tzetzes in scholiis ad ἵργα p. 92. & Variar. Hist. Chil. 12. v. 169. seq. βιβλοφ ἀστρικὸν Hesiодi laudans, quam tamen non videtur ipse inspexisse. Respectu hujus operis potissimum Callimachus opinor Aratum ut Hesiодi ζῳωτῶν perstrinxit in notissimo epigrammate quod exstat in Arati vita apud Petavium in Uranologio p. 270. & emendatum est ab Iff. Casaubono in Lectionibus Theocriticis c. IV, à Fulvio Ursino in Virgilio cum Græcis scriptoribus collato p. 251. ab Hugone Grotio ad Aratum, à Salmasio ad Solinum p. 525. sq. ab Iff. Vossio ad Melam p. 68. ab Hollstenio ad Stephanum p. 301. & novissime à Rich. Bentleio in Græviana Callimachi editione p. 204. & 232. Hesiодo tamen suppositam fuisse Astronomiam innuit præter Pliniū Athenæus lib. XIII. p. 491. καὶ ὁ εἰς Ησιόδον ἐν ἀναφερομένην ποίησιν ἀσπορούμενος. Cum admodum simplices & rudes essent observationes in illo opere & in ἵργοις traditæ, hinc apud Platonem & alios dicuntur ἀσπορομένης τοῦ Ησιόδου, qui populariter & ad vulgi captum, non accuratius & μαθηματικῶς Astronomica tractabant.

